This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

KSS 9930.2

HARVARD
COLLEGE
LIBRARY

BIBLIOTHECA CRITICA.

3

VOLUMEN TERTIUM.

By Daniel Wyttenbach, the younger.

Ἡ γὰρ τῶν λόγων κρίσις πολλῆς ἐςὶ πείρας τελευταῖον ἐπιγέννημα.

LONGINUS.

AMSTELODAMI,
Apud PETRUM DEN HENGST,
MDCCCVIII.

100

Class 9930.2
~~132.26.28~~

1857. Apr. 25.

PETRO FONTEINIO,

ERUDITISSIMO, EIDEMQUE AMICISSIMO VIRO,

S. P. D.

DANIEL WYTTENBACH.

Redit poſt quartum annum Bibliotheca Critica, & ita redit, ut quae antea ſola & quaſi orba emittebatur, jam ab auctore ipſa ſuo in publicum deducatur, in tuâque, Eruditisſime Fonteini, tutelâ reponatur. Qua quidem in re, ut mihi videor, & nunc cum ratione facio, nec antea ſine ratione feci. Nam cum ad omnem ſcriptionem judicium adferendum eſt integrum, *tum maxime* ad eam quae in aliorum ſcriptis cenſendis verſatur, ab eoque praecipuo munere Critica appellatur. Itaque ſuperioribus quidem annis me auctorem profiteri nolui; non ſolum, ut ipſe ſententiam liberius dicerem; ſed in primis, ut nominis mei cognitio, & ſive bona illa ſive adverſa exiſtimatio, ne apud alios obesſet libello, ſed tam illis legentibus quam mihi ſcribenti judicium, quoad ejus fieri posſet, integrum conſtaret. Ceterum, temporibus mutatis, mutanda eſt ratio. Nam, ut fit, nomen auctoris paullatim emanavit; ut jam non ſit quare reticeatur, nec eo edito libellus detrimenti

quid capere, ſed in hac qualicumque legentium frequentia tueri ſe poſſe, videatur.

Quod vero Te, Praeſtantiſſime Fonteini, libello patronum aſſumſi, rationes mihi fuerunt, quarum vel numerum vel momentum nemo quisquam reprehendat. Primum, pietas erga Te mea, tuaque erga me benivolentia: quae a communi Literarum ſtudio profectae, conſuetudinem inter nos conciliarunt eam, quae multos de his Literis privatim tulit ſermones mihi & jucundisſimos & fructuoſisſimos, ut eorum publicum prodere documentum ipſa me pietas jubeat. Accedit ſingularis quaedam tua erga hunc libellum voluntas, cujus ut ante inſtituendi, ita nunc inſtaurandi, ſuaſor & hortator mihi fuisti praecipuus. Jam ſi nullae esſent inter nos tantae neceſſitudines, ſatis tamen apud me valere debebat ſumma illa doctrinae tuae copia: quam quidem Tu, quo minus ad ſcribendum, eo magis ad judicandum convertis. Quamquam ſunt tuae, ut in longo uſu accuratisſimaque Veterum lectione, & Animadverſiones plurimae plane egregiae, & est Theophrasteus Characterum libellus auctus a Te ac mirifice expolitus: qui ſtudii tui fructus ne intercidant Tu providebis, ſi quid apud Te vel Literarum commodum vel noſtrae preces valent. Sed prouti ille philoſophiae parens Socrates ingenio quamvis acerrimo nil ipſe pariebat, ſed aliorum parturientibus ingeniis obſtetricis officium adhibens eorum foetus dijudicabat, jucundâque illâ ironiae feſtivitate reprehenſionem temperans plurimos errore

&

& opinionis vanitate liberabat, & in rectam veri bonique viam revocabat: ita Tu, Praeſtantiſſime Fonteini, & ſtudium tenaciſſimum & ingenium culiſſimum in legendo & judicando, non in ſcribendo, collocas, & illam judicii ſeveritatem humanitate temperans plurimis noſtrorum hominum & profuiſti & prodes: *quorum* nemo eſt, paulo quidem prudentior ac modeſtior, quin ſcriptum editurus, ſive illud ad Antiquas ſive ad Patrias Literas, ſive ad ſolutam *ſive ad ligatam* referatur orationem: nemo igitur eſt, quin tuum expetat judicium, & cum accedat ad Te ut ad judicem, a quo tam ſit probari honorificum, quam reprehendi ſalutare, tum diſcedat a Te, ut ſe tuâ admonitione doctiorem melioremque discedere ſentiat. Quare tua, Praeſtantiſſime Fonteini, jam octogenarii ſenectus eſt illa quidem omnibus admirationi, & jure beata praedicatur, *ut corpore animoque* vigens, morum facilitate conſtans, doctrinarum ſtudiis exhilarata, ſummorum hominum familiaritate florens: quae quamquam magna ſunt & mirabilia, haud ſcio an majus etiam ſit illud tuum bonum, cujus fructus in publicum effluit. Mihi certe in Te intuenti, neſcio quomodo, ſemper occurrit illud L. Craſſi dictum, qui ſenis beatitatem in dando conſilio poſuit, ut ſuo jure dicere ſenex idem poſſit, quod apud Ennium dicat Pythius Apollo: *ſe eſſe eum, unde ſibi, ſi non populi & reges, at omnes ſui cives conſilium expetant,*

Suarum rerum incerti: quos ego meâ ope ex
Incertis certos compotesque consili
Dimitto, ut ne res temere tractent turbidas.

Plura hanc in rem dicere, quamquam & multa & veriſſima dicere poſſim, cum tua gravitas, tum meus me prohibet pudor. Illud unum intelligi volui, me non ſine ratione facere, ut libellum Criticum ei viro inſcribam, cujus & ſumma doctrina & diuturna vita in judicio de his Literis, id eſt in Critico ſtudio, conſumta eſt. Nunc intermiſſae inſtaurataeque ſcriptionis cauſſam accipe.

Igitur Bibliothecae Criticae ſcribendae primum ſocius, ut noſti, mihi erat Schultenſius noſter: qui partes tuebatur Orientalium Literarum, Cenſurasque in eo genere conſcripſit eas, quae in tribus prioribus primi voluminis partibus exſtant. Sed Schultenſio in Lugdunobatavam delato Academiam, Literae nimirum Orientales in hac Bibliotheca conticuerunt, & ſolae jam relictae ſunt Graecae Latinaeque; quarum tanta erat materia, ut faber ei deesſe videretur. Hoc mihi loco non praetereundi ſunt viri, qui in partem operis accesſerunt. Primus eſt Ruhnkenius meus idemque Tuus, qui, ut Homerice dicam, in literata civitate nobis eſt,

Εἷς βασιλεὺς, ᾧ ἔδωκε Κρόνου παῖς ἀγκυλομήτεω
Σκῆπτρόν τ' ἠδὲ θέμιςας, ἵνα σφίσιν ἐμβασιλεύῃ.

Hic igitur duas contulit Cenſuras, alteram *Commentarii de Palaeſtra Neapolitana* ab *Ignarra* ſcripti, alte-

ram

ram libelli *Orphici de Lapidibus a Tyrwhittio* editi. Nec alii defuerunt viri docti. Nam Laurentii Santenii eſt *Tibulliana* Cenſura: Jani Ruardi, *Verrianorum Faſtorum*: Henrici Wagneri, *Horatiana*, & item alia. Omnino de fabrorum paucitate non erat querendum, ſi Τοιοῦτοι δέκα μοι συμφράδμονες εἶεν Ἀχαιῶν· Nunc tantus vacabat *locus*, cui ego explendo vix ſufficerem. *Quid igitur*, inquis, tantusne is labor eſt, per totum annum ſcribere unum libellum, quales & multos quotannis, & multo majores illos, multi Ephemeridum Scriptores edunt? Scio & novi, Praeſtantisſime Fonteini, nec invideo, miror magis illam ſcribendi facilitatem. Mihi quidem in hac ingenii tarditate ad ſcribendum tempore & cogitatione opus eſt: *οὐκ ἔσμεν τῶν ἐμούντων, ἀλλὰ τῶν ἀκριβούντων*· Adde huc vitam occupatam docendi munere: quod, ſi ad profectus discentium adminiſtrandum eſt, plus temporis requirit quam vulgo putatur, &, cum quotidiano inſtituendi opere, ſaepe neceſſitatem librorum conſcribendorum adfert. Nam, ut antea in tradendâ Philoſophiâ libellos confeci de Logicâ, Metaphyſicâ, & Hiſtoriâ Philoſophiae, quorum ille editus eſt: ita nuper, ad Literas docendas traductus, in ſimilem neceſſitatem inductus ſum, meditorque cum maxime duos libellos de *Hiſtoriâ*, alterum de *Univerſali*, alterum de *Literariâ*. Nam quid de Plutarcho dicam, qui vetus eſt nomen quod vix diutius deberi poſſe videatur, cujusque edendi ſpecimen hac ipſa Bibliothecae parte prodendum duxi. Haec eo pertinent,

 non

non ut operam meam qualemcumque illam ambitioſe jactem, ſed ut Tibi, Praeſtantisſime Fonteini, cui omnia mea probari cuplo, temporis mei intermisſaeque ſcriptionis rationes probem.

Alia difficultas exſtitit ex ipſâ hujus Bibliothecae formâ & deſignatione. Hanc enim ita inſtitueram, ut nec unice Criticas Animadverſiones contineret, veluti *Miscellaneae* illae *Obſervationes Belgicae:* nec ut ſolam novitatem haberet, veluti complures noſtra aetate Ephemerides, in quibus de libris quibusque recentisſimis refertur. Quorum generum illud, ſolidum & auſterum, non ſatis valet ad excitanda tenendaque hominum ſtudia; hoc jucundum quidem, ſed leve, haud fere alium fert fructum, niſi eum, qui cum ipſa novitate perit. Igitur inter utrumque genus medium quoddam tenere ſtudui; ut ab illo doctrinae diligentiam, ab hoc novitatis gratiam, asſumerem. Quantum conſecutus ſim, alii judicent: ego certe Thucydideum illud mihi propoſui, liceat enim parva magnis conferre, ut non tam ἀγώνισμα εἰς τὸ παρὸν, quam κτῆμα εἰς ἀεὶ conficerem.

Ceterum, novitate, quâ legentibus voluptatem quaerebam mihi ipſe moleſtias inveni. Quid aliis accidere ſoleat, neſcio. Ego novisſimos quosque in hoc genere libros legere, & ad certum quaſi & praeſtitutum Cenſurae tempus legere, coactus, incredibile eſt quantum ſaepe taedii devoraverim. Ita enim ſe res habet, ut vel optimum librum quovis tempore legere, nec libeat, nec placeat: nedum minus bonos, quo-

quorum eſt major multitudo, quos ne attingeremus quidem, niſi cenſoria provincia neceſſitatem imponeret. Huc illud etiam injucundum accedebat, quod Critica, ad certum librum adſtricta, nec campum reperiebat ubi liberius excurreret, nec locos ſatis frequentes ubi alias Animadverſiones expromeret. Quare, ut huic incommodo occurratur, ab iſta novitatis lege *aliquantum* remittemus, ac ſubinde, Te quidem, Praeſtantiſſime Fonteini, approbante, interponemus *tum* Criticas Diatribas in Veteres Auctores, tum ineditas eorumdem particulas, Obſervationes, Emendationes, aliasque hujus generis ſcriptiones; veluti nunc adjecimus Specimen Plutarcheum & Animadverſiones Julianeas.

Jam quid de invidiâ cenſorii muneris dicam? Quae ſane Cenſori, peculiari quodam fato, ab omnibus venit Scriptoribus, tum ab iis quos cenſet, tum quos praeterit. *Et hos quidem ego* rogatos velim, ne ſcripta *ſua per contemtum* aut neglectum a me praeterita putent, ſed ſinant apud me valere rationes eas, quas modo dixi: cogitentque, nec omnia ad meam notitiam pervenire, nec me omnia legere poſſe, quae ad notitiam meam veniant, nec denique lecta omnia me dijudicare poſſe. Illorum, qui cenſentur, difficilius etiam eſt negotium. Ut enim Scriptor quisqué ſcriptum ſuum, ut partum pater, diligit ac pulchrum putat, ita laudes, ut debitas verasque, nullâ magnoperè benivolentiâ, reprehenſionem, ut falſam immeritamque, odio accipit. Unde fit, ut, quum nulla ſit lau-

 dis

dis gratia quae reprehenſionis invidiam compenſet, Cenſori rationibus ſubductis ſumma ſemper maneat invidiae. Contra quam ſi & ipſe Cenſor animo ſit firmo ac munito, & Cenſuram ſuam probet aliis iisque doctiſſimis viris; ego tamen, neſcio quomodo, nil me profeciſſe putem, niſi judicium meum huic ipſi homini, de quo judicaverim, probem. Ita Socrates in convincendo adverſario, magis unius adverſarii, quam multorum teſtium, aſſenſum ſibi quaerebat. Quod cum praeſtare Cenſor non poſſit, illud certe praeſtare & poteſt & debet, ut ſuum ipſe ſibi judicium probet. Atqui hoc ipſum audienti facile videtur, experienti difficillimum reperitur. Me quidem duo ſemper ſcrupuli ſollicitant: quorum alter ad Scriptorem, de quo judicatur, alter ad Cenſurae difficultatem, refertur. Uterque cujusmodi ſit, Praeſtantiſſime Fonteini, operae pretium eſt cognoſcere.

Et primum de Cenſurae difficultate, quidque hoc ſit cenſere, quamque vim habeat, videamus. Nimirum, nomen ductum eſt ab more Romano, quo Cenſor cives, ſuis quemque facultatibus, ſuis bene ſecusve factis, in certam claſſem redigebat Ergo librum cenſere eſt, eum laudibus vitiisque ſuis aeſtimare & ſuo loco, tamquam claſſe, ponere. Hoc jam ipſa profeſſione, neſcio quam, habet arrogantiam: te unum e multis ſurgere non modo ad dicendum, ſed ad cenſendum Cedo vero etiam rem, quam cenſeas? Scilicet haec ejusmodi eſt, quae ne cadat quidem ſub eam Cenſuram, quam volumus, quamque ipſa nominis vis ac

ratio

ratio poſtulat. Neque enim ingeniorum, premti corporum, certam menſurae ſignificationem nobis dedit Natura: nec doctrinam licet aeſtimare aut librâ ut gravitatem ponderis, aut thermometro ut gradum caloris. Nunc multa opus eſt libri deſcriptione, ejusdem cum ſimilibus libris comparatione, frequenti ſpeciminum commemoratione, modo probatione, modo laudatione, modo reprehenſione, omni explicandi via & ratione, omni mentis in omnes partes agitatione & converſione; ut vel aliquatenus libri pretium laudisque gradum intelligat legens, ac ſaepe ne intelligat quidem, niſi ipſe harum rerum peritiam uſumque ad Cenſurae lectionem adtulerit.

Alter ſcrupulus, Praeſtantiſſime Fonteini, referebatur ad ipſum Scriptorem, de quo judicatur. Nam in omni Scriptore duae ſunt quaſi perſonae, altera Scriptoris, altera hominis: quae perſonae niſi probe *diſcernantur ac diſtinguantur*, male in alterutram partem, *leniorem ſeverioremve*, judicabitur. Ergo perperam faciunt, qui Scriptorem quaerunt ubi non niſi hominem quaerere debebant, & contra. Hoc obſcurius forte dictum exemplo explanetur. Meminimus, Praeſtantiſſime Fonteini, nos ſaepius audire ex hominibus peregre venientibus, cum dicerent ſe apud virum doctum fuiſſe, ſed eum nil locutum quod celebratâ ipſius doctrinâ dignum esſet. Nimis quidem illi cupide & imperite: Scriptorem quaerebant, ubi homo quaerendus erat: quaſi vero e doctorum virorum ore perenne doctrinae flumen manare debeat. Immo, quo

quo plus doctrinae expromunt ſcribentes, eo minus expromunt otiantes: licetque iis ad eam ſe remittere quietem laxationemque, ut infra communium etiam hominum captum ſapere videantur: quale illud eſt Scipionis ac Laelii, qui ruſticantes mirabiliter repueraſcebant.

Neque vero minus peccant qui hominem quaerunt ubi Scriptor quaerendus erat. Quod eſt vitium Cenſorum, qui in judicio de libro non unice librum ipſum, ſed ejusdem Scriptoris famam, alias ſcriptiones, reliquam vitam, ſpectant, ejusque invidiâ aut benivolentiâ ducuntur. Quo in genere ſi in mitiorem partem peccatur, nec peculiari erga hominem benivolentiâ, ſed cogitatione communis ſortis & imbecillitatis humanae; hic eſt unicus locus, ubi Cenſori erranti velim ignoſci: ſi modo ignoſci posſit ei, qui ſemel tam grave munus ſuſceperit. Mihi quidem, quotiescumque Scriptorem reprehendo, in mentem venire ſolet, eum, quamquam malum Scriptorem, fortasſe non malum hominem eſſe: eaque cogitatio reprehenſioni veluti manum injicit, ejusque iter retardat. Ex qua dubitatione ita me ipſe ad judicii integritatem revoco, ut cogitem quid ego mihi muneris ſumſerim in cenſendo, quid ſibi Scriptor in ſcribendo. Atqui Cenſoris eſt vere accurateque judicare: Scriptoris autem eſt ita ſcribere, ut, & praeclare ſecum agi putet, ſi vere accurateque judicatur: & in animum inducat ſuum, ſe non ſibi aut paucis iisque imperitis ſcribere, ſed omnibus prudentibus & qui nunc ſunt & qui poſtea erunt, in eorumque ſe

qua-

quaſi conſeſſu & judicio cauſſam dicere. Qui ſecus facit, ut egregio Longini dicto utar, ἀσχημονεῖ πρὸς τὸν αἰῶνα, indecore agit coram omni & praeſente & futura aetate: cumque ipſe nullâ hominum reverentiâ utatur, inique poſtulat, ut erga ipſum reverenter, & mollius quam verius, agatur. Qui in publicum prodeunt, veſtitum ſumunt decorum, certe tempori locoque convenientem, nec quid ineptiarum offenſioniſque habentem: & qui publice loquuntur, operam dant, ut nil aut ineptum aut aliorum cognitione indignum afferant. Ergo qua hi verecundiâ utuntur erga paucos praeſentes, hac ſcribens non utatur erga omnes & praeſentis & futurae aetatis homines? Immò vero utetur, & eo magis quidem, quo minus quam aliis ſcribenti ignoſci poteſt. Etenim quando ſcribimus, tum in uno argumento cogitationem omnem collocamus, tum maxime vigemus & vigilamus: *eſtque*, certe debet eſſe, ſtatus ſcribentis is, in quo *maxime valet homo*, ubi ſe ipſe vincit, ubi, quod Graeci dicunt, ἑαυτοῦ κράτιστός ἐστι. Atqui, ſi, ut hoc utar, judicium de mentis ſanitate nobis ſubeundum eſſet, certe illud eo tempore potiſſimum ſubire velimus, quo potiſſimum vigemus ac valemus. Jam qui illo tempore, quo maxime vigere ac valere debebat, ineptus fuerit, nae is aliis ſapere temporibus perperam putetur.

Ceterum, ſi Cenſor, quam legem in Scriptores, eandem in ſe ipſe ſtatuit: ſi haec etiam ei nova accedit difficultas ad alias, cum quas dixi multas, tum

quas

quas non dixi innumerabiles: ſi has ego difficultates re & uſu expertus, a cenſorio munere deſtiti; poteritne ulla tanta exſtare cauſſa, qua denuo ad idem munus ſuſcipiendum adducar? Una, Praeſtantisſime Fonteini, etiam exſtat cauſſa, tua voluntas, quam negligere me non ſinit mea erga Te pietas. Hujus Tu pietatis monumentum accipe hanc ſcriptionem: Tibique ita perſuade, me, cum omnem vitae ſuavitatem Literis debeam, tum in ea praecipuo loco ponere tuam amicitiam tuamque lucem; quibus mihi ut porro diutisſime frui liceat, non mei tantum, ſed ipſarum Literarum cauſſa, vehementer opto. Vale. Scripſi Amſtelodami d. XXIX Nov. MDCCLXXXVII.

BIBLI-

BIBLIOTHECAE CRITICAE PARS NONA.

I.

D. WYTTENBACHII *Deſcriptio ac Specimen Editionis Operum Plutarchi.*

Decimus & quintus hic est annus, cum novam Plutarchi editionem pollicitus ſum, edito ejus libello de Serâ Numinis Vindictâ. Erat mea tum adoleſcentia in primo ſcribendi fervore; nec dubitabam quin quamvis magnum opus intra decennium *abſolutum foret:* quod mihi tum tempus fere aeternitatis inſtar, & maximo cuique operi perficiundo ſufficere, videbatur. At vero paullatim intelligere coepi, artem longam, vitam brevem, eſſe. Inſtitueram talem operis formam, qualem animo & cogitatione concipere poſſem, re & facto explere non poſſem. Nam quum duo praecipue ſint Editoris officia; alterum, orationem & ſcripturam Auctoris conſtituere, alterum, rerum verborumque difficultates interpretando explicare: utrumque Plutarcho ita adhibui, ut operae quidem non omnino me

poeniteat, nec tamen inſtitutam formam adhuc expletam videam. Codices ſcriptos veteres quam plurimos cum ipſe contuli, tum pro me alii contulerunt, Batavicos, Gallicos, Italicos, Moſcuenſes, alios; unde infinitis locis non ſolum corrupta verba ſanavi, ſed totas lacunas ſupplevi. Lectione aliorum Scriptorum veterum & uſu ipſius Plutarchi, apparatum emendationis & interpretationis haud contemnendum congeſſi. Sed aliis negotiis partim occupatus partim diſtractus, quum hoc in opere non niſi ſubſecivas horas collocare poſſem, animadverti tandem, in congerendâ materiâ tantum temporis conſumi, ut digerendae nil ſuperfuturum videretur: ſaepiusque Theophraſti in mentem mihi venit, qui moriens Naturam accuſaſſe dicitur, quod ſibi tum e vitâ diſcedendum eſſet, quum eo perveniſſet, ut collectis doctrinae copiis uti poſſet. Itaque illam primo inſtitutam formae operisque magnitudinem in brevitatem contraxi: illâ quidem ſpe, ut mihi perſuaderem, me in hac etiam brevitate illud conſecuturum, ut aequis doctisque judicibus operam probarem meam, exhibendâ editione, niſi omnibus ſuis numeris abſolutâ, tamen emendationis & interpretationis commendatione ſuperioribus editionibus multum anteponendâ.

Hac me ſolutum difficultate excepit alia haud minor, quae editioni moram objiceret; quod de librario qui opus ſuſciperet nondum conſtitit. Cujus

jus rei quae ſint cauſſae, nolo nunc quaerere. Nam aliam rationem, valde illam apud exteros frequentem, quâ emtorum nomina praecipiuntur, *ſubſcriptionem* vocant: hanc igitur ut ingrederer, perſuadere mihi non potui; quippe conjunctam cum multis e mercatorio genere negotiis, a quibus & uſu & voluntate alienus ſum. Interea, ne ſilentio meo alii in ſuſpicionem inducerentur, totum hoc Plutarchi edendi conſilium a me depoſitum eſſe, faciundum mihi putavi, ut iis per hanc ſcriptionem propoſiti mei fidem iterarem & confirmarem, operisque formam ſpecimine quodam declararem. Quod quidem ſpecimen erit deſcriptionis & Criticae rationis, non typorum & chartae; quibus nunc utendum fuit conſuetis, in ipſâ Editione utemur ornatioribus.

Sed de Criticâ ratione ac deſcriptione Editionis *haud alienum eſt hoc* loco, & hoc in primis libello, exponere. Totum Editoris officium ad intelligentiam, tamquam finem, refertur. Intelligentiae opifex eſt *Interpretatio*. Quae quamquam momento prima ſit, tempore tamen prior eſt *Emendatio*; quippe omnis Interpretatio vana & incerta eſt, niſi prius Auctoris manus & ſcriptura conſtituta ſit. In Graecorum editionibus Auctorum tertia etiam pars accedit ea, quae vulgo *Verſio Latina* dicitur; quae, ut ab exemplis uſui tironum deſtinatis abeſſe debet, ita exemplis ad communem uſum comparatis, Auctorum praeſertim

difficiliorum, utiliter adeſt, & vicem ſaepe Interpretationis ſupplet. Jam tria haec munera, *Emendationis*, *Interpretationis*, *Verſionis*, modo & ratione adminiſtrari debent. Ut enim quis omnes ingenii doctrinaeque copias attulerit, nil magnopere legentibus ad intelligendum contulerit, ſi easdem copias temere ac promiscue effundat. Itaque primum totius operis deſignatio apte fiat ad illum Intelligentiae finem. Deinde ad hanc deſignationem tria illa munera accommodate adminiſtrentur; ut nil non ſuo loco, nil temere, nil alienum, nil parum nimiumve fiat. Nam is demum recte agit, qui ad optimum finem per optimam viam contendit, eamque viam accurate perſequitur. Via duas habet partes, internam & externam: illa continetur ipſis his tribus operibus, *Emendationis*, *Interpretationis*, *Verſionis*: haec eſt distributio, ſeu diſpoſitio & locus. Multum enim refert ad Intelligentiam, quo loco, *Emendatio*, *Interpretatio*, *Verſio*, ponantur. Igitur; quia, ubi haeremus, praeſens auxilium quaerimus, tria illa Intelligentiae ſubſidia, *Emendatio*, *Interpretatio*, *Verſio*, eâdem paginâ, ſuo quaeque deinceps loco, Graecae orationi ſubjiciantur. Nec enim probo eorum deſcriptionem, qui typographicae venustatis opinione ducti, & Graecam orationem, & tria illa Intelligentiae ſubſidia, ſeorſim quodque aliis paginis ponunt. Qua disjunctione & animi & oculi & manus legentium,

ultro

ultro citroque oberrare coacti, defatigantur: quod magis etiam fit, ſi Addenda, & Scholia Graeca accedunt. In libello de Serâ Numinis Vindictâ, ſi ipſe iſtam deſcriptionem partim ſecutus ſum, ſeorſim ponendâ Interpretatione, hoc non eo valet ut nunc quoque recte factum judicem. Ergo primam paginae partem habeat *Graeca oratio*: cui in noſtrâ Plutarchi editione adjungentur notae paginarum ex Editione Graeco-Latinâ, quippe adhuc maxime frequentatae a Viris doctis, & a me in excitandis Plutarchi locis adhibitae. Proxima ſit *Emendatio*: quae & pauciſſimis abſolvatur verbis, nec niſi in tribus verſetur generibus: primo, ubi nova lectio inducitur: ſecundo, ubi alia lectio fertur aeque illa bona ac vulgata: tertio, ubi conjectura proponitur. Quae quidem conjectura aut rariſſime aut numquam in Graecam orationem recipienda est, neque certe aliter niſi memoratâ vulgatâ lectione. Ratio Emendationis, niſi per ſe ipſa aut e Verſione intelligatur, reddetur vel in Interpretatione, ſi quidem praeſenti opus ſit ſubſidio, veluti hoc ſpecimine Plutarcheo p. 999. E. de illo κριτικωτέραν ἢ γονιμωτέραν: vel referatur in Indicem Graecitatis, veluti illud p. 1000. D. παῖδα ποιεῖται. Nam, quod ad loci intelligentiam ſatis est, apparet cum per ſe tum e Verſione Latinâ, *adoptare* eſſe παῖδα ποιεῖσθαι, non παιδοποιεῖσθαι. Reliqua omnis Variarum Lectionum farrago ad calcem libri rejiciatur, nec in eâdem pagi-

nâ Graecae orationi ſubjiciatur, qui locus proprius ac debitus eſt praeſentibus illis tribus Intelligentiae ſubſidiis, *Emendationi*, *Verſioni*, *Interpretationi.*

Deinceps eſt opus Auctoris Latine verſum, quam vulgo *Verſionem* vocamus. Cujus primum eſt officium, ut ſit vera & Latina: alterum, ut non univerſe Auctoris ſententiam exhibeat, ſed ut cum ſententiâ proprietatem in verbis & conſtructione exprimat, itaque Interpretationis vices agat, lucemque ad Graecae orationis intelligentiam adferat. In Plutarcho quidem non eſt quod quis plane novam conficiat Verſionem post Xylandrum, egregium virum, Graece Latineque doctiſſimum: cujus Verſionem ita retinui, ut eam ſaepe ad Auctoris ſententiam rationemque accuratius ſignificandam reformarem, cum ex melioribus codicum ſcriptorum lectionibus, tum ex meo ipſe ſenſu & judicio. Igitur, ut hoc utar, ὥσπερ ἐκ τύχης τότε φορὰν γενέσθαι συνέβη σοφιστῶν ἐν τῇ Ἑλλάδι, quod Xylander vertit: *eâ enim tempeſtate quaſi fortunâ quadam Sophiſtae in Graeciâ proveniebant frequentes*; ita leviter immutavi: *eâ enim tempestate, veluti caſu, frequens Sophiſtarum contigit proventus in Graeciâ.* Sic, & quantum licuit a Xylandro retinui, & Plutarchum accuratius reddidi, exprimendâ proprietate vocum συνέβη & ἐκ τύχης: de quibus exponetur in Graeco Indice. Alia exempla hoc ipſo in ſpecimine quivis ferè verſus habet.

Tertius, isque maximus, locus est *Interpretationis.*

Quae

Quae univerſe duplex est; *Grammatica*, quae unice ſpectat *quid* Auctor dicat, ejuſque ſenſu aperiundo contenta est: *Critica*, quae ſpectat *quale* Auctor dicat, rectene & vere, an contra. *Grammatica Interpretatio*, prior illa & momento & tempore, duplicem habet materiam, *Rerum* & *Verborum*, implicitas quidem & conjunctas alteram alteri, quod verba ſine rebus eſſe nequeunt: attamen ratione quadam disjunctas, certe non confundendas a bono Interprete. Verborum Interpretatio triplici genere continetur, vel ſingulis in verbis, vel dictionibus ſeu phraſibus, vel conſtructionis nexu. Quae omnia maximam partem in Indicem Graecitatis reponentur: niſi ubi praeſenti auxilio opus fuerit: veluti in notâ de illo κριτικωτέραν ἢ γονιμωτέραν, p. 999. E. & de ὑπηνέμιοι γενῶν, p. 1000. C. Igitur Interpretatio ea, quae in eâdem, quâ Graeca oratio, paginâ expromitur, in Rebus potisſimum verſabitur. Res generatim ſunt vel *facti*, vel *ſententiae*, ſeu, ut vulgo dicuntur, vel *historicae*, vel *dogmaticae*. Res historicae hactenus ſunt tractandae, ut appareat quo ex Auctore ductae ſint, quantamque habeant fidem: quo in genere praeſens ſpecimen exempla non habet, niſi forte in notando fonte Herodoteo. p. 1000. A. B. Sententiae, illuſtres quidem & reconditae, e Philoſophiâ petitae, diligenter ſunt explicandae, in primis in Plutarcho, qui inter primarios Historiae Philoſophicae fontes cenſetur, in eoque argu-

mento adeo eſt frequens, ut ſine ejus explicatione intelligi omnino nequeat. Igitur copioſius dicendum exiſtimavi de dictis Heracliti & Menandri. Huc etiam pertinet illud, non rebus magis quam verbis adhibendum ab Interprete officium, quod verſatur in notandis locis aliunde ſumtis, ſeu diſerte memorato ſeu omiſſo Auctoris nomine, ſive imitando expreſſis, ſive alludendo ſignificatis: cujusmodi loci in nullo veterum Auctorum plures frequentioresque ſunt quam in Plutarcho. Quod officium a quibusdam Interpretibus perperam negligitur. Quod ſi enim non ad ipſius Auctoris intelligentiam valeret, tamen ad humanitatis ingeniique fructum pertinebat, noſſe utrum a ſe ipſe an ab alio ſua habeat Auctor. Nunc tanti eſt momenti ad ipſam Auctoris intelligentiam hoc officium, ut illa conſtare ſine eo non poſſit.

Ceterum, Interpretatio certum quoque finem ac modum habeat. Nam ut nemo dubitat, quin obſcura illuſtrari, & impedita expediri debeant; ita dubitatur, quid ſit obſcurum & impeditum. Atqui haec non per ſe, ſed comparatione, conſtant: non ſunt abſoluta, ſed relata; ut quod aliis obſcurum impeditumque ſit, idem aliis perſpicuum expeditumque reperiatur. Ergo neque ita diffundenda eſt Interpretatio, ut eos etiam locos explicet, qui non niſi pueris ac tironibus obſcuri ſint: neque ita reſtringenda, ut ſolos attingat eos locos, in quibus doctiſſimi ho-

homines haereant. In priori genere ſunt Minellianae, Farnabianae, ſimilesque editiones: quas ego haud penitus contemno, quippe ipſe quondam earum utilitatem expertus: ſed Plutarchum totum ad eam rationem edi nolim. In altero genere ſunt Bentlejanae editiones, quae unice in emendando verſantur, rerum verborumque omnem Interpretationem, quaſi legentibus cognitam, omittunt, nec eam niſi obiter, ubi emendationis ratio reddenda est, attingunt. Ad quam item rationem, paucisſimis accommodatam, non edendus est Plutarchus, cujus doctrina eum habet fructum, qui in publicam utilitatem explicari debeat. Quid igitur? Media quaedam tenenda est via, quam quisque non imperitisſimus ſequi posſit. Carneades in ſcholâ nimium clamans, a vicino admonitus ut vocem aliquantum ſubmitteret, *reſpondit, Da mihi vocis menſuram*: cui *vicinus*, *menſuram habes auditores tuos*. Ita Editor menſuram Interpretationis habet legentes: quorum captui, quaſi auribus, ita vocem accommodabit ſuam, ut a quovis non ſurdo intelligatur, nec contentione obtundat acutiores, nec ſubmisſione praeterlabatur hebetiores. Non igitur ſe ipſe faciet menſuram, ut de iis tantum locis dicat, qui adhuc ipſi difficiles videantur, praetereat autem locos, quos, antea minus intellectos, jam longo Auctoris uſu intelligit. Perſonam ſumet medii hominis, qualis ipſe fuerat anteaquam ad interiorem cum Auctore familiaritatem pervenerat: tum ipſe ſe excutiet, ac ſuo ſenſu

explorabit, quem Interpretationis modum legentibus admetiatur. Itaque nil dixi ad p. 999. E, de Sophiſtis, qui Socratis tempore fuerunt: at dixi de ſententia loci p. 1000. C, *non plures, quam unam, Sectas veras eſſe.* Denique de locis deſperatis, quibus lucem aut ſanitatem adferre non potuerit, ne taceat, ſed ignorantiam ipſe ſuam candide profiteatur. Qui ſecus facit, dupliciter peccat: & quod ſilentio intelligentiam ſimulat, & quod aliis corruptum tamquam ſanum tradit. Nec poteſt, niſi ſimplex & apertus, quisquam eſſe bonus Interpres.

Quae adhuc de Interpretatione diximus, pertinent ad *Grammaticam* ejus partem, cui unice propoſitum eſt intelligere *quid* Auctor dicat, non *quale*, verumne an falſum, pulchrumne, venuſtum, rectum, an ſecus; quod eſt argumentum *Criticae* ejus partis. Atqui, ſi unam nobis praeſtat Grammaticam Interpretationem Editor, praeclare nobis fieri putemus, contenti ſimus, nec ultra quid requiramus. Ipſe vero non ita ſe his finibus continebit, quin ſubinde in Criticam partem excurrat. Ceterum, eam hiſtoricis magis quam dogmaticis adhibebit locis: cavebit ſibi, ne Auctorem ad noſtri potius quam antiqui ingenii rationem conſuetudinemque exigat: ſemper cogitabit, quid poſtulet loci ratio, quid legentium menſura: quorum ingeniis ſaepius relinquet hoc judicium, quam ipſe faciet. Nam horum quidem per eſt ridiculum & indoctum Editorum genus, qui in locis obſcuris, quos non intelligunt, tacent:

ubi

ubi vero talem judicandi locum, quamvis perſpicuum, nacti ſunt, eum cupide arripiunt, in eum tamquam ignorantiae tegumentum ſe induunt, per longas diſputationes intempeſtivam ſapientiam expromunt, ſeque tum ut optimos Interpretes jactant, alteros illos Grammaticos Interpretes, quamquam unicos intelligentiae opifices, tamen ut ſyllabarum aucupes contemnunt. Quo errore decepti multi, patrum majorumque memoriâ, eas demum bonas Editiones judicarunt, quibus Commentarii, ſeu Diſcurſus, uti vocabant, Politici & Philoſophici adjecti eſſent. Qui, quamquam accurate confutati ab Erneſto in Praefatione ad Tacitum, tamen hodieque in aliis generibus ſuos habent imitatores.

Denique, Interpres quum illud agere debeat ut Auctoris intelligentiam aperiat, ita ſcribet ut ipſe *intelligatur. Nam*, qui non ipſe intelligitur, nae is *ut Auctor intelligatur* non efficiet. Ergo omne ſtudium in perſpicuitate ponet. Quam quidem vidimus a compluribus, quos nominare non eſt opus, doctisſimis etiam viris adeo neglectam esſe, ut ſaepe minori negotio intelligatur locus Auctoris quam illorum Interpretatio.

Haud poſtrema Editioni utilitatis commendatio accedit ab Indicibus. Quorum Plutarcho noſtro quatuor adjungentur: primus *Rerum*, multo auctior eo, qui in Stephaniana & Graeco-Latina Editione vulgatur: ſecundus *Animadverſionum*, ſeu, Rerum Verborumque in Interpretatione explicitorum: tertius

tius *Auctorum*, qui a Plutarcho memorantur: quartus *Graecitatis*, ſeu Lexicon Plutarcheum. Et hi quidem duo postremi e Critico Grammaticoque genere erunt; ut expromatur, ſi quid novi habeam vel de Auctoribus, vel de uſu ac vi verborum & dictionis.

Ceterum nostra Editio omnia, quae ſuperſunt, Plutarchi ſcripta complectetur; ita, ut primum prodeant ea, quae *Moralia* dicuntur; quippe quae multo longiorem difficilioremque operam postulant quam *Vitae*, quas idcirco, quaſi ad requiem laboris, repoſuimus.

De antiquis Codicibus, quibus ad restituendam Plutarchi ſcripturam uſus ſum, in ipſius Editionis praefatione exponetur. Nunc modo illorum ſigna explicentur, qui in hoc ſpecimine adhibiti ſunt, praeter Editiones Aldinam & Baſileenſem. Igitur B & E ſunt duo praestantisſimi Codices ſcripti Bibliothecae regiae Pariſienſis. T ſunt Lectiones Turnebi, quas multo plures plenioresque iis, quae in Collectione Variarum Lectionum Editionis Graeco-Latinae exſtant, excerpſi ex ipſo Turnebi exemplo, quod ſervatur in eadem Bibliothecâ regiâ Pariſienſi. *Mez.* ſignificat Lectiones Bacheti Meziriaci, ab ipſo inſcriptas margini exempli Stephaniani, quod eſt in Bibliotheca Lugduno-Batava.

Satis dictum de lege ac ratione Editionis: jam operae nostrae ſpecimen prodeat.

ΠΛΟΥ-

ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ

ΠΛΑΤΩΝΙΚΑ ΖΗΤΗΜΑΤΑ.

ΖΗΤΗΜΑ. Α.

Socrates, qui hanc in diſſerendo rationem tenebat, nil ut ipſe ſtatueret, ſed eorum, quibuscum diſſerebat, notiones opinionesque interrogando eliceret, ipſe ſe apud Platonem in Theaeteto obſtetrici comparat, idque ſibi a Deo munus impoſitum dicit, nil ut ipſe pareret, ſed aliorum partus in lucem produceret. Jam, quum non credibile ſit, eum Dei nomine per jocum & ſolitam ſibi ironiam uſum esſe, quaeritur hac Quaestione, idque, ut ſolet in ejusmodi *ζητήμασι* ac *προβλήμασι*, disjuncte, quid *Dei* nomine ſignificaverit Socrates: utrum ſuum ipſe ingenium & naturam, prouti Menander & Heraclitus hominis mentem *Deum* vocarunt: an revera divinam cauſſam, id eſt, *Deum* quendam & *Genium*, quem tamquam auctorem ac ducem in ingrediendâ perſequendâque hac Philoſophiae ratione ſecutus ſit. De priori disjuncto nil addit *Plutarchus*, ſed continuo ſe convertit ad poſterioris affirmationem, *ostendens* ſuaviter & copioſe, Socratis rationem cum temporibus illis accommodatam neceſſariamque, tum vero per ſe veriſſimam certiſſimamque Philoſophiae inſtitutionem, & mentis aegrotae quaſi medicinam, fuiſſe. Ceterum haec divina cauſſa, hic Deus auctor ac dux Socratis, univerſe tantum ſignificatur a Plutarcho tamquam Divina Providentia, nec peculiariter meſſoratur celebratus ille Socratis Genius. Quamquam, ſi verum quaerimus, Socrates ipſe quem *Deum* vocaverat hoc Theaeteti loco, eum infra 117, H, *Genium ſuum*, ſeu *Daemonium* vocare videtur; eadem fere ratione atque in Theage p. 12, ubi de Daemonio ſuo praecipue narrat. Porro *Dei* appellatio apud Platonem non ab omni prorſus ironiâ vacat; quippe Socrates prae ſe fert, ſe quoque artis ſuae praeſidem habere Deum, prouti obſtetrices praeſidem habeant Dianam p. 117. C.

Τί

ἢ 3) γονιμωτέραι οὔσαι, Θεὸν προσεῖπεν, καθάπερ

dicandum quam gignendum aptam, Deum vocavit?

3) ἢ, flagitante ſenſu, receptum ex uno T, pro vulgato καὶ.

Deum, hic ingenium noſtrum vocavit Daemonem. Atqui nec Deus κριτικὸς potius quam γόνιμος est, nec eâ opinione ducti Menander & Heraclitus illa dicta protulerunt. Sententia Plutarchi hunc in modum accipienda: *Utrum igitur ait, ingenium ſuum, magis illud judicando quam gignendo aptum, prohibere ipſum quominus gignat, & imponere ipſi obſtetricis munus: & ingenium ſuum vocat Deum, ut Menander & Heraclitus?*

Videamus univerſe, quid inter utramque interſit ſententiam; nam peculiariter ſuo quamque loco proxime tractabimus. Φύσις, *ingenium, indoles animi*, in duas partes diſtribuitur hoc loco, νοῦν & ἦθος: quorum ille in noſtra est poteſtate, hoc neceſſitati cuidam ſubjectum, minus eſt in noſtra poteſtate: ut ſunt Intelligendi facultates vel voluntariae, vel non voluntariae: quod notavi Logic. P. II. Cap. I, §. 12 & 14. Utrisque divinitas quaedam tribuitur. Νοῦς, praeſtantiſſima contemplativarum facultatum, *ratio & mens*, a Philoſophis, quos ſequitur Menander, tamquam ea pars informatur quam ab ipſâ Divinâ naturâ habemus. Ἦθος autem non eſt mere contemplativum, ſed activum ſimul, conſideraturque eâ noſtri parte, quam *ingenium moresque* & Graeco nomine, uſu nunc vulgato, *characterem*, vocamus. Igitur uniuscujusque ἦθος ab ipſius naturâ profectum, conſuetudine formatum & ad naturae vim confirmatum, peculiare quid & a reliquorum hominum ἤθει diverſum habet; ut *more* ſuo multa faciat, tacitâ monente naturâ, quorum cauſſas pri-

ϑάπτῳ Μένανδρος „ Ὁ νοῦς γὰρ ἡμῶν ὁ
Θεός."

vit? ſic ut Menander: „ *Nam Mens nobis Deus* „ *eſt.*"

moſque conſiliorum motus in ſe ipſe habeat quidem, nec tamen diſerte animadvertat, nec clare eorum ſibi ſit conſcius. Atqui rebus admirandis, quarum cauſſas ignoramus, vulgaris opinio divinam quandam cauſſam tribuere ſolet, ſive fortunae, ſive fati, ſive providentiae, ſive Daemonis ac Dei. Hinc magna conſilia & inventa, cum ultro ſe ac ſine meditatione menti offerunt, ad divinum quaſi afflatum inſtinctumque referuntur. *Nec tantum in poëtis* aliisque hoc valet, ſed in iis etiam qui manu magnum facinus aggrediuntur. E quo genere illud eſt Virgilianum Aen. IX, 184: *Diine hunc ardorem mentibus addunt, Euryale, An ſua cuique Deus fit dira cupido.*

Μένανδρος.] Primum de auctoritate, deinde de ſenſu videamus. Hermotimo aut Anaxagorae tribuit Jamblichus Protrept. Cap. VIII. p. 53: ὁ νοῦς γὰρ ἡμῶν ὁ Θεός. εἴτε Ἑρμότιμος, εἴτε Ἀναξαγόρας, εἴτε τοῦτο. Sed hic, quamvis a Menandro prolatum ſciret, potuit dictum illud, ut major ejus eſſet auctoritas, ad claros illos philoſophos referre, apud quos ὁ νοῦς maxime celebratus fuerat. Nam, ut ab Anaxagora profecit Euripides, ita ab Euripide Menander. Itaque hoc ipſum dictum ſignificari putem, quod ad utrumque poëtam refertur a Nemeſio Nat. Hom. Cap. XLIV. p. 321: Εὐριπίδης δὲ καὶ Μένανδρος ἐνίοις (f. ἐνίοτε) τὸν νοῦν ἐν ἑκάστῳ φασὶ προνοεῖν ἑκάστου, Θεὸν δὲ μηδένα. Hoc nexu ſi poſita fuit ſententia apud illos poëtas, non ita debet accipi, ut Dei providentiam negaverint: a qua quidem impietate longe eos remotos fuiſſe conſtat; ſed ut argumento fabulae ac perſonae ſervierint; veluti repre-

Θεός." Καὶ Ἡράκλειτος „Ἦθος ἀνθρώπῳ δαίμων."

est:" & Heraclitus: „*Ingenium hominis numen.*" An

hendentes ignaviam eorum qui a Diis omnia exſpectantes non ipſi manum operi admovent: quo ſenſu illud est apud Juvenalem Sat. X. fin: *Nullum numen abest, ſi ſit prudentia: ſed te Nos facimus, Fortuna, Deam, coeloque locamus.* Euripidis nomine memorat Theon Sophiſta in Progymn. Cap. V. p. 79: Εὐριπίδης ὁ ποιητὴς τὸν νοῦν ἡμῶν ἑκάστῳ ἔφησεν εἶναι θεόν. Sine nomine auctoris ad orationem ſuam eleganter accommodavit Panegyrici Auctor in Conſtantin. Aug. 4, 2: *Sua enim cuique prudentia Deus est.* Menander alio loco eandem ſententiam prodidit in Adelphis, ap. Juſtin. Mart. de Monarch. p. 109, A: Θεός ἐστι τοῖς χρηστοῖς ἀεὶ ὁ νοῦς. Euripidem hac in re laudavit etiam Cicero Tuſc. I, 26: *Animus, ut ego dico, divinus est, ut Euripides dicere audet, Deus.* Euripidem Chryſippus & Stoici ſecuti ſunt: e quorum doctrina est illud apud eundem Ciceronem Off. III, 10: *Cum verò jurato ſententia dicenda ſit, meminerit Deum ſe adhibere testem, id est, ut ego arbitror, mentem ſuam, qua nil homini dedit Deus ipſe divinius.* Conferantur Seneca Ep. XXXI. Epictetus Diſſ. I, 14. M. Antoninus, II, 13. III, 17. V, 10. Animos noſtros partes esſe divinae naturae, cum plerique Philoſophi ſtatuebant, Pythagorici, Jonici, Platonici, Stoici, tum praecipuam Animi partem Deum vocabant, in ratione & nomine aliquantum disſentientes. Anaxogorae νοῦς dicitur: Stoicis δαίμων & ἡγεμονικόν: Platoni utrumque.

Ἡράκλειτος.] Dictum hoc, ut multa Heraclitea, deſideratur in ejus reliquiis ab H. Stephano in Poeſi Philoſophica editis. Sub Heracliti nomine exſtat apud Stobaeum Serm. CII. De Felicitate p. 559: Ἡρά-

δαίμων." Ἢ θεῖόν τι καὶ δαιμόνιον ὡς ἀληθῶς

An divina quaedam cauſſa & genius revera Socrati hanc

Ἡράκλειτος ἔφη, ὡς ἦθος ἀνθρώπῳ δαίμων· unde ſumtum retulit Bruckerus Hist. Crit. Philoſ. T. I. p. 1223. Accedit auctoritas Alexandri Aphrodiſienſis, duplici loco iisdem verbis iteratis, De Fato, p. 164, a. lin. 31. Ed. Ald. & De Anima, L. II. p. 162. b. lin. 8. Ed. Ald: ἦθος γὰρ ἀνθρώπων, κατὰ τὸν Ἡράκλειτον, δαίμων· τοῦτ' ἐςι φύσις· ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖςον γὰρ ταῖς φυσικαῖς κατασκευαῖς τε καὶ διαθέσεσι καὶ τὰς πράξεις καὶ τοὺς βίους καὶ τὰς περὶ τὸν βίον καταστροφὰς ἀκολουθεῖν συμβέβηκεν· Alexandro igitur, ut Stobaeo, δαίμων eſt *fortuna*, ἦθος autem φύσις· Nam φύσις, quod forte quis ad propius δαίμων referat, ad remotius ἦθος referendum eſſe, ipſa ratio ac disputatio Alexandri oſtendit: ſecundum quem haec est ſententia Heracliti: *hominis fortuna poſita est in ejus moribus, ſeu, naturâ.* Hic igitur, ut Peripateticus, hoc dictum ad ſuae rationem doctrinae accommodans, ab Heracliti quidem mente diſceſſit: ſed alios tamen praeeuntes in hac interpretatione habuit, quae, quamvis a mente Heracliti aliena, elegantisſimam verisſimamque peperit ſententiam. Hinc enim, ſine dubio, expresſum est illud apud Cornel. Nep. Attico, II: *Sui cuique mores fingunt fortunam.* Ciceronem Paradox. V, 1: *Fortuna, ſicut ſapiens poeta dixit, ſuis cuique fingitur moribus.* Quod Manutius probabiliter refert ad Plautum Trinummo, II, 2, 84: *Nam ſapiens quidem, Pol, ipſe fingit fortunam ſibi.* Quibus locis nonnulla notarunt interpretes, uſi opinor copiis Erasmi. Adag. p. 1863. Sed Plutarchi interpretatio, *hominis ingenium est Deus*, magis conſentit cum Heracliti doctrinâ. Nam homo per ſe eſt ἄλογος, ut est in Apollonii

θῶς αἴτιον ὑφηγήσατο Σωκράτει τοῦτο τῆς φιλοσοφίας τὸ γένος, ᾧ τοὺς ἄλλους ἐξετάζων ἀεὶ τύφου καὶ πλάνης καὶ ἀλαζονείας, καὶ τοῦ βαρεῖς εἶναι πρῶτον μὲν αὐτοῖς, εἶτα τοῖς συνοῦσιν, ἀπήλλαττε. Καὶ γὰρ

hanc philoſophiae rationem praecepit, qua ſemper alios examinans, fastu eos & errore atque arrogantia, quibus primum ipſi ſibi, deinde iis cum quibus agebant, moleſti erant, liberaret. Ea enim tem-

Tyan. Epist. XVIII. Sed reſpiratione communis aëris, qui est θεῖος λόγος, homo fit λογικός: quod copioſe docet Sextus Emp. Mathem. VII, 126, ſeq. Ergo, *principale illud hominis extrinſecus agitatur, ſecundum Heraclitum:* ut ait Tertullianus De Anima. p. 274, B. Item, *ratio noſtra cum divina ratione connexa est:* apud Chalcidium in Plat. Tim. p. 346. Hinc efficitur, ut hominis ingenium. ἦθος, per ſe nil valeat, ſed per divinum ἦθος excitetur & animetur, atque adeo hominis ἦθος ſit Deus. Forte ad hujus dicti interpretationem ipſe Heraclitus locos illos retulit, quos memorat Celſus apud Origenem VI. p. 638, F: alterum, ἦθος γὰρ ἀνθρώπειον μὲν οὐκ ἔχει γνώμας, θεῖον δὲ ἔχει· i. e: *rerum notitiae non in humano, ſed in divino, ſunt ingenio:* alterum: ἀνὴρ νήπιος ἤκουσε πρὸς δαίμονος, ὅκωσπερ παῖς πρὸς ἀνδρός· i. e: *vir imperitus diſcit a daemone, ut a viro puer.* Ita δαίμονα idem vocat quod θεῖον ἦθος, ab eoque hominibus rerum notitias venire, ſignificat. Heraclitum multis par-

γὰρ ὥσπερ ἐκ τύχης τότε φορὰν γενέσθαι συνέβη σοφιστῶν ἐν τῇ Ἑλλάδι· καὶ τούτοις οἱ νέοι πολὺ τελοῦντες ἀργύριον, οἰήματος ἐπληροῦντο καὶ δοξοσοφίας, καὶ λόγων ἐζήλων 4) σχολὴν καὶ διατριβὰς ἀπράκτους ἐν ἔρισι

4) ἐζήλων ex E. Marg. B. Ald. Baſ. Vulgo ζήλω.

tempestate, veluti caſu frequens ſophistarum contigit proventus in Graecia, quibus adoleſcentes multum pendentes pecuniae replebantur vanitate & ſapientiae opinione, ſtudioque inficiebantur nullius quidem praeclari negotii, ſed literati otii va-

partibus ſecutus est Plato, pluribus etiam *Stoici*. *Ille* νοῦν, tamquam daemonem, unicuique nostrûm additum, pronunciat, Tim. p. 551, F: τὸ δὲ δὴ περὶ τοῦ κυριωτάτου παρ' ἡμῖν ψυχῆς εἴδους διανοεῖσθαι δεῖ τῇδε, ὡς ἄρα αὐτὸ δαίμονα θεὸς ἑκάστῳ δέδωκε τοῦτο. Stoici eundem & ducem & cuſtodem hominis, e divina decerptum naturâ, volunt, ac *daemonem* vocant: v. c. M. Antoninus, V, 27: ὁ δαίμων ὃν ἑκάστῳ προστάτην καὶ ἡγεμόνα ὁ Ζεὺς ἔδωκεν, ἀπόσπασμα ἑαυτοῦ· οὗτος δέ ἐστιν ὁ ἑκάστου νοῦς καὶ λόγος: ubi conſulatur Gatakerus. Neutro loco de peculiari quodam Genio, qualis Socratis fuisſe perhibetur, cogitandum: ſed de principali Animae parte. Atque, ut Platoni νοῦς & ψυχὴ differunt, ita Heraclito fere ἦθος θεῖον & ἀνθρώπειον: quorum illud aliis locis λόγον θεῖον καὶ κοινὸν, hoc λόγον ἴδιον καὶ ἀνθρώπειον vocat.

ἔρισι καὶ φιλοτιμίαις, 5) καλὸν δὲ καὶ χρήσιμον οὐδ᾽ ὁτιοῦν. Τὸν οὖν ἐλεγκτικὸν λόγον, ὥσπερ καθαρτικὸν ἔχων φάρμακον ὁ Σωκράτης, ἀξιόπιστος ἦν ἑτέρους ἐλέγχων, τῷ μηδὲν ἀποφαίνεσθαι· καὶ μᾶλλον ἥπτετο, δοκῶν ζητεῖν κοινῇ τὴν ἀλήθειαν, οὐκ αὐτὸς ἰδίᾳ F.

5) ἀγῶνες inter φιλοτιμίας & καλὸν vulgo poſitum, delevi cum B. E. Ald. Baſ.

vacui ab actione, in diſputatione & contentione tranſigendi. Igitur Socrates disſerendi ratione ad redarguendum appoſita, tamquam purgante medicamento, inſtructus, fidem ſibi auctoritatemque comparabat, quod alios refellens nil ipſe affirmaret: magisque eos tangebat, quod una quaerere ve-

Ἦ θεῖόν τι — οὐδ᾽ ὁτιοῦν.] Haec ex variis locis Platonis ſumta. Divina quaedam cauſſa philoſophandi erat, quod Oraculo obſequens, τοὺς ἄλλους ἐξετάζων, quaerebat utrum ipſo esſent ſapientiores: vid. Apol. S. p. 359, 364. Ita redarguti deſinebant ſibi & aliis molesti esſe: ductum e Theaeteto. p. 143, B: βελτιόνων ἔσῃ πλήρης διὰ τὴν νῦν ἐξέτασιν· ἐὰν τε κενὸς ᾖς, ἧττον ἔσῃ βαρὺς τοῖς συνοῦσι· De Sophistis, quibus multum pendebatur pecuniae, cum alibi ſaepius, tum Ap. Socr. p. 360. Theag. p. 10. De disputandi ſtudio, in Amatoribus, Protagora, Euthydemo. Porro de δοξοσοφίᾳ, quae ἐλέγχῳ, ut καθάρσει, expurgatur, Sophist. p. 154, A. B: καὶ τούτῳ δὴ τῷ τρόπῳ τῶν περὶ αὐτοὺς μεγάλων καὶ σκληρῶν δοξῶν ἀπαλλάττονται, πασῶν τε ἀπαλλαγῶν ἀκούειν τε ἡδίστην, καὶ τῷ πάσχοντι βεβαιότατα γιγνομένην· nec enim disciplinae per-

p. 1000 A. ἰδίᾳ δόξῃ βοηθεῖν. Ἔπειτα τοῦ κρίνειν ὄντος ὠφελίμου τὸ γεννᾷν ἐμπόδιόν ἐστι· τυφλοῦται γὰρ τὸ φιλοῦν περὶ τὸ φιλούμενον· φιλεῖται δὲ τῶν ἰδίων οὐδὲν οὕτως ὡς δόξα καὶ λόγος ὑπὸ τοῦ τεκόντος· Ἡ γὰρ λεγομένη τέκνων δικαιοτάτη διανομὴ, πρὸς λόγους
ἐστὶν

veritatem, non ſuam opinionem defendere, videretur. Atqui judicium, res quamvis utilis, impeditur gignendo. Amantem enim res amata caecum facit. Noſtrarum autem rerum nullam perinde amamus atque opinionem ſententiamque a nobis genitam & inventam. In his enim injustisſima est ea distri-
butio,

percipi posſunt πρὶν ἂν ἐλέγχων τὶς τὸν ἐλεγχόμενον εἰς αἰσχύνην καταστήσας, τὰς τοῖς μαθήμασι ἐμποδίους δόξας ἐξελὼν, καθαρὸν ἀποφήνῃ, καὶ ταῦτα ἡγούμενον ἅπερ οἶδεν εἰδέναι μόνα, πλείω δὲ μή. — καὶ τὸν ἔλεγχον λεκτέον, ὡς ἄρα μεγίστη καὶ κυριωτάτη τῶν καθάρσεων ἐστι. Et hujus medicinae artem eſſe ipſam Philoſophiam, mox ſignificat, D: καθαρτικῆς δὲ τὸ περὶ ψυχὴν μέρος ἀφωρίσθω· τούτου δὲ διδασκαλική· διδασκαλικῆς δὲ παιδευτική. τῆς δὲ παιδευτικῆς ὁ περὶ τὴν μάταιον δοξοσοφίαν γιγνόμενος ἔλεγχος.

Τυφλοῦται γὰρ τὸ φιλοῦν.] E Platone Leg. L. V. p. 606, D: τυφλοῦται γὰρ περὶ τὸ φιλούμενον ὁ φιλῶν. ὥστε τὰ δίκαια καὶ τὰ ἀγαθὰ καὶ τὰ καλὰ κακῶς κρίνει· τὸ αὑτοῦ πρὸ τοῦ ἀληθοῦς ἀεὶ τιμᾷν δεῖν ἡγούμενος. Idem dictum, omiſſo item Platonis nomine, exſtat apud Plutarchum, Diſcr. Adul. & Amici. init. p. 48, E. F. De Cap. ex Inimic. Util. p. 90, A. 92, E.

ἐστὶν ἀδικωτάτη· δεῖ γὰρ ἐκεῖ λαβεῖν μὲν τὸ ἴδιον, ἐνταῦθα δὲ, κἂν ἀλλότριον ᾖ, τὸ βέλτιστον· Ὅθεν ὁ γεννῶν ἰδίᾳ γίνεται φαυλότερος ἑτέρων κριτής· Καὶ καθάπερ Ἠλείους τῶν σοφῶν 6) τις ἔφη βελτίους ἂν εἶναι τῶν Ὀλυμπίων ἀγωνοθέτας, εἰ μηδεὶς Ἠλείων ἦν ἀγωνιστὴς, οὕτως ὁ μέλλων ἐν λόγοις ὀρθῶς ἐπιστατήσειν, οὐ δίκαιός ἐστιν αὐτὸς φιλο-

6) σοφῶν B. E. Vulgo σοφιστῶν.

butio, quae in liberis juſtisſima dicitur. In liberis quippe proprium quisque debet ſumere, in opinionibus & ſententiis optimam, quamvis alienam. Quo fit, ut qui ipſe gignit opiniones, eo deterior ſit alienarum judex. Ac prouti ſapientum quidam dixit, Eleos meliores fore Olympicorum certaminum judices, ſi nemo Eleus certaret, ita qui in ſen-

Ἠλείους] Ab Herodoto proditum, II, 160, ubi Aegyptii ſapientes eo nomine legatos Eleorum reprehendunt. Diodorus Sic. I, 95, idem dicentem facit Amaſidem.

Οἱ τῶν Ἑλλήνων στρατηγοὶ] Item ab Herodoto ſumtum, VIII, 123. Duces Graecorum in pugnâ Salaminiâ, quum, partâ victoriâ, de ἀριστείοις, ſeu fortitudinis praemio, ſententias ferrent, ipſe ſibi quisque primas vindicavit partes, plerique ſecundas Themistocli tribuerunt. Qui hinc eandem nactus eſt laudem, ac ſi primas tuliſſet. Comparandi hanc in rem Plutarchus Themiſt. p. 120. D. Ariſ-

B. λοσιφανῶν, οὐδὲ ἀνταγωνίζεσθαι τοῖς κρινομένοις· Καὶ γὰρ οἱ τῶν Ἑλλήνων στρατηγοὶ τὴν περὶ τῶν ἀριστείων ψῆφον φέροντες αὑτοὺς ἀρίστους ἔκριναν ἅπαντες 7)· καὶ τῶν φιλοσόφων οὐδείς ἐστιν ὃς οὐ τοῦτο πέπονθε, δίχα τῶν ὥσπερ Σωκράτης ὁμολογούντων μηδὲν ἴδιον λέγειν· οὗτοι δὲ καθαροὺς μόνοι καὶ ἀδεκάστους τῆς ἀληθείας παρέχουσιν ἑαυτοὺς δικα-

7) ἅπαντες Mez. Vulgo ἅπαντας.

ſententiarum judicio recte praeeſſe velit, non ipſe ambire debet coronam, nec contra eos, qui judicandi ſunt, in certamen deſcendere. Nam & Graecorum duces de fortitudinis praemio ſuffragia ferentes, ſe ipſe quisque optimum pronunciavit: nec *ullus est philoſophus* qui non erga ſe idem faciat, exceptis iis, qui Socratis exemplo profitentur, nihil ſe de ſuo dicere: atque hi ſoli ſe integros incorruptosque veritatis judices praebent. Nam

Aristides Or. pro Themist. T. II, p. 219. Hoc ad Philoſophorum ſectas acute Plutarchus accommodat; quarum, excepta Socratica, nulla est quin ipſa ſe optimam verisſimamque judicet. Elegantius etiam eundem locum, e communi quodam Graeco fonte ductum, tractaverat Cicero Academicorum fragmento ſervato apud Augustinum Academ. III, 7: *Academico ſapienti ab omnibus ceterarum ſectarum, qui ſibi ſa-*

δικαστάς· Ὥσπερ γὰρ ὁ ἐν τοῖς ὠσὶν ἀὴρ, ἂν μὴ σταθερὸς ᾖ, μηδὲ φωνῆς ἰδίας ἔρημος, ἀλλὰ ἤχου καὶ ῥοίζου μεστὸς, οὐκ ἀκριβῶς ἀντιλαμβάνεται τῶν φθεγγομένων, οὕτω τὸ τοὺς λόγους ἐν φιλοσοφίᾳ κρῖνον, ἂν ἔνδοθεν ἀντιπαταγῇ καὶ ἀντηχῇ, δυσξύνετον ἔσται C. τῶν λεγομένων ἔξωθεν. Ἡ γὰρ οἰκεία δόξα καὶ

Nam ſicut aër in auribus contentus, ſi non ſit tranquillus & vacuus propriae vocis, ſed ſtrepitu ſonituque plenus, non accurate excipit voces, ſic ea mentis pars, quae de philoſophorum ſententiis judicat, ſi intus ſit quo commoveatur quodque obſtrepat, intelligere, quae extrinſecus dicuntur, haud poteſt. Familiaris enim ac domeſtica opinio aliam, ab

ſapientes videntur, ſecundae partes dantur, cum primas ſibi vindicare quemque neceſſe ſit. Ex quo poteſt probabiliter confici, eum recte primum eſſe ſuo judicio, qui omnium ceterorum judicio ſit ſecundus.

Φιλοσοφία μίαν ἔχει κατ.] Cum unum ſit verum, una tantum ſententia vera eſſe poteſt, una ſola κατορθοῖ, i. e. *omnes veri numeros habere poteſt*, reliquae ſunt οἰομέναι, opinionem, non ſcientiam, tenent, & vero repugnant. Cicero Nat. Deor. I, 3: *quorum opiniones cum tam variae ſint, tamque inter ſe disſidentes; alter-*

καὶ σύνεχος οὐ προσδέξεται τὸ διαφωνοῦν πρὸς αὐτὴν, ὡς μαρτυρεῖ τῶν αἱρέσεων τὸ πλῆθος, ὧν, ἂν ἄριστα πράττῃ, Φιλοσοφία μίαν ἔχει κατορθοῦσαν, οἰομένας δὲ τὰς ἄλλας ἁπάσας καὶ μαχομένας πρὸς τὴν ἀλήθειαν 8) Ἔτι τοίνυν, εἰ μὲν οὐδέν ἐστι καταληπτὸν ἀνθρώπῳ καὶ γνωστὸν, εἰκότως ὁ Θεὸς ἀπεκώλυσεν αὐτὸν ὑπηνέμια καὶ ψευδῆ καὶ

8) Locum miſere mutilatum reſtitui ex B. E. In omnibus aliis libris deſiderantur illa verba, οὐ προσδ. τ. δ. π. α. ὡς μ. τ. αἱρ. τ. πλῆθος. — μίαν — καὶ μαχομένας.

ab ipſa diſcrepantem, non facile recipiat: ut apparet e multitudine ſectarum, quarum Philoſophia, ſi optime cum ea agitur, unam habet veri compotem, reliquas opinantes & vero repugnantes. Porro: ſi quidem comprehendere ac pernoſcere nil poſſit homo, recte Socratem Deus prohibuit ventoſas,

alterum profecto fieri poteſt, ut earum nulla, alterum certe non poteſt, ut plus unâ vera ſit.

Ὑπηνέμια] i. e. veluti *ova venteſa.* Attici dicunt ἀνεμιαῖα, ut Plato, adquem reſpicitur, Theaetet. p. 118, C. 128, G. 122. B. Vid. Kuſter. ad Suid. V. Ἄνεμος & Ὑπηνέμια. Interpretes ad Th. Mag. Pierſon. ad Moer. V. Ἀνεμιαῖος.

καὶ ἀβέβαια γεννᾷν· ἐλέγχειν δὲ τοὺς ἄλλους ἠνάγκαζε τοιαῦτα δοξάζοντας· Οὐ γὰρ μικρὸν ἦν ὄφελος ἀλλὰ μέγιστον ὁ τοῦ μεγίστου τῶν κακῶν ἀπάτης καὶ κενοφροσύνης ἀπαλλάττων λόγος·

„Οὐδ᾽ Ἀσκληπιάδαις τοῦτό γ᾽ ἔδωκε θεός.“

Οὐ

ſas, falſas, infirmas, ſententias gignere: & alios talibus ſententiis laborantes redarguere coëgit. Neque enim exiguae, ſed maximae erat utilitatis ea ratio, quae hominem maximo malorum liberaret, errore & vanitate opinionis:

Non Asclepiadis hocce Deus dederat.

So-

Οὐδ᾽ Ἀσκλ.] Verſus est Theognidis, 424:

Εἰ δ᾽ Ἀσκληπιάδαις τοῦτό γ᾽ ἔδωκε θεός,
Ἰᾶσθαι κακότητα καὶ ἀτηρὰς φρένας ἀνδρῶν,
Πολλοὺς ἂν μισθοὺς καὶ μεγάλους ἔφερον.

In ſimili argumento primum verſum ſimiliter ad diſputationem ſuam accommodavit, εἰ mutando in οὐ, Dio. Chryſ. Or. I. p. 2, D: οὐ γὰρ οὖν, ὥς φησιν ὁ ποιητής, Οὐδ᾽ Ἀσκληπιάδαις τοῦτό γ᾽ ἔδωκε θεός. μόνος δὲ ὁ τῶν φρονίμων καὶ σοφῶν λόγος· Ultimo verſu uſus est Aristoteles Ethic. Nicom. X, 10. p. 186, A: εἰ μὲν οὖν ἦσαν οἱ λόγοι αὐτάρκεις πρὸς τὸ ποιῆσαι ἐπιεικεῖς, Πολλοὺς ἂν μισθοὺς καὶ μεγάλους δικαίως ἔφερον, κατὰ τὸν Θέογνιν. Hinc

etiam

Οὐ γὰρ σώματος ἡ Σωκράτους ἰατρεία, D. ψυχῆς δὲ ἦν ὑπούλου καὶ διεφθαρμένης καθαρμός. Εἰ δέ ἐστιν ἐπιστήμη τοῦ ἀληθοῦς, ἓν δὲ τὸ ἀληθὲς, οὐκ ἔλαττον ἔχει τοῦ εὑρόντος ὁ μαθὼν παρὰ τοῦ 9) εὑρόντος· λαμβάνει δὲ μᾶλλον ὁ μὴ πεπεισμένος ἔχειν, καὶ λαμβάνει τὸ βέλτιστον ἐξ ἁπάντων, ὥσπερ ὁ μὴ τεκὼν παιδοποιεῖται 10) τὸν ἄριστον·

Ὅρα

9) Μὴ delevi cum B. E. Vulgo παρὰ τοῦ μὴ εὑρόντος.
10) f. παῖδα ποιεῖται.

Socratis enim medicina non ad corpus pertinebat; illa vero animae corruptae & occulto ulcere affectae erat purgatio. Quodſi, contra, veri est ſcientia, unum autem est verum; non minorem fructum fert is qui verum ab inventore accepit, quam ipſe inventor: quin etiam magis accipit qui ſibi non perſuaſit, ſe aliquid habere: prouti is, qui non genuit filium, optimum adoptat. Vide vero, ne nullâ

operâ

etiam expresſum dictum Diogenis Laertii Epigramma in Platonem III, 45.

Ἰατρεία ψυχῆς] Ducta ſunt in primis e Sophista. p. 153, 154. Cicero Tuſc. II, 5: *Cultura autem animi philoſophia est.* III, 3: *Est profecto animi medicina philoſophia.* Democritus ap. Iſidorum Peluſ. I, 437.

Ὅρα δὲ μὴ τ᾽ἄλλα μὲν οὐδεμιᾶς ἣν 11) ἄξια σπυδῆς ποιήματα καὶ μαθήματα, καὶ λόγοι ῥητόρων, καὶ δόγματα σοφιστῶν, ἃ Σωκράτην γεννᾷν τὸ δαιμόνιον ἀπεκώλυσεν· ἣν δὲ μόνην ἡγεῖτο Σωκράτης σοφίαν περὶ τὸ θεῖον καὶ νοητὸν, ἐρωτικὴν ὑπ᾽ αὐτοῦ προσαγορευομένην, ταύτης οὐ γένεσίς ἐστιν ἀνθρώ-

11) ἣν ex B. E. Ald. Baſ. vulgo ἣ.

operâ ſtudioque digna fuerint reliqua & carmina & doctrinae, & orationes oratorum & decreta ſophistarum, quae gignere Socratem Deus prohibuit: quam vero ſolam exiſtimabat Socrates ſapientiam, quae in rebus divinis & intelligibilibus verſatur, quamque amatoriam appellabat, hujus in hominibus nulla ſit generatio nec inventio, ſed remi-

Ποιήματα καὶ μαθήματα κ. τ. λ.] Poetarum, Oratorum, Sophistarum, ſtudia non tractabat Socrates, nec in eorum operibus efficiendis operam collocabat, ut est in Apologia S. locis ſupra memoratis: de Oratoribus peculiariter in Theaeteto & Gorgia. Nil eorum μαθημάτων, quae Sophistae mercede juvenibus tradebant, ſe noſſe, unam ἐρωτικὴν

E. ἀνθρώποις, οὐδὲ εὕρεσις, ἀλλὰ ἀνάμνησις. Ὅθεν οὐδὲν ἐδίδασκε Σωκράτης, ἀλλὰ ἐνδιδοὺς ἀρχὰς ἀποριῶν, ὥσπερ ὠδίνων, τοῖς νέοις, ἐπήγειρε καὶ ἀνεκίνει καὶ συνεξῆγε τὰς ἐμφύτους νοήσεις· καὶ τοῦτο μαιωτικὴν τέχνην ὠνόμαζεν, οὐκ ἐντιθεῖσαν ἔξωθεν, ὥσπερ ἕτεροι προσεποιοῦντο, νοῦν τοῖς ἐντυγχάνουσιν, ἀλλ᾽ ἔχοντας οἰκεῖον ἐν ἑαυτοῖς, ἀτελῆ

)

reminiſcentia. Quapropter nil docuit Socrates, ſed causſas dubitationum, tamquam dolorum partus, juvenibus adhibens, excitabat, commovebat, provocabat inſitas notitias: eamque obſtetriciam vocavit artem; quippe quae non extrinſecus, quod alii *prae ſe ferebant*, intelligentiam dicentibus inferret, ſed ostenderet eam ipſis inſitam esſe, ſed im-

τικὴν ſcire ſe, profitetur in Theage, p. 11, F. Haec verſatur in θείῳ & νοητῷ, ut in Sympoſio ac Phaedro docetur: *ducit* item ad recordationem rerum divinarum in prioribus animi vitis perceptarum, Phaedr. p. 347, D. Denique omnis diſciplina est reminiſcentia rerum in prioribus vitis perceptarum: Phaedon. p. 382, E. Meno p. 17. Cic. Tuſc. I, 24.

ἀτελῆ δὲ καὶ συγκεχυμένον καὶ δεόμενον 12) τοῦ τρέφοντος καὶ βεβαιοῦντος 13) ἐπιδεικνύουσαν.

12) Καὶ δεόμενον, quod vulgo deeſt, reſtitutum ex B. E. cum quibus conſentit Mez. 13) Καὶ βεβαιοῦντος vulgo deſideratum, item revocatum ex B. E.

imperfectam, confuſam, indigam nutritore & confirmatore.

Δεόμενον τοῦ τρέφοντος] Reſpicit ad Theaetet. p. 117, C, ubi Socrates ait: *quidam ante partum a me abeuntes* τὰ ὑπ' ἐμοῦ μαιευθέντα κακῶς τρέφοντες ἀπώλεσαν: *quorum nonnulli ad me redeunt*, δεόμενοι τῆς ἐμῆς συνουσίας.

D. W.

I I.

D. WYTTENBACHII *Animadverſiones in* JVLIANI *Orationem Primam.*

PARS PRIOR.

In libris Juliani Imperatoris prima mihi fuit *materia Critici* ſtudii, cujus ante duodeviginti annos ſpecimen prodidi in Epiſtola ad Davidem Ruhnkenium V. C. Agitabam eo tempore novam librorum illorum editionem, cujus formam ac rationem oſtenderem peculiariter emittendâ Primâ Oratione; ut, quum apparuisſet quantum in hac unâ poſt doctum illum & longum Spanhemii Commen*tarium* operae ſuperesſet, eo facilius de aliis Ju*liani libris exiſtimari* posſet. Itaque tum Animadverſiones in Primam Orationem integros intactosque *ſervans*, ſelectos e reliquis Animadverſionibus locos in illam Epiſtolam contuli. Mox ad alia traductus totum illud editionis conſilium depoſui, nec fere *apparatum* Julianeum niſi aliud agens inſpexi. Nunc eum *in hac* Bibliothecâ prodere viſum est, quod nec locus a tali materiâ alienus, nec materia tali loco indigna videretur. Tria in primis tum ſpectabam: corrupta emendare, imitationes notare, Graecae dictionis bonitatem vindicare. Si Edi-

toris munus explendum fuiſſet, debebam & ſcriptos libros excutere, & locos hiſtoricos frequenter attingere, & multa priorum Editorum notata repetere. At, quum Editoris munus depoſuerim, non dubito quin apud harum Literarum ſtudioſos hae Animadverſiones plus ab iis partibus, quae adſunt, commendationis, quam ab iis, quae deſunt, reprehenſionis habiturae ſint. Ceterum, ne ignoretur unde Reiskianas memorem conjecturas: has igitur inter Juliani lectionem, quam mei cauſſâ ſuſceperat, ſibi natas, ad me transmiſerat Reiskius, vir optimus, mihique laudandus cum ob ejus erga me benivolentiam, tum ob ipſius eruditionem & acumen: quo quidem acumine factum eſt, ut ex innumerabili, quas in omnes fere Graecos Auctores profudit, conjecturarum multitudine, plures ſint bonae, quam a tam incitatâ feſtinatione exſpectandum erat. Harum igitur eas tantum memoro, quae nec Reiskio indignae, nec Juliano inutiles ſint.

ΛΟΓΟΣ Ᾱ] Orationis hujus formam ad Rhetorum praecepta exegiſſe videtur Julianus, a quorum cognitione tum recens erat. In dictione & ſtilo nondum quidem ea eſt maturitas, ac firmitas quae in poſterioribus ejus ſcriptis; nulla tamen curioſitas, nulli calamiſtri, nullae ineptiae, contra ſanitas ac ſimplicitas, nec ea ſine nervis ac luminibus. Quod mirandum & in adoleſcente, & ſeculo corruptae eloquentiae. Sed Julianum, cum ingenii bonitas, tum Veterum ſtudium, ſu-

pra

pra ſeculi ſui labem evehebat: & cum ubique principes Veterum ſequitur, tum aequales, Veterum haud diſſimiles, certe ſtudioſiſſimos, Themistium ac Libanium, qui in eodem argumento Laudationes Conſtantii ſcripſerant: illum familiarem, hunc magiſtrum: utrumque, ut expreſſum a Juliano, ita ipſius ſubinde imitatorem.

P. 1. — τοὺς πολέμους ἀπαριθμήσασθαι, καὶ τὰς τυραννίδας ὅπως ἀνῄρηκας. τῆς μὲν λόγῳ καὶ πειθοῖ τοὺς δορυφόρους ἀποστήσας· τῆς δὲ τοῖς ὅπλοις κρατήσας.] Ne verborum quidem collocatio leve quoddam & notatu indignum debet videri, ſi habeat aliquam imitationem. Veluti collocatio particulae ὅπως cum per ſe exquiſitioris est uſus, tum nobilitata a Thucydide, qui ὡς in operis initio poſuit, tamquam loco illuſtri & ad imitandum expoſito: Θουκυδίδης Ἀθηναῖος ξυνέγραψε τὸν πόλεμον τῶν Πελοποννησίων καὶ Ἀθηναίων, ὡς ἐπολέμησαν πρὸς ἀλλήλους· cujus vim recte explicuerunt Stephanus, Hudſonus, Abreſchius. Jam Herodotus eadem forma uſus erat VIII, 8: ἐσήμηνε τοῖσι στρατηγοῖσι τήν τε ναυηγίην ὡς γένοιτο, καὶ κ. τ. λ. Postea paſſim frequentata est ab aliis, e quibus unum ſatis est excitaſſe Appianum, qui Thucydideam brevitatem dilatavit, Syr. T. I. p. 597. Ed. Schweigh. τὸν δὲ βίον ἑαυτοῦ καὶ ἐπιτηδεύματα καὶ ἔργα πάντα ἐπεξῄει (Scipio) καὶ πολέμους ὅσους ἐπολέμησεν ὑπὲρ τῆς πατρίδος, καὶ ἕκαστον αὐτῶν ὡς ἐπολέμησεν· Proxima quamquam ad Histo-

riae veritatem dicta, habent tamen & ipſa nonnihil imitationis. Nam idem, ante Julianum, dixerant Libanius T. II. p. 29, C: τυράννων — τὸν μὲν λόγῳ τὸν δὲ χειρὶ Κωνςάντιος ἔπαυσε· ac Themistius Or. II. de Conſtantio Imp. p. 34, B: τοὺς μὲν πρεσβυτέρους, τοὺς δὲ ἀκμάζοντας, τοὺς δὲ νέους, τὸν μὲν λόγῳ, τὸν δὲ σιδήρῳ, τὸν δὲ μηδ' αἰσθανόμενον ἐχειρώσατο· Qui locus ut ſibi conſtet, πρός illud antecedens delendum, tum αἰσθάνομενος corrigendum. Senſus est: *Tres tyrannos a Conſtantio everſos esſe: Vetranionem, ſenem: Magnentium, confirmata & vigente aetate: Sylvanum, juvenem. Vetranionem oratione, Magnentium armis, Silvanum nullâ operâ & ipſe ignarus confecit, quippe ſublatum antequam ejus rei nuncius ad Conſtantium pervenisſet.* Ergo perperam Petavius delenda cenſebat illa τοὺς δὲ νέους, quae & ad historicam fidem exacta ſunt, & ad Graecae conſuetudinis rationem, qua νέοι & ἀκμάζοντες distinguuntur, ut monuit eruditisſimus Pierſonus ad Moer. Att. p. 181. Ceterum eadem formulâ Conſtantium item laudavit Gregorius Naz. Or. Stelit. III. p. 63, A: τυράννους χειρούμενος τοὺς μὲν τοῖς λόγοις, τοὺς δὲ τοῖς ὅπλοις· Est vero etiam haec conjunctio, quippe frequens & facto & hominum cogitatione, ad locos communes referenda, ut eo magis imitatio valere posſit. Polybius II, 38: αὕτη τινὰς μὲν ἐθελοντὶ αἱρετιςὰς εὗρε τῶν Πελοποννησίων· πολλοὺς δὲ πειθοῖ καὶ λόγῳ προσηγάγετο· τινὰς δὲ βιασαμένη· Dionyſius Hal. A. R. I. p. 27: τοὺς μὲν

λόγοις

λόγοις ἀνατεθέντα, τοὺς δὲ βίᾳ προσαγόμενον· Herodianus I, 3, 12: τοὺς μὲν πειθοῖ ἐς συμμαχίαν προσηγάγετο, τὸν δὲ καὶ κρατήσας ἦν τοῖς ὅπλοις· Denique, λόγῳ καὶ πειθοῖ fluxit e conſuetudine optimorum Scriptorum. Plato Ep. VII. p. 713: δεόμενος — λόγων καὶ πειθοῦς. Dionyſius Hal. A. R. VI. p. 336: πειθοῖ καὶ λόγῳ διαλύεσθαι τὰ νείκη· *Plutarch.* T. II, p. 356, B. Dupplex vero ille Genitivus Pauli Ap. Cor. I, 2, 4, ἐν πειθοῖς ἀνθρωπίνης σοφίας λόγοις, a Graecorum ratione abhorret.

P. 2. A: λόγων ξυγγραφὴν οὐ δήμῳ κεχαρισμένην, οὐδ᾽ ἐς θέατρα παντοδαπὰ τολμῶσαν ἀποδύεσθαι] Θέατρα παντοδαπὰ non ſunt theatra ubi *variarum artium ſpectacula & auditiones exhibentur*, ut viſum est Spanhemio; ſed theatra in quibus *varii homines ad audiendum conveniunt*. Plenius dixit Julianus Or. III, p. 111, B: εἰς θέατρον παραγάγοι παντοδαπῶν ἀνθρώπων· Themistius *Or. XXVI. p.* 313, D: in elegantisſima illa ſui ipſius, tamquam Sophistae, accuſatione: λέγειν ἐπιχειρεῖ ἐν παντοδαποῖς ἀνθρώποις — ἀλλὰ καὶ θέατρα ἤδη ἀγείρει· ita enim legendum pro ἐγείρει, e libro ſcripto Ambroſiano Mediolanenſi, cujus excerpta habeo. Se hoc obiter. Nam Themistio alium locum in hac Bibliothecâ dabimus. Ceterum, & res & verba e Platone manarunt: v. c. Legg. II, p. 581, B: ἐν μέτρῳ γε καὶ παντοίοις ἀνθρώποις ᾄδειν ἐξὸν ὀρθῶς ἔτι μᾶλλον αἰσχύνοιτο· Hipp. Maj. p. 96, B: de antiquis ſapientibus, Thalete, Biante, Pittaco: οὐδεὶς πώποτε

ἀξίωσε ἀργύριον μισθὸν πράξασθαι, οὐδ' ἐπιδείξεις ποιήσασθαι ἐν παντοδαποῖς ἀνθρώποις· De exquiſito uſu verbi ἀποδύεσθαι, quo notat *deſcendere in certamen*, notavi quaedam Epist. Crit. p. 59. Alia in aliud tempus reponuntur.

P. 2, B: αἰσχύνην ὁμολογουμένην] Thucydideum est, II, 39: *Leges* ἄγραφοι ὄντες αἰσχύνην ὁμολογουμένην φέρουσι·

P. 2, C: Οἱ δὲ τῆς τέχνης ἀπολαῦσαί φασιν ἐν τῷ δύνασθαι περὶ τῶν μικρῶν μειζόνως διελθεῖν, καὶ τὸ μέγεθος ἀφελεῖν τῶν ἔργων τῷ λόγῳ, καὶ ὅλως ἀντιτάττειν τῇ τῶν πραγμάτων φύσει δύνασθαι τὴν τῶν λόγων·] Reiskius putabat post λόγων excidiſſe τέχνην, quod mihi etiam videbatur. Deinde in ſecundo illo δύνασθαι labem ineſſe credidi: ut ſcripſerit Julianus, ἀντιτάττειν τῇ τῶν πραγμάτων φύσει τὴν δύναμιν τῶν λόγων· Est haec de Oratoribus pervulgata ſententia. Praeter Platonem Phaedro p. 353, C, laudatum Spanhemio, eandem memorat Iſocrates Panegyr. initio p. 60: οἱ λόγοι τοιαύτην ἔχουσι τὴν φύσιν ὥσθ' οἷόν τ' εἶναι περὶ τῶν αὐτῶν πολλαχῶς ἐξηγήσασθαι, καὶ τὰ μεγάλα ταπεινὰ ποιῆσαι, καὶ τοῖς μικροῖς μέγεθος προσθεῖναι, καὶ τὰ παλαιὰ καινῶς διεξελθεῖν, καὶ περὶ τῶν νεωστὶ γεγενημένων ἀρχαίως εἰπεῖν· Auctor dicti videtur Gorgias apud Ciceronem Brut. 12: *Quod idem feciſſe Gorgiam, cum ſingularum rerum laudes vituperationesque conſcripſiſſet; quod judicaret, hoc eſſe Oratoris maxime proprium, rem augere poſſe laudando, vituperandoque rurſus affligere.* Longinus S. XXXVIII, §. 4: ubi videatur J. Tollius.

lius. Baſilius M. Ep. ad Liban. p. 176, E. Libanius T. I. p. 31, D. Epiſt. DCCCC, ibique J. Wolfius.

P. 2, D: ἔδοξε κἀμοὶ προσήκειν ἀξίως διηγήσασθαι τῶν ἔργων, ἀνεφίκτου καὶ τότε τοῖς προλαβοῦσιν ἤδη φανέντος·] Planus erit locus, ſi pro τότε legamus τούτου hac ſententiâ: *& ego mihi viſus ſum res tuas pro earum dignitate recenſere poſſe: quamquam ne hoc quidem asſequi ſe poſſe existimaverint qui ante me idem aggresſi ſunt.* Idem fere dictum est Eumenii Panegyr. in Conſt. init. p. 165: *patris ac patrui tui merita, licet dicendo aequare non posſem, posſem tamen recenſere numerando.* Eâdem figurâ utrumque negavit Cicero, Or. pro Marcello, 2: *Nullum tantum est flumen ingenii, nullius dicendi aut ſcribendi tanta vis, tanta copia, quae, non dicam exornare, ſed enarrare, C. Caeſar, res tuas geſtas posſit.* Or. ad Quir. post Reditum, 2: *ut intelligere posſitis, neminem umquam tanta eloquentia fuisſe, neque tam divino atque incredibili genere dicendi, qui veſtrorum magnitudinem multitudinemque beneficiorum, quae in me fratremque meum & liberos nostros contulistis, non modo augere aut ornare oratione, ſed enumerare aut conſequi posſit.* Reiskius post προσήκειν adjiciebat τοῦ· Omnino elegantior ita fit oratio. Julianus ipſe, p. 9, B.

P. 3, A: ἐν μέρεσιν αὐτοὺς ἐπιδόντας τῶν πράξεων·] Delendum est ἐν, ut R. quoque vidit; ortum quippe a librario, cui in mente hoc erat e dictione proxima,

& ceterum frequenti, ἐν μέρει· Julianus mox p. 4, C: ἐπιδώσομεν ἑαυτοὺς θαῤῥοῦντας τοῖς ἐγκωμίοις· & p. 47, D: σεαυτὸν ἐπιδοὺς πράγμασιν.

P. 3, B: τοῦ τῆς σιωπῆς ἀκινδύνου γέρως] Spanhemius dicti ſententiam, quae ſatis aperta est, explicans, nil de Auctore monet. Est is Simonides, ut monet Scholiastes Aristidis ad illa Or. Plat. II, p. 143: σιωπῆς ἀκίνδυνον γέρας, ὥςις (f. ὡς ὁ) τῶν Κίων ἔφη ποιητής· Expreſſit Horatius Carm. III, 2, 25: *Est & fideli tuta ſilentio Merces.* Perperam Athenodoro tribuitur apud Stobaeum Serm. XXX. p. 214, 6, & Maximum p. 985, Ἐςὶ καὶ τὸ σιγῆς ἀκίνδυνον γέρας· Modo ſuo ita conſtitisſe videtur: Ἀλλ' ἐςὶ καὶ σιγῆς ἀκίνδυνον γέρας. Apud alios etiam exſtat, ſed nullo Auctoris nomine. Plutarch. T. II. Apopht. p. 207, C: ἐςὶ καὶ σιγῆς ἀκίνδυνον γέρας. Clemens Alex. Strom. II, p. 399, B: ἐςὶ γὰρ τῷ ὄντι οὐ σιγὴ λόγου διαφέρει· ἐςὶ γὰρ σιγῆς ἀκίνδυνον γέρας· Libanius T. I. Decl. XVI. p. 445, C: ἐςὶ δὲ καὶ τῶν ποιητῶν ἀκούειν, ποτὲ λεγόντων, ὡς ἀκίνδυνον γέρας εἴη τὸ τῆς σιωπῆς.

P. 3, B: τὴν ἴσην εὔνοιαν ἀπαιτήσαντα τῆς ὑπαρχούσης ἤδη σοὶ παρ' ἡμῶν] Significatur celebratum illud exordium Orationis Demosthenicae Pro Corona: πρῶτον μὲν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, θεοῖς εὔχομαι πᾶσι καὶ πάσαις, ὅσην εὔνοιαν ἔχων ἐγὼ διατελῶ τῇ τε πόλει καὶ πᾶσιν ὑμῖν, τοσαύτην ὑπάρξαι ἐμοὶ παρ' ὑμῶν εἰς τουτονὶ τὸν ἀγῶνα·

P. 3, B: τῶν λόγων ἀκροατὴν εὐμενῆ γενέσθαι, οὐχὶ δὲ ἀκριβῆ

ἀκριβῆ καὶ ἀπαραίτητον κριτὴν καταστῆναι·] Quod in Longino obſervavit Ruhnkenius, idem ego mihi videor in Juliano & aequalibus obſervaſſe Scriptoribus, eos ſubinde e Plutarcho dicendi formas & colores aſſumſiſſe. Veluti hic locus adumbratus videtur e Plutarcho de Auditione T. II. p. 41, A: δεῖ δὲ τὸν μὲν ἔπαινον ἀφελῶς τοῖς λέγουσι, τὴν δὲ πίστιν εὐλαβῶς προίεσθαι τοῖς λόγοις· καὶ τῆς μὲν λέξεως καὶ προφορᾶς τῶν ἀγωνιζομένων εὐμενῆ καὶ ἁπλοῦν εἶναι θεατὴν, τῆς δὲ χρείας καὶ τῆς ἀληθείας τῶν λεγομένων ἀκριβῆ καὶ πικρὸν ἐξεταστήν· Hand diſſimile est illud Iſidori Peluſiotae, Ep. IV, 25: ἀλλοτρίων πικροὶ καὶ ἀπαραίτητοι καθῆσθαι δικασαί.

P. 3, D: ὁ νόμος οὐδεμίαν ἰδέαν ἐπιτάττει λόγων· οὐδ᾽ ὥσπερ ἔκ τινος τραγικῆς μηχανῆς φησὶ χρῆναι προαγορεύειν τοῖς ἐντυγχάνουσι, σπεύδειν μὲν πρὸς τὴν ἀρετὴν, φεύγειν δὲ τὴν πονηρίαν] *Lex Philoſopho nullum orationis genus praeſcribit, neque eum jubet auditoribus, veluti ex tragicâ machinâ, praecipere, ut virtutem conſectentur, vitium fugiant.* Hic est ſenſus, quem non ſatis perſpicue reddidit Petavius. Animadvertenda ſunt duo, in illo ἔκ τινος τραγικῆς μηχανῆς: primum, quo referatur: deinde, quam ſignificationem habeat. Referendum igitur ad *Philoſophum*, non ad *Legem*. Significatio duplex ejus est: altera frequentior, de *Deorum apparitionibus in Tragoediis*; unde proverbii loco dicitur, *Deum ex machinâ inducere*, de rebus *quae ſubito fiunt*, de *exitu rei non ex ipſâ re, ſed aliunde, profecto.* Altera, minus ea frequens, est

ſignificatio, *auctoritatis & majeſtatis, qua Dii ex alto & ſuperiori loco ad homines dicere informantur.* Ita Plato Clitophont. p. 255, D: de Socrate: ἐπιτιμῶν τοῖς ἀνθρώποις, ὥσπερ ἐπὶ μηχανῆς τραγικῆς θεὸς, ὑμνεῖς, λέγων, ποῖ φέρεσθε ἄνθρωποι κ. τ. λ. Qui locus & Juliano hic obverſatus, & a plurimis aliis memorando imitandoque celebratus est. Dio Chryſ. Or. XIII, p. 222, D: *Socrates* πρὸς ἅπαντας βοῶν καὶ ἐν τῷ Λυκείῳ, καὶ ἐπὶ τῷ δικαστηρίῳ, καὶ κατ' ἀγορὰν, ὥσπερ ἀπὸ μηχανῆς θεὸς, ὡς ἔφη τίς. Arrianus Diſſert. Epictet. III, 22, p. 449: Δεῖ οὖν αὐτὸν δύνασθαι ἀνατεινάμενον, ἂν οὕτω τύχῃ, καὶ ἐπὶ σκηνὴν τραγικὴν ἀνερχόμενον, λέγειν τὸ τοῦ Σωκράτους· Ὦ ἄνθρωποι, ποῖ φέρεσθε κ. τ. λ. Aristides T. I. p. 78: δοκῶ μοι κατακούειν φωνῆς ἀπὸ μηχανῆς θεοῦ τινὸς — λέγοντος, παύσασθε ὦ ἄνθρωποι· T. II. p. 378: ἀλλ' αὐτὸ δὴ τοῦτο, ὥσπερ θεὸς τῶν ἀπὸ μηχανῆς λέγει· Themistius Or. XXVI. p. 320, D: ἀναβῆναι ἐπὶ βῆμα ὑψηλὸν καὶ ἀνειπεῖν, ὥσπερ θεὸν ἐκ τραγικῆς μηχανῆς, ποῖ φέρεσθε, ὦ ἄνθρωποι, κ. τ. λ. Hinc etiam adumbratum est illud Lactantii Inſtit. II, 2, 18: *Juvat ergo, veluti in aliqua ſublimi ſpecula conſtitutum, unde univerſi exaudire posſint, Perſianum illud proclamare*: O! *curvae in terras animae & coelestium inanes.* Videatur etiam Ruhnkenius ad Tim. V. Τραγικὴ σκηνή. quae lectio ſententiam dicti non mutat; quippe μηχανὴ est in σκηνῇ. Itaque junguntur cum alibi, tum apud Plutarchum T. II. De Glor. Athen. p. 348, E: μηχανὰς ἀπὸ σκηνῆς περιάκτους· Ceterum, de ipſo Socratis dicto ejusque imitatoribus dice-

dicetur ſuo tempore ad libellum de Liberorum Educatione, qui Plutarchi nomine fertur, T. II, p. 4. E, ubi pro Κράτης legendum Σωκράτης·

P. 4, B: Ἐφήσει δὲ καὶ ταῖς ἄλλαις ἰδέαις, εἴ τις ἐθέλοι, πρὸς τὸ βέλτιστον τῶν λόγων χρῆσθαι· ἐπὶ παντὶ δὲ οἶμαι καὶ λόγῳ καὶ πράξει μεμνῆσθαι προστάττων ὅπῃ τούτων ὑφέξουσιν εὐθύνας, ὧν ἂν τύχωσιν εἰπόντες· λέγειν δὲ οὐδὲν ὅτι μὴ πρὸς ἀρετὴν καὶ φιλοσοφίαν ἀνοίσουσι] Ita hic locus partim e variis lectionibus, partim leviſſima mutatione, conſtituendus. Videtur Juliano obverſatum fuiſſe Exordium Orationis primae Themistii ad Conſtantium: Νῦν σοι πρῶτον εἰσέρχεται λόγος, ὦ βασιλεῦ, ἐλεύθερός τε καὶ ἀψευδὴς ἐπαινέτης· καὶ ῥῆμα οὐδὲ μικρὸν ἑκὼν εἶναι προοῖτ᾽ ἂν οὗ τὰς εὐθύνας οὐχ᾽ ἕξει δοῦναι φιλοσοφίᾳ·

P. 4, C: Τίς οὖν ἂν ἡμῖν ἀρχὴ καὶ τάξις τοῦ λόγου γένοιτο καλλίστη; ἢ δῆλον ὡς ἡ τῶν προγόνων ἀρετή, δι᾽ ἣν ὑπῆρξέ σοι καὶ τὸ τοιούτῳ γενέσθαι; τροφῆς δὲ οἶμαι καὶ παιδείας ἑξῆς προσήκει μνησθῆναι, ἥπερ σοι τὸ πλεῖστον εἰς τὴν ὑπάρχουσαν ἀρετὴν συνεισηνέγκατο· Ἐφ᾽ ἅπασι δὲ τούτοις, ὥσπερ γνωρίσματα τῶν τῆς ψυχῆς ἀρετῶν, τὰς πράξεις διελθεῖν· καὶ τέλος ἐπιθέντα τῷ λόγῳ τὰς ἕξεις δηλῶσαι, ὅθεν ὁρμώμενος τὰ κάλλιστα τῶν ἔργων ἔδρασας καὶ ἐβουλεύσω·] Julianus & Rhetorum praecepta & Oratorum exempla ſecutus eſt. Fons praeceptorum eſt in Aristotele Rhet. I, 9, unde & posteriores fere ſua hauſerunt Rhetores, quos laudat Victorius. Sed ejus doctrinae ſubtilitas explicanda & ad Juliani intelligentiam accommodanda eſt. Ἀρετή, *Virtus*, habet ſuas ἕξεις, ha-

habitus ſ. *facultates*, quae cognoscuntur ἐκ τῶν πράξεων, *ex actionibus*: *actiones*, αἱ πράξεις, proferunt nonnumquam *opera*, ἔργα. Jam vero *Virtuti* tribuitur ἔπαινος, *laus*, quandoquidem ejus ἕξεις aut ex *actionibus* cognoſcuntur, aut alioquin creduntur. At ſi Virtutis ἕξεις non intra πράξεις ſubſiſtunt, ſed ad ἔργα progrediuntur, tum vero ei tribuitur ἐγκώμιον, *laudatio*. Jam Aristotelis, opinor, ſenſus patefactus est: Ἐστὶ δ᾽ ἔπαινος λόγος ἐμφανίζων μέγεθος ἀρετῆς· δεῖ οὖν τὰς πράξεις ἐπιδεικνύναι ὡς τοιαῦται· Τὸ δ᾽ ἐγκώμιον τῶν ἔργων ἐστί· τὰ δὲ κύκλῳ εἰς πίστιν, οἷον εὐγένεια καὶ παιδεία· εἰκὸς γὰρ ἐξ ἀγαθῶν ἀγαθὸν, καὶ τὸν οὕτω τραφέντα τοιοῦτον, εἶναι. Διὸ καὶ ἐγκωμιάζομεν πράξαντας· τὰ δὲ ἔργα σημεῖα τῆς ἕξεως εἰσίν· ἐπεὶ ἐπαινοῦμεν καὶ μὴ πεπραγότα, εἰ πιστεύομεν εἶναι τοιοῦτον· Haud ſcio an ultima ita corrigi debeant: — ἐγκωμιάζομεν πράξαντας ἔργα, ἅ γε σημεῖα τῆς ἕξεως ἐστίν· ἐπαινοῦμεν δὲ καὶ μ. π. εἰ π. ε. τ. Videamus de exemplis, quae Julianus ſecutus est. Primum est Platonis Menexen. p. 401, A, B: πόθεν ἂν ὀρθῶς ἀρξαίμεθα ἄνδρας ἀγαθοὺς ἐπαινοῦντες; — Δοκεῖ μοὶ χρῆναι, κατὰ φύσιν, ὥσπερ ἀγαθοὶ ἐγένοντο, οὕτω καὶ ἐπαινεῖν αὐτούς· Ἀγαθοὶ δὲ ἐγένοντο διὰ τὸ φῦναι ἐξ ἀγαθῶν· Τὴν εὐγένειαν οὖν πρῶτον αὐτῶν ἐγκωμιάζωμεν· δεύτερον δὲ τροφήν τε καὶ παιδείαν· ἐπὶ δὲ τούτοις τὴν τῶν ἔργων πρᾶξιν ἐπιδείξωμεν, ὡς καλὴν καὶ ἀξίαν τούτων ἀπεφήναντο· Τῆς δὲ εὐγενείας πρῶτον ὑπῆρξε τοῖσδε ἡ τῶν προγόνων γένεσις κ. τ. λ. Alterum exſtat in Oratione item funebri, quae antiquitus jam Demosthenis nomine ferebatur p. 152, C:

ἐπειδὴ

ἐπειδὴ δὲ καὶ γεγενῆσθαι καλῶς καὶ πεπαιδεῦσθαι σωφρόνως, καὶ βεβιωκέναι φιλοτίμως συμβέβηκεν αὐτοῖς· ἐξ ὧν εἰκότως ἦσαν σπουδαῖοι· αἰσχυνοίμην ἂν εἴ τι τούτων φανείην παραλιπών· Ἄρξομαι δ' ἀπὸ τῆς τοῦ γένους αὐτῶν ἀρχῆς· ἡ γὰρ εὐγένεια τῶνδε τῶν ἀνδρῶν ἐκ πλείςου χρόνου παρὰ πᾶσιν ἀνθρώποις ἀνωμολόγηται· Mox apud eundem Oratorem p 154, B: πειράσομαι τὴν αὐτὴν ποιήσασθαι τοῦ λόγου τάξιν, ἥπερ ὑπῆρξε τοῦ βίου τούτοις· Tertium in Libanio, Juliani magiſtro, cujus is & alia ſcripta imitari ſolet, & in primis *Baſilicum*, ſeu Panegyricum in Conſtantium & Conſtantem: ſic igitur ipſe quoque Platonem imitans Libanius T. II. p. 103, A: πόθεν οὖν ἄρξασθαι καλόν; ἢ δῆλον ὡς ἐκ τῆς αἰτίας ἣ καὶ τούτους ἀγαθοὺς ἀπειργάσατο· λεγέσθω δὴ τὸ τοῦ Πλάτωνος ἐπ' αὐτοῖς, ὅτι ἀγαθοὶ δὴ ἐγένοντο διὰ τὸ φῦναι ἐξ ἀγαθῶν·

P. 6, B: Ἐγὼ δὲ ἐπαινεῖν ἁπάσας εὔχομαι ἀξίας οὔσας ἀξίας καὶ τιμῆς] Dicit de Urbibus, quae de Conſtantii *patriâ certabant*. In paucis verbis duo ſunt vitia. Legendum: Ἐγὼ δὲ ἐπαινεῖν ἁπάσας ἔχοιμι, ἀξίας οὔσας δόξης καὶ τιμῆς· Frequens hoc ſenſu est ἔχοιμι. Iſocrates Ep. II, p. 603: ἔχοιμι δ' ἂν παμπληθεῖς εἰπεῖν· Muſonius ap. Stob. S. XX. p. 170: καὶ ἄλλους δὲ παλαιοὺς ἄνδρας ἔχοιμ' ἂν λέγειν· Lucianus Timon. 2. T. II. p. 130: ἐγὼ δὲ καὶ πολλοὺς ἂν εἰπεῖν ἔχοιμί σοι· & alibi ſaepius. Nec minus frequenter junguntur δόξα καὶ τιμή· Demosthenes Or. de Corona. p. 322, A: περὶ πρωτείων καὶ τιμῆς καὶ δόξης· Plutarchus T. *II. p. 796*, B: τιμὴν ἐχόντων καὶ δόξαν. Lucianus Dial. Alex.

Alex. & Diog. T. I. p. 392. Plura apud J. Wettſtenium ad Rom. II, 7. Mox pro ἀφαιρήσει bene corrigit Reiskius ἀφῄρηται.

P. 6, D: Καὶ τὰ μὲν παλαιὰ τί δεῖ λέγειν] Attica formula optimis deinceps Auctoribus frequentata. Thucydides I, 73: καὶ τὰ μὲν πάνυ παλαιὰ τί δεῖ λέγειν. Xenophon De Vectigal. Rep. Ath. IV, 16: ἀτὰρ τί τὰ παλαιὰ δεῖ λέγειν· Iſocrates Or. Philipp. p. 132: καὶ τί δεῖ μὲ λέγειν τὰ παλαιά· Demosthenes Or. Androtion, p. 420, B: καὶ τί δεῖ τὰ παλαιὰ λέγειν· Libanius Progymn. T. I. p. 25: καὶ τί δεῖ παλαιὰ λέγειν· Orat. XII. p. 187. Ed. Bongiovann. καὶ τί δεῖ τὰ παλαιὰ λέγειν· Muſonio reſtituenda haec forma in margine notata, & ſenſu postulante, ap. Stob. S. XXVIII, p. 236: pro καὶ τί δεῖ τὰ πολλὰ λέγειν: quae ceteroquin forma item optimis Scriptoribus frequens est. Demosthenes Or. Philipp. III, p. 50, C: καὶ τί δεῖ τὰ πολλὰ λέγειν· Qui ſub Plutarchi nomine latet auctor libelli De Educatione T. II. p. 2, F: καὶ τί δεῖ τὰ πολλὰ λέγειν· Philostratus, Ep. XLIV. p. 934. καὶ τί δεῖ τὰ πολλὰ λέγειν. Libanius T. I. Decl. XXX. p. 693, B. XXXIX. p. 838, B. Utrumque conjunxit Aeſchines Or. Timarch. p. 181, C: καὶ τὰ μὲν πολλὰ καὶ παλαιὰ ἐάσω.

Ib. τὴν ἀρχὴν ὁσίως ἅμα καὶ δικαίως ἐκτήσατο] Videtur manaſſe ab Iſocrate Nicocl. p. 41: ἔχω τὴν ἀρχὴν οὐ παρανόμως οὐδ' ἀλλοτρίαν, ἀλλ' ὁσίως καὶ δικαίως·

P. 7, A:

P. 7, A: Διαίτης λιτότητα] Plutarchus Pompej. T. I. p. 620, A: τῆς δὲ περὶ τὴν δίαιταν εὐκολίας καὶ λιτότητος· T. II. p. 126, D. 354 A. Arrianus Diſſ. Epictet. III, 22, p. 466: ἡ ἀφελὴς καὶ λιτὴ καὶ ὑπαίθριος δίαιτα· M. Antoninus I, 3. Athenaeus VI, p. 274, A. Porphyrius De Abſtinent. I. §. 5. τοῦ λιτοῦ τῆς διαίτης ἀνθέξεται· item IV, p. 306, 312, 341. Hierocles Comm. Aur. Carm. p. 201.

Ib. ὡμολόγει μηδὲν πώποτε τούτου κρεῖττον βεβουλεῦσθαι; πολλὰ καὶ ἄλλα σωτήρια τοῖς κοινοῖς ἐξευρών·] Apparent veſtigia imitationis Iſocrateae, Euagor. p. 292: πολλὰ δὲ πρότερον ἤδη κατωρθωκὼς, οὐδὲ περὶ ἑνὸς πώποτε πράγματος ἔδοξεν ἄμεινον ἢ περὶ τούτων βεβουλεῦσθαι·

Ib. C: Φρούρια δὲ ἐπιτειχίζοντες (τοῖς) πρὸς αὐτοὺς τοσαύτην εἰρήνην τοῖς ὑπηκόοις κατέστησαν ὅσην οὐδὲ εὔξασθαι ῥᾴδιον τότε ἐδόκει·] Τοῖς, ab Editoribus pro ſupervacaneo ac delendo habitum, mutemus in αὐτοῖς, & ceterum verba ita conſtituamus: Φρούρια δὲ ἐπιτειχίζοντες αὐτοῖς, τοσαύτην εἰρ. τοῖς ὑπ. πρὸς αὐτοὺς κατέστησαν, ὅ. οὐ. ε. ῥ. τ. ἐ. Ita hac dictione cum Dativo utuntur. Xenophon Cyropaed. V, 3, 11: Φρούριον τὸ πρὸ τῆς χώρας, ὅ φατε Ὑρκανίοις τε καὶ Σάκαις ἐπιτετειχίσθαι: item proxime, 23. Histor. Graec. III, 2, 1: τὴν Αἰολίδα ἐπιτετειχίσθαι τῇ ἑαυτοῦ οἰκήσει· Synefius de Inſomn. p. 156, C: οἱ μὲν οὖν Ἀλευάδαι κολάζονται τὸ Θετταλῶν ἔθνος τοῖς θεοῖς ἐπιτειχίζοντες· Plura ſi quis deſideret, adeat P. Weſſelingium ad Diodor. Sic. XII, 44. In ultimis his verbis Juliani videtur Iſocrateus color

lor ineſſe, ex Or. De Pace p. 269: *Φαίνεται δὲ τὰ μὲν ἀμελούμενα τοσαύτην εἰληφότα τὴν ἐπίδοσιν ὅσην οὐδ' ἂν εὔξασθαι τοῖς θεοῖς πρότερον ἠξίωσαν.*

Ib. D: *τὴν δὲ ἐς τοὺς πολέμους ῥώμην ἐκ τῶν ἔργων μᾶλλον ἢ διὰ τῶν λόγων ἄν τις γνωρίσειε·*] Iſocrates Or. ad Nicocl. II. p. 43: *ταῦτα ἐκ τῶν ἔργων ἄν τις οὐχ ἧττον ἢ τῶν λόγων πιστεύσειεν·*

P. 8, A: *Τυραννίδας γὰρ, ἀλλ' οὐ βασιλείας ἐννόμους καθαιρῶν τὴν οἰκουμένην ἐπῆλθεν ἅπασαν·*] Non dubitandum eſt, quin Conſtantinum M. cum Hercule comparare voluerit, certe colorem mutuatus ſit ex illâ celebratâ Herculis laude, quâ terrarum orbem obiiſſe, monſtraque ac praedones expurgaſſe, dicebatur. Ita ſolebant Rhetores. Libanius item de Conſtantino M. in Orat. Baſilic. p. 106, B: *πάντα τὸν* (*ἐν* del.) *ἐκείνῃ τόπον ἐπῆλθεν ἀνακαθαιρόμενος γῆν τε καὶ θάλατταν*: quem cum ſimilibus locum exhibui Biblioth. Crit. Vol. II. P. I, p. 25. Dio Chryſ. Or. V. p. 85, C: *Ἡρακλέα τὴν σύμπασαν γῆν καθαίροντα ἀπό τε τῶν θηρίων καὶ τῶν τυράννων·* Lucianus Dial. Deor. XIII. p. 236, Herculem dicentem facit: *τοσαῦτα δὲ πεπόνηκα ἐκκαθαίρων τὸν βίον, θηρία καταγωνιζόμενος, καὶ ἀνθρώπους ὑβρίσας τιμωρούμενος·* Item Vit. Auct. 8. T. I. p. 548. Igitur ſi quis contendat Julianum ſcripſiſſe *καθαίρων*, minime repugnantem me habebit. Dicitur enim *καθαίρειν* & *ἐκκαθαίρειν τι*, *expurgare*, *aliquid tollere*, *ejicere*: nec est in hac ipſâ ſententiâ de Hercule infrequens. Arrianus Diſſ. Epictet.

II,

II, 16. p. 264: περιερχόμενος τὴν οἰκουμένην — περιῄει καθαίρων ἀδικίας καὶ ἀνομίας· Ἀλλ' οὐκ εἶ Ἡρακλῆς, καὶ οὐ δύνασαι καθαίρειν τὰ ἀλλότρια κακά· Ἀλλ' οὐδὲ Θησεὺς, ἵνα τὰ τῆς Ἀττικῆς καθάρῃς· Τὰ σαυτοῦ κάθαρον· Themiſtius Or. XX. p. 240, A: Ἡρακλῆς παράδειγμα ἐγένετο ἀρετῆς, καὶ τὴν γῆν ἅπασαν ἐπιφοιτήσας τυράννων τε ὠμότητα (Cod. Ambroſ. ὠμότητος) ἐκάθηρεν ἀλλοκότων· Gregorius Naz. Or. Stelit. III. p. 63, A: de Conſtantio ait, τὸ βαρβαρικὸν ἀνακαθαίρων κύκλῳ. Forte, ut aetate, ita exemplo, praeivit aliis Sophocles Trach. 1071: ubi ipſe de ſe Hercules, ὅσην ἐγὼ Γαῖαν καθαίρων ἱκόμην·

Ib. C: Καλὸν ἴσως ἐνταῦθα καὶ τῶν ἀοιδίμων Ἀθηνῶν μνησθῆναι·] Non temere aut caſu Athenas vocat ἀοιδίμους, quippe celebratum est hoc urbis cognomen a principe Pindaro, quem posteriores deinceps ſecuti ſunt. Dictum illud in perditis Lyrici ſcriptis proditum, nunc quidem tenemus ex Aeſchinis Epiſtolâ IV, p. 123, A: αἵ τε λιπαραὶ καὶ ἀοίδιμοι Ἑλλάδος ἔρεισμα Ἀθᾶναι· de quo notavit quaedam T. Hemſterhuſius ad illa Luciani Tim. 50. T. I. p. 162: τὸ ἔρεισμα τῶν Ἀθηναίων· quae quidem non minus ex Pindarico hoc quam e Sophocle ducta videntur Oedip. Col. 58: ἔρεισμ' Ἀθηνῶν· Sed, ut in rem praeſentem redeam, Pindari imitatione frequenter Athenae ἀοίδιμοι vocantur. Plutarchus Theſ. p. 1, B: τῶν καλῶν καὶ ἀοιδίμων Ἀθηνῶν· Philoſtratus Icon. II, 12. p. 830: de apibus, quae infanti Pindaro mel attu-

lerunt: Ἐξ Ὑμηττοῦ τάχα ἥκουσι, καὶ ἀπὸ τῶν λιπαρῶν καὶ ἀοιδίμων Ἀθηνῶν· καὶ γὰρ τοῦτο αὐτὰς οἶμαι ἐπῆξαι Πινδάρῳ Quem locum ab Oleario, & Graevio ad Lucian. T. II. p. 21, male acceptum, recte vindicavit Moſes Solanus ad Lucian. Encom. Demosth. 10. T. III. p. 498: οὐκ Ἀθῆναι μὲν αὐτῷ πατρὶς αἱ λιπαραὶ καὶ ἀοίδιμοι καὶ τῆς Ἑλλάδος ἔρεισμα· Damaſcius ap. Suid. V. Σουπηριανός· Ἐν ταῖς λιπαραῖς καὶ ἀοιδίμοις Ἀθήναις ἀπηγορεύετο σοφιστής· Iſidorus Peluſ. Ep. IV, 32: Τὸν ἀοίδιμον σταυρὸν δίκαιον προσειπεῖν οὐ μόνον γῆς ἀλλὰ καὶ οὐρανοῦ ἔρεισμα· Ex eadem imitatione est ἔρεισμα apud Plutarchum T. II. p. 350, A. 232, E. Aristidem T. I. p. 196, 267, 405. Λιπαραὶ apud Euripidem Alcest. 452. Troad. 801. Ariſtophanem Eq. 1326, ubi videndus Scholiastes. Nub. 298, ibique Spanhemius: & ad Acharn. 639, Berglerus. Pauſaniam Attic. p. 20, cum animadverſione J. Kuhnii.

Ib. D: Πολλῶν δὲ καὶ καλῶν ἔργων τῇ πατρὶ τῇ σῇ πραχθέντων — πάντων ἄριστον φαίην ἂν, οἶμαι δὲ καὶ τοὺς ἄλλους ἅπαντας ὁμολογήσειν, τὴν σὴν γένεσιν καὶ τροφὴν καὶ παιδείαν·] M. Sladus ad oram exempli Petaviani, quod nunc meum est, notavit locum ſimilem Ovidii Met. XV, 750:

—— Neque enim de Caeſaris actis
Ullum majus opus, quam quod pater exſtitit hujus.

Tria illa ultima rarius ita juncta reperias. Plato Alcib.

Alcib. I. p. 32, G: τῆς δὲ σῆς, ὦ Ἀλκιβιάδη, γενέσεως καὶ τροφῆς καὶ παιδείας — οὐδενὶ μέλει· Bina ex his frequentiſſime junguntur.

P. 9, B: Σὲ δὲ πρεσβύτερον μὲν τοῦ πατρὸς καὶ ἐν ἄλλοις πολλοῖς κρείττονα σαφῶς εὖ οἶδα, καὶ δηλώσω —] Nec poſſunt nec debent jungi σαφῶς & εὖ: nec etiam σαφῶς τε καὶ εὖ legendum, quod ab hujus loci ratione alienum videtur, quamquam καλῶς τε καὶ εὖ non infrequens ſit. Igitur vel, σαφῶς ad κρείττονα & εὖ ad οἶδα referendum, *te omnino patre praeſtantiorem eſſe, bene novi*: vel, εὖ aut delendum tamquam ortum e proximo οἶδ, aut mutandum vel in ἐγὼ, vel in τε; ut ſit *&* *novi*, *&* *oſtendam*. Quod ad rem & ſententiam, geminus huic est locus Themiſtii Or. III. p. 47, A.

Ib. C: Τὴν οὖν δὲ μητέρα, κατὰ τοὺς παρ' ἡμῖν νόμους ἀχράντους καὶ καθαροὺς τῆς ἀκολασίας ταύτας φυλάττουσιν, τοῦ μὲν εἶναι παῖδα, γαμετὴν δὲ ἑτέρου, καὶ ἀδελφὴν ἄλλου, καὶ πολλῶν αὐτοκρατόρων, οἶμαι δὲ ἑνὸς, μητέρα·] Deest verbum, a quo Infinitivus εἶναι & tota conſtructio regatur. Reiskius ſuſpicabatur deeſſe εὐξαίμην vel ſimile quid. Omnino aliquid tale excidit; neque huic *loco* ſanitas vindicari poteſt ſtatuendâ Ellipſi verbi, quo Infinitivus regatur. Nam quae de tali tradiderunt Ellipſi P. Weſſelingius ad Diod. S. T. I. p. 546. J. P. Dorvillius ad Charit. p. 143. Schwebelius ad L. Bos Ellipſ. p. 445, pertinent ad locos, in quibus οἶδα, οἶμαι, ἡγοῦμαι, & ſimilia,

 com-

commode ex antecedentibus ſubaudiri posſunt. Quod hic ſecus est; quippe ſi valet Ellipſis, ea est abſoluta. Itaque attendi in legendis Auctoribus, an forte abſolutae ejusmodi Ellipſis exempla exſtarent: & profecto repeti nonnulla, quae viderentur quidem idonea esſe. Jam, quum omne judicium de bonitate dictionis ab uſu & exemplis repetendum ſit, istiusmodi vero Ellipſis ab ratione & ingenio orationis abhorrere videatur; diu dubius haeſi, utrum ſecundum *exempla*, an ſecundum *rationem*, judicarem. Vicit tandem apud me ratio; praeſertim cum exemplorum auctoritas magnopere labefactetur; quod fere levi mutatione ad rationem reformari queant. Sed ea deinceps recenſeamus. Julianus Ep. XVII. p. 385, A: τί με πράττειν ἐχρῆν; ἆρα σιωπᾷν; ἢ μάχεσθαι; τὸ μὲν οὖν πρῶτον εἶναι ἠλίθιον καὶ δουλοπρεπὲς καὶ θεομίσητον· τὸ δεύτερον δὲ δίκαιον κ. τ. λ. hic Infinitivi εἶναι levis & promta est mutatio in ἦν καί· Socraticorum Epist. I. p. 3: τὰ δ᾽ εἰς περιουσίαν, πρῶτον μὲν οἷς ἂν λαβὼν παρακατάθωμαι οὐχ᾽ εὑρίσκω, οὐδένα γὰρ τῶν δωσόντων μοι πιςότερον· Leo Allatius putabat excidisſe ἡγοῦμαι post πιςότερον· Equidem locum ita conſtituam, interpungendo, & delendo γάρ: — οὐχ εὑρίσκω οὐδένα τ. δ. μ. π. *quod ad opum abundantiam attinet, neminem eorum, apud quos illam deponam, fideliorem reperio quam daturos ipſos.* Muſonius ap. Stob. S. XXXVIII. p. 235: Ἐγὼ δὲ τούς γε λόγου ἀξίους ἄνδρας οὐ τῶν ἀναγκαιοτάτων μόνον πρὸς τὸν

βίον

βίον ἡδέως ἐν ἀπορίᾳ ἔξω τῆς οἰκίας (l. οὐσίας) ὄντας, ἀλλὰ καὶ πολλὰ περιποιήσασθαι χρήματα: Geſnerus οἶδα ſupplebat. Nos verbum deſideratum facile reſtituamus, ἐγὼ mutando in λέγω. Dio Chryſ. Or. LX. p. 577, B: σχεδὸν μὲν οὖν ἔγωγε ἐν ὅσῃ χρείᾳ καθέστηκας αὐτός. Iſ. Caſaubonus οἶδα vel ἐπίσταμαι excidiſſe ſuſpicabatur. Certe post αὐτὸς poſitum οἶδα abſorptum videtur a proximo εἰ δ' οὖν. Nil ad hunc locum Valckenarius Diatrib. Eur. Fragm. Cap. XI, p. 124, hanc Euripideam Dionis paraphraſin tractans. Reiskius Animadv. Vol. I. p. 202. καθέστηκα conjecit vertens, *ipſe ſum in eadem, qua tu, conſtitutus neceſſitate*: ita conſequens est, eum pro ὅσῃ voluiſſe reponere ᾗ σὺ quod ſcribere oblitus videtur. Sed οἶδα praeſtat revocari. Alciphron. Ep. III, 11. p. 304: οἶδα ἀκούσας ἄλλα τινὰ δαιμόνων ὀνόματα· ὧν διὰ τὸ πλῆθος ἀπολέσθαί μοι τῆς μνήμης τὰ πλείονα· De verbo ſupplendo item *cogitavit Berglerus.* Sed certam medicinam elegantiſſimâ correctione attulit Toupius ad Longin. p. 161, pro ἀπολέσθαι reponendo ἀπώλισθε: vid. Biblioth. Crit. Vol. I. P. III. p. 41. Theon. Sophiſta Exempl. p. 142. Ed. Camerar: ſeu potius Libanius T. I. p. 22, D: οὐ μὴν οὐδὲ τοὺς ἰατροὺς ἀπορεῖν· Camerarius ſupplebat οἶμαι· Atqui hoc ipſum videtur ab Auctore ſcriptum, a librario in οὐ μὴν mutatum. Igitur adhuc teneamus, abſolutam ejusmodi verbi Ellipſin nulla niti auctoritate.

Ib. D: Πολλῶν δὲ ὑπαρχόντων ἐκείνοις περιφανῶν ἔργων

ἐφ' οἷς ἄν τις δικαίως αὐτοὺς ἐπαινεῖν ἔχει, καὶ τῆς ἐκ τῆς τύχης ἀγαθῶν περιουσίας· οὐδέν ἐστι τοιοῦτο τῶν ἄλλων ἐφ' ᾧ μακαρίζων τις αὐτοὺς εἰκότως σεμνύνοι, ὡς ὅτι τῶν μὲν ἀπόγονος τῶν δὲ ἔκγονος·] Locus corruptus, quem niſi ſanitati reſtituere, morbi tamen parte levare poterimus. Et primum quidem recipiendum ἔχοι e Voſſiano libro, & cum Petavio reponendum ἀπόγονοι & ἔκγονοι. Tum cetera ita ſuppleamus: — καὶ τῆς ἐκ τῆς τύχης ἀγαθῶν περιουσίας αὔτης· οὐδέν ἐστι τοιοῦτο ἐφ' ᾧ μᾶλλόν τις αὐτοὺς μακαρίζων εἰκότως σεμνύνοι, ὡς ὅτι τῶν μὲν ἀπόγονοι τῶν δὲ ἔκγονοι γεγόνασι. *Cum eorum & multa ſint illuſtria facta, a quibus quis eos juste laudet, & abundantia bonorum fortunae: horum nullum est, a quo quis eos beatos praedicans magis condecoret, quam quod illorum* (i. e. *Maximiani Herculii & Conſtantii Chlori*) *nepotes, horum autem* (i. e. *Conſtantini M. & Fauſtae*) *filii fuerunt.* Γεγόνασι ſuppleri; quia, ut commode abeſſe nequit, ita facile, ob ſimilitudinem antecedentis ἔκγονοι, excidere potuit. Ceterum apparet, Julianum ἐπαινεῖν & μακαρίζειν diſtinguere voluiſſe. Quippe ex Veterum doctrinâ hoc ad fortunam, illud ad virtutem refertur. Archytas ap. Stob. S. I. p. 13: γίνεται δὲ ὁ μὲν ἔπαινος ἐπὶ ἀρετᾷ, ὁ δὲ μακαρισμὸς ἐπ' εὐτυχίᾳ. Hippodamus Thurius ibid. S. CI. p. 554: ἁ ἀνθρωπίνα εὐδαιμονία συγκεφαλαιοῦται ἐπαίνῳ τε καὶ μακαρισμῷ· ἐπαίνῳ μὲν τῷ ἐξ ἀρετᾶς, μακαρισμῷ δὲ τῷ ἐξ εὐτυχίας. Ab his fontibus hauſiſſe videtur Ariſtoteles Ethic. Nicomach. I, 12.

Rhet.

Rhet. I, 9, 4. Diſtinxit etiam Iſocrates Archidam. p. 222: ἐπῄνεσαν μὲν ὡς οἷόν τε μάλιστα, καὶ τοὺς προγόνους ἐμακάρισαν· Polybius X, 2: τὸ μὲν ἐπαινετὸν, τὸ δὲ μακαριστὸν εἶναι συμβαίνει — καὶ τὸ μὲν κοινὸν ἐςι καὶ τοῖς τυχοῦσι, τὸ δ' ἐπαινετὸν μόνον ἴδιον ὑπάρχει τῶν εὐλογίςων καὶ φρένας ἐχόντων ἀνδρῶν, οὓς καὶ θειοτάτους εἶναι καὶ προσφιλεςάτους τοῖς θεοῖς νομιςέον· Plutarchus Timol. T. I. p. 246, D: ἵνα τῶν ἐπαινουμένων αὐτοῦ τὰ μακαριζόμενα μᾶλλον οἱ πυνθανόμενοι θαυμάζωσιν· Maximus Tyr. Diſſ. XXII, 5. p. 269: τὸν δὲ καὶ μακαρίζω καὶ ἐπαινῶ· μακαρίζω μὲν τῆς σχολῆς, ἐπαινῶ δὲ τῆς ἱςορίας· Libanius Or. I. p. 12, A: ἐπαινούμενοί τε καὶ μακαριζόμενοι· Syneſius Ep. LXXVII. p. 211, A: κἀγὼ τὸν νεανίσκον οὐκ οἶδα πότερον ἐπαινέσαιμ' ἂν τῆς παρὰ πάντων εὐνοίας ἢ μακαρίσαιμι· Or. de Regno p. 4, A: ἐςὶ δὲ οὐ μία φύσις, ἀλλ' ἑτέρω ἑκάτερον, μακαρισμὸς καὶ ἔπαινος· μακαρίζεται μὲν γάρ τις ἐπὶ τοῖς ἔξωθεν, ἐπαινεῖται δὲ ἐπὶ τοῖς ἔνδοθεν·

P. 10, A: πειράσομαι λοιπὸν ὡς ἡμῖν ἄξιον, μᾶλλον δὲ εἰ δεῖ μηδὲν ὑποστελλόμενον εἰπεῖν, μακρῷ τῶν προγόνων ἐπιδεῖξαι σεμνότερον] Manifestum est vitium, medicina non item manifesta. Similis exſtat locus infra, p. 26, B; ſed idem ſuo ſibi vitio laborans, nec huic loco quid medelae impertiens. Ut breviter dicam, ὡς ἡμῖν mutandum videtur in σὲ ὑμνῶν; tum vero λοιπὸν vertendum *jam*, quam ſignificationem asſeruerunt Berglerus Alciphr. I, 21. p. 82, & Dorvillius ad Charit. p. 309. Sententiae haec est

 vis:

vis: *jam te dignum celebrabo majoribus tuis; immo, ut dicam quod ſentio, oſtendam te longe tuis majoribus praestantiorem eſſe.* Elegans est dictio μηδὲν ὑποςειλάμενον εἰπεῖν, de qua, praeter Spanhemium hoc loco, conſulendus est J. Wettſtenius ad Act. Ap. XX, 20. & J. Rhoerius ad Porphyr. de Abſt. I, 57. Quorum notatis haec addantur. Demoſthenes Or. Olynth. I. p. 3, A: οὐ χρὴ τὴν ἰδίαν ἀσφάλειαν σκοποῦντα ὑποςείλασθαί τι τῶν κοινῇ συμφερόντων: cui fere geminum est illud Lucae loco memorato, οὐδὲν ὑπεςειλάμην τῶν συμφερόντων. Dio Chryſ. Or. XI. p. 158, A. Aristides Or. Plat. I. p. 94. II. p. 298. III. p 389. Libanius Declam. XVI. p. 457, D: plane, ut hoc loco, μᾶλλον δὲ εἰ δεῖ μηδὲν ὑποςειλάμενον εἰπεῖν· II. p. 250, C. XII. p. 394, D. XXIX. p. 648, B. 658, D. Progymn. p. 11, C.

Ib. Φήμας μὲν δὴ καὶ μαντείας καὶ ὄψεις τὰς ἐν τοῖς ὕπνοις, καὶ ὅτα ἄλλα θρυλλεῖν εἰώθασιν ἐπὶ τῶν οὕτω λαμπρὰ καὶ περιφανῆ πραξάντων, Κύρου, καὶ τοῦ τῆς ἡμετέρας οἰκιςοῦ πόλεως, καὶ Ἀλεξάνδρου τοῦ Φιλίππου, καὶ εἴ τις ἄλλος τοιοῦτος γέγονεν, ἑκὼν ἀφίημι] Harum rerum commemoratio locus erat communis in Laudationibus: deinde nimio uſu pervulgatus in contemtum abiit; ut ab elegantioribus Oratoribus ipſa hujus contemtus profeſſio, tamquam locus communis, frequentaretur. Julianus & materiam & formam aliunde ſumſit. Materiam a Libanio ſuo Orat. Baſilic. T. II. p. 107, A. Formam, cum ab eodem Declam. II. p. 215, A: μαν-

τείας μὲν οὖν καὶ φήμας καὶ διοσημείας — καὶ ὅσα τοιαῦτα παρίημι· tum ab Iſocrate, cujus manifeſtiora etiam ſunt veſtigia, Evagor. p. 281: τὰς μὲν φήμας, καὶ τὰς μαντείας, καὶ τὰς ὄψεις τὰς ἐν τοῖς ὕπνοις γενομένας, ἐξ ὧν μείζων ἂν φανείη γεγονὼς ἢ κατὰ ἄνθρωπον, αἱροῦμαι καταλιπεῖν· Quandoquidem vero φήμη in Divinatione Veterum varias habet ſignificationes, nondum illas ſatis aut animadverſas aut explicitas, ut apparet ex iis quae H. Stephanus in Theſ. G. L. T. IV, p. 56, *Spanhemius* ad hunc locum, & Erneſtus in Indice ad Xenoph. M. S. protulerunt; haud igitur ingratum diligentioris doctrinae amantibus facturus videar, ſi ea, quae ad hunc Juliani locum notavi, expromſero.

φήμη proprie eſt *Dictum*, a φάω, *luceo*, *dico*. Nam, ut pleraque verba a rebus corporeis ad intelligibiles traducta ſunt, ita prima *lucendi* vis ad *dicendi* ſignificationem tranſiit in hoc ipſo verbo φάω, φάσκω, ἐπιφάσκω· & *in ſimili* δάω, δάσκω, διδάσκω: & a φέγγω fit φθέγγω· Haec mira, ſaepe etiam ridicula, videntur hominibus ceteroquin non indoctis. Nos hanc interiorem originum rationem, &, ut ita dicam, philoſophiam, forte alio tempore vindicabimus. Illud nunc unice monemus, haec verba non ſimpliciter notare *dicere*, ſed ab origine nativam habere ſignificationem, *cum lumine*, *perſpicuitate*, *efficacia*, *dicendi*. Quae vis etiam ineſt in derivatis, φήμη, & aliis. Itaque ſignificat I) *rumorem late ſparſum ac celebratum*, ſeu *famam*: qui uſus frequentior eſt, quam ut illu-

 ſtrari

ſtrari debeat. II). Sed hinc paulatim in Divinationem translata eſt Φήμη· Nam quia antiquitus res, quarum cauſſae latebant, ad divinum numen referebantur, factum eſt, ut rumores, qui nullo certo auctore ferebantur, divinae cauſſae tribuerentur, ac Φήμη etiam ipſa haberetur Dea. Hinc manavit celebratiſſima ſententia Heſiodi Op. & D. fin. 763: Φήμη δ' οὔ τις πάμπαν ἀπόλλυται, ἥν τινα πολλοὶ λαοὶ φημίζουσι· θεός νύ τις ἐστὶ καὶ αὐτή· jactata ab adverſariis, Aeſchine Timarchi p. 188, B, & Demoſthene Falſ. Legat. p. 239, D: & ab aliis frequentata, veluti Libanio T. I. Decl. XXVII. p. 744, D. Syneſio Ep. XLIV. p. 181, D. III) Jam ſignificatio traducta eſt ad *rumorem de re divinâ*, vel *humanâ*, *divinitus exiſtentem*. Veluti de famâ victoriae Plataeenſis Graecis divinitus allatâ, apud Herodotum IX, 100; quae mox 101, κληδὼν vocatur: ubi conſulendus Weſſelingius. Sic apud Plutarchum Iſ. & Oſ. p. 357, A; ταῦτά τε πυθομένη φασὶ δαιμονίῳ Φήμης πυθομένην τὴν Ἶσιν εἰς Βύβλον ἀφικέσθαι· De Romulo apud Plutarchum T. I. p. 63. B: Ῥωμύλον μὲν φύσει θεῶν παῖδα ὑμνοῦσι Φῆμαι· Julianus Or. IV. p. 154, C: ἐξ ἡλίου κατῆλθεν ἡ ψυχὴ τοῦ θεοῦ Κυρίνου· πιστεύειν γὰρ οἶμαι τῇ Φήμῃ· Caeſar. p. 307. B: Κυρῖνε, ὃν δὴ χρὴ καλεῖν αὐτὸν ὀνόματι τῇ θείᾳ πειθομένους Φήμῃ· Ubi Spanhemius, cetera minus accurate, opportune tamen ſimilem excitat locum Ciceronis Catil. III, 1: *Romulum ad Deos immortales benivolentiâ famaque ſuſtulimus*. Cui addendus eſt Nat. Deor. II. 24: *Suſce-*

Suſcepit autem vita hominum conſuetudoque communis, ut beneficiis excellentes viros in caelum voluntate ac fama tollerent. Hinc Hercules, hinc Caſtor & Pollux, — hinc etiam Romulus, quem quidem eundem eſſe Quirinum putant. Off. III, 5: *Herculem illum, quem hominum* fama, *beneficiorum memor, in concilio caeleſtium collocavit.* Libanius de Alexandro T. II. Or. X, p. 346, D: ὁ τοῦ Διὸς παῖς λεγόμενος, καὶ πιστούμενος τοῖς ἔργοις τὴν φήμην. Hinc, *auctoritas qua narrationes antiquitus traditae, ſive verae ſive fictae, ad popularem religionem conſecrantur*: apud Platonem Legg. V, p. 609, B: καθιέρωσαν δὲ τοῖς τοιούτοις λόγοις φήμας τε καὶ ἀγάλματα, καὶ βωμοὺς καὶ ναοὺς, κ. τ. λ. ita potius cum Ficino *famas* vertam, quam *oracula*; quod forte quis malit. Ita fere apud eundem Legg. VIII, p. 646, G. Plutarchus T. II, IC & Of. p. 369, B: Opinio de Providentia divina; παμπάλαιος αὕτη κάτεισιν ἐκ θεολόγων καὶ νομοθετῶν δόξα, τὴν ἀρχὴν ἀδέσποτον ἔχουσα, τὴν δὲ πίστιν ἰσχυρὰν καὶ δυσεξάλειπτον οὐκ ἐν λόγοις μόνον οὐδὲ ἐν φήμαις, ἀλλ' ἔν τε τελεταῖς, ἔν τε θυσίαις καὶ βαρβάροις καὶ Ἕλλησι πολλαχοῦ περιφερομένη. De Facie Lunae p. 938, E: Aristides de Eleuſine T. I, p. 256: τὴν δὲ ἄλλην χορείαν ἡ μύθων φήμη θαυμασιωτέραν ἐδήλωσεν, ἢ τὰ δρώμενα μείζω ἔχει τὴν ἔκπληξιν. Plutarchus *famam* distinguit a fabula T. I. Romul. p. 19. E: τοὔνομα τῆς τροφοῦ (*Lupam*) δι' ἀμφιβολίαν ἐπὶ τὸ μυθῶδες ἐκτραπέσθαι τῇ φήμῃ παρέσχεν. IV.) Sed quum ſint complura Divinationis genera quae vere contineantur,

neantur, haec cum univerſe tum peculiariter dicta ſunt Φῆμαι· Et primum de peculiaribus videamus. Cicero Divin. I, 45, ex interiori diſciplina, duo memorat genera, quorum alterum conſtat voce, quae, ex occulto ad hominum aures accidens, divinitus mitti creditur: alterum ex humana voce colligitur. De priori ita exponit: *Saepe etiam in proeliis Fauni auditi, & in rebus turbidis veridicae voces ex occulto miſſae eſſe dicuntur: cujus generis duo ſunt ex multis exempla, ſed maxima. Nam non multo ante Urbem captam exaudita eſt vox a luco Veſtae — ut muri & portae reficerentur; futurum eſſe, niſi proviſum eſſet, ut Roma caperetur. Quod neglectum cum caveri poterat, poſt acceptam illam maximam cladem explicatum eſt; ara enim Ajo Loquenti, quam ſeptam videmus, ex adverſus eum locum conſecrata eſt.* Atqui hanc aram a Camillo exſtructam Plutarchus T. I. p. 144, D, vocat ναὸν Φήμης καὶ κληδόνος· item T. II. Fortun. Rom. p. 319, A. Talem vocem κληδόνα primum & proprie, deinde etiam Φήμην appellatam, & utramque poſtea promiſcue uſurpatam, putem. Itaque Suidae Κληδὼν, redditur φήμη, μαντεία tamquam nomen ejusdem potestatis: κληδονισμοὶ vero ei ſunt αἱ διὰ τῶν λόγων παρατηρήσεις· quod item in notionem Φήμης, de qua agimus, convenit. Heſychius item: Φῆμις· Φήμη, κληδὼν, φωνὴ, λόγος. Luculentus eſt locus apud Xenophontem, ſeu quisquis eſt ſcriptor Apologiae S. §. 12: κατὰ γημῶν δαι-

μόνια

μόνια πῶς ἂν ἐγὼ εἰςφέροιμι λέγων ὅτι θεοῦ μὲν (leg. μοὶ) φωνὴ φαίνεται σημαίνουσα, ὅ, τι χρὴ ποιεῖν; καὶ γὰρ οἱ φθόγγοις οἰωνῶν, καὶ οἱ φήμαις ἀνθρώπων χρώμενοι, φωναῖς δήπου τεκμαίρονται· βρονταῖς μὲν ἀμφιλέξει τις, ἢ μὴ φωνεῖν, ἢ μὴ μέγιςον οἰωνιςήριον εἶναι· ἡ δὲ Πυθοῖ ἐν τῷ τρίποδι ἱέρεια οὐ καὶ αὐτὴ φωνῇ τὰ παρὰ τοῦ θεοῦ διαγγέλλει· Igitur Socratis Daemonium, quod continebatur tali voce quae ex occulto accidebat, distinguitur a φήμῃ: ut ap. Xenoph. M. S. I, 1, 3: ὁ δὲ οὐδὲν καινότερον εἰσέφερε τῶν ἄλλων, ὅσοι μαντικὴν νομίζοντες, οἰωνοῖς τε χρῶνται καὶ φήμαις καὶ συμβόλοις, καὶ θυσίαις: & a Plutarcho in hoc ipſo argumento De Socr. Gen. p. 581, A, C. 582, B. 589, E, refertur ad alterutrum, vel ad πταρμὸν, *ſternutationem*; vel ad κλῄδονα, *ad voces ex occulto accidentes.* Hac etiam vi, *ominis ex hominum fortuitâ voce ſuſcepti*, φήμη est apud Homerum Od. Y, 100, 105: Ulisſes precatur: φήμην τίς μοι φάσθω ἐγειρομένων ἀνθρώπων Ἔνδοθεν· ἔκτοσθεν δὲ Διὸς τέρας ἄλλο φανήτω· tum coelitus tonuit (τέρας ἐκ Διὸς), & ſimul aliud agens vetula fauſtum quid (φήμην) dixit. Forte hujusmodi etiam est in Od. B. 35, ut voluit Ernestus, quamquam hoc aliter accipi potest. Certe ex hoc genere est, quod Cicero loco memorato ait: *Neque ſolum Deorum voces Pythagorei obſervitaverunt, ſed etiam hominum, quae vocant, omina.* Id est, non κλῄδονας tantum, φήμας etiam, obſervabant. Verba, quae tamquam Diogenis Laertii VIII, 20, adfert Daviſius, ſunt apud Jamblichum Vit. Pythag.

thag. §. 149: προσεῖχε δὲ καὶ φήμαις, καὶ μαντείαις, καὶ κληδόσιν, καὶ ὅλως πᾶσι τοῖς αὐτομάτοις: nam apud Diogenem, ut minus accuratum compilatorem, brevius est, μαντικῇ τε ἐχρῆτο τῇ διὰ τῶν κληδόνων καὶ οἰωνῶν· Tale est illud omen apud Herodotum III, 151, 153, ubi Zopyrus ex alterius fortuito dicto conjecit Babylonem expugnatum iri, πρὸς ταύτην τὴν φήμην Ζωπύρῳ ἐδόκεε ἁλώσιμος εἶναι ἡ Βαβυλών· Similis est ratio apud eundem V, 72, ubi, quae φήμη dicebatur, eadem mox dicitur κληηδών· Sic apud Philostratum Vit. Apollon. II, 32, p. 85: εἰπόμην τῇ φήμῃ· Apidis Oraculum, φῆμαι, in Memphi urbe, ejusmodi erat ut ex vocibus puerorum ludentium colligeretur: apud Dionem Chryſ. Or. XXXII. p. 364, D: Ἴσε δήπου τὰς τοῦ Ἄπιδος φήμας ἐνθάδε ἐν Μέμφει, πλησίον ὑμῶν· ὅτι παῖδες ἀπαγγέλλοντες παίζουσι τὸ δοκοῦν τῷ θεῷ, καὶ τοῦτο ἀψευδὲς πέφηνε· ὁ δὲ ὑμέτερος θεὸς, οἶμαι, τελειότερος ὢν δι᾽ ἀνδρῶν ὑμᾶς καὶ μετὰ σπουδῆς βούλεται ὠφελεῖν, οὐ δι᾽ ὀλίγων ῥημάτων ἀλλ᾽ ἰσχυρᾷ καὶ πλήρει κληδόνι καὶ λόγῳ σαφεῖ: hic ergo diligenter φήμην *humanum omen* & κληδόνα *divinam vocem* distinxit. Plutarchus vero, ubi de his Aegyptiorum Oraculis dicit, κληδόνα vocat T. II. de Iſ. & Oſ. p. 356, E. Haud diſſimilis puerorum acclamatio pro fausto omine accepta ab Aristide dicitur φήμη, T. I. 323. Idem, audito Demoſthenis nomine, dixit p. 325: δέχομαι τὴν φήμην· Cujus loco frequentatur δέχομαι τὸν οἰωνόν. V.) Praecipua vero Divinatio est *Oraculorum*. Quae, quia

voce

voce quidem humanâ, ſed divino inſtinctu, redduntur, φῆμαι dicta ſunt: ita tamen, ut θεῶν, aut addantur, aut ſubintelligantur; quippe φήμη magis proprie de humanae vocis omine dicitur, ut modò monuimus. Itaque Pollux I, 18: φήμη ἐκ θεοῦ, & 19, ἥκει ἐκ θεοῦ φήμη· Orphicus Poëta Hymn. XXXIII, 9, de Apolline ait: καθαρὰς φήμας χρησμούς τ' ἀναφαίνων: quod est ἓν διὰ δυοῖν, pro φήμας χρησμῶν· Sophocles Oedip. Tyr. 41: εἴτε τοῦ θεῶν φήμης ἀκούσας, εἴτ' ἀπ' ἀνδρός· ubi nihil est Scholiastae animadverſio. Ibid. 86: τίν' ἡμῖν ἥκεις τοῦ θεοῦ φήμην φέρων· Et 162: χρυσέας τέκνον ἐλπίδος ἄμβροτε φάμα, item de Oraculo accepit Scholiastes, ſive Suidas V. Φήμη· Est enim ea, quae modo, verſu 151, Διὸς φάτις nominabatur: quae est forma poëtis hoc ſenſu frequens. Trachin. 1150, φήμη θεσφάτων poteſt vel de Oraculis intelligi, ut in Orphico modo memorato, vel ſimpliciter de *rumore oraculi*, ut in Philoctet. 846, λόγων φάμαν *rumorem ſermonum* notat. Deorum oracula, quae ab oſcinibus produntur, ſunt φῆμαι apud Euripidem Jon. 179: vocat enim aves θεῶν ἀγγέλλοντας φήμας θνατοῖς· Polybius X, 2: Λυκοῦργος προςλαμβανόμενος ταῖς ἰδίαις ἐπιβολαῖς τὴν ἐκ τῆς Πυθίας φήμην· Plutarchus Sylla T. I. p. 62, E: ἐκ δὲ Λεβαδείας καὶ τοῦ Τροφωνίου φῆμαι τε χρησμοὶ καὶ νικηφόρα μαντεύματα· Philoſtratus Vit. Apollon. III, 44, p. 131: παῖς Ἀπόλλωνος Ἀσκληπιὸς γενόμενος, καὶ κατὰ τὰς ἐκείνου φήμας τε καὶ μαντείας ξυνθεὶς κ. τ. λ. Libanius diligenter φήμην ſimpliciter dictam

ab

ab Oraculo distinguit T. I. Declam. V. p. 288. B, ubi Oreſtes ait: ἐζήτουν δὲ περὶ τούτων οὐ συμβόλοις, οὐ φήμαις, οὐ μαντείαις ἀνθρώπων· καίτοι διὰ τούτων οἱ θεοὶ σημαίνουσι τὰ δοκοῦντα· ἀλλ᾽ οὐκ ἐκ τούτων ἠξίουν εἰδέναι· ἀλλ᾽ εἰς Δελφοὺς ἀφικόμενος, ὦ Ἄπολλον, ἐγὼ μὲν ἠρώτων, σὺ δ᾽ ἐπέτρεψας· De *Oraculo domeſtico* eſt apud Euripidem Helen. 829: Φήμη τις οἴκων ἐν μυχοῖς ἱδρυμένη· ubi Musgravius Latinorum poëtarum locos notat, quibus tamen magis κληδὼν quam φήμη ſignificatur. Propius ad φήμην Virgil. Aen. IV, 457: — *fuit in tectis de marmore templum Conjugis antiqui —. Hinc exaudiri voces & verba vocantis Viſa viri.* Eâdem vero ratione, quâ Graeci a φάω ducunt φήμην *Deorum reſponſum*, Latini ab *oro* fecerunt *oraculum*; vid. Cicero Topic. 20. VI.) De *Somniorum divinatione* dicitur, neque hoc ſimpliciter, ſed ut ὄναρ, ἐνύπνιον, vel ſimile, aut addatur aut ex antecedentibus ſubintelligatur. Herodotus I, 43: ἐξέπλησε τοῦ ὀνείρου τὴν φήμην· Ariſtides T. I. p. 332: καὶ οὕτω δὴ τοῦ ὀνείρατος ἡ φήμη ἐξέβη· p. 350: κατὰ τὴν τοῦ ἐνυπνίου φήμην· Philoſtratus Vit. Apollon. VIII, 7, 5. p. 334: καὶ γὰρ τὰ ὀνείρατα τοῖς ὡς ἐγὼ διαιτωμένοις ἐτυμωτέρας τὰς αὐτῶν φήμας ἄγει· VII.) *Nomen quod rei ex augurio additur.* Julian. Or. II. p. 72, A, de *Aquileja* urbe: τῇ πόλει δὲ ἀετὸς, ὥς φασιν, οἰκιζομένῃ δεξιὸς ἐκ Διὸς ἱπτάμενος τὴν αὐτοῦ φήμην χαρίζεται· Sic de *Niſibi* ibid. p. 81. C. Hinc verbum ἐπιφημίζειν eâdem ſignificatione: Lucian. Prometh. p. 24. ubi vid. Hemſterhuſius & Solanus.

lannus. Plutarch. T. II. 167, C. 281, D. 296, C. Philoſtrat. Vit. Apollon. V, 16. p. 201. Aelian. H. A. VIII, 12, verior est lectio libri Medicei ἐπιΦήμισμα· Adeantur etiam viri docti P. Albertius ad Heſych. V. Ἐπιφημίσμασι & P. Weſſelingius ad Herodot. p. 260. Dorvillius ad Charit. p. 572.

Jam ſignificationibus tamquam formis ſynthetice collectis, eas veluti normas analytice adhibeamus ſingularibus locis, qui aliquid dubii habere videantur. Nam ex iis, quae adhuc expoſuimus, haud difficile erit ad judicandum, quam quoque loco Φήμη ſignificationem habeat. Illustre est in hanc rem dictum apud Ariſtophanem Avib. 719: Ὄρνιν τι νομίζετε πάνθ' ὅσαπερ περὶ μαντείας διακρίνει· Φήμη γ' ὑμῖν ὄρνις ἐστί· πταρμόν τ' ὄρνιθα καλεῖτε· Ξύμβολον; ὄρνιν· Φωνὴν, ὄρνιν· θεράποντ', ὄρνιν· ὄνον, ὄρνιν· Ἄρ' οὐ Φανερῶς ἡμεῖς ὑμῖν ἐσμὲν μαντεῖος Ἀπόλλων· Hic Φήμη est κληδὼν, ſeu *divina vox*, Φωνὴ autem *humana vox*: quam utramque ſignificationem Φήμη asſerui quarto numero. Plato Phaedon. p. 599, E, de ſedibus beatorum: καὶ δὴ καὶ θεῶν ἄλση τε καὶ ἱερὰ αὐτοῖς εἶναι· ἐν οἷς τῷ ὄντι οἰκητὰς θεοὺς εἶναι, καὶ Φήμας τε καὶ μαντείας, καὶ αἰσθήσεις τῶν θεῶν· item reddendum *voces ipſorum Deorum*, quae etiam κληδόνες dicuntur. Imitatur haec Philoſtratus Heroic. p. 666, omisſo tamen Φήμης nomine. Plato Legg. VIII, p. 629, B: ἣν δὴ ἀκάθεστω καὶ θεοῦ κατά τινα μαντείας Φήμην εὐσχήμως πάντες προσαγορεύομεν: est reſponſum Deorum (μαντεῖα), *an-*

tiquâ & religioſâ famâ (Φήμη) celebratum: vid. num. III. Hunc locum imitans Clemens Alex. Strom. V. p. 560, A, ait *Pythagoram & Platonem conſentire in multis cum Moyſe* κατά τινα μαντείας εὔστοχον Φήμην Plato Epinom. p. 702, E: ἢ καθ' ὕπνον ἐν ὀνειροπολίᾳ προστυχόντες, ἢ κατὰ Φήμας τε καὶ μαντείας λεχθείσαι ἐν ἀκοαῖς ὑγιαίνουσιν ἢ καὶ κάμνουσιν· ſunt *voces divinae*, μαντεῖαι vero *oracula*, & *vatum praedictiones*. Xenoph. Sympoſ. IV, 48: θεοὶ — σημαίνουσί μοι πέμποντες ἀγγέλους, Φήμας, καὶ ἐνύπνια, καὶ οἰωνούς: ſignificatur *omne genus divinationis, quae voce continetur*. Plutarchus T. II. De Pythiae Orac. p. 398, D: *Sibyllae* πνεῦμα τῷ ἀέρι συγκραθὲν ἐν Φήμαις ἀεὶ φορεῖσθαι καὶ κληδόσιν· *Spiritus Sibyllae diffuſus per noſtrum aerem in divinatione per* voces *cum* humanas *tum* divinas *ſe exſeret*. Quo reſpiciens Clemens Alex. Strom. I. p. 304, C: τὸ μὲν εἰς ἀέρα χωρῆσαι αὐτῆς (Σιβύλλης) μετὰ τὴν τελευτήν, τοῦτ' εἶναι τὸ ἐν Φήμαις καὶ κληδόσι μαντευόμενον. Plutarchus T. II. Contra Colot. p. 1125, D: εὐχαῖς καὶ ὅρκοις, καὶ μαντεύμασι, καὶ Φήμαις· ſunt *omina* ꝑ *Divinis humanisque vocibus ſuſcepta*. Sympoſ. II, 1, p. 631, A: χρησάμενος ἢ Φήμαις, ἢ ἱεροῖς, ἢ θεῶν σημείοις· *univerſe omnem divinationem quae voce fit*, notat. Dio Chryſ. Or. I. p. 12, A: οἱ γὰρ ἀνθρώπων λόγοι καὶ τὰ πάντα σοφίσματα, οὐδενὸς ἄξια πρὸς τὴν παρὰ τῶν θεῶν ἐπίνοιαν (f. ἐπίπνοιαν) καὶ Φήμην est *omne genus divinationis*, ut ex oppoſitione apparet. Adumbrata ceterum videntur partim e Xenophonte M. S. I, 3, 4: αὐτὸς δὲ πάντ'

ἀνθρώ-

ἐνδιδόντων ὑπεμφαίνει πρὸς τὴν παρὰ τῶν θεῶν ξυμβουλίαν: partim e Platone Apol. Socr. p. 361, B: ἡ ἀνθρωπίνη σοφία ὀλίγου τινὸς ἀξία ἐστὶ καὶ οὐδενός· Aelianus H. A. XVI, 16: δεισάντων ἐνύπνιον, ἢ ὄττεύ τινα, ἢ φήμην, ἢ ἄλλο οὐκ εὔεδρον· est omen *humanae vocis*, ut ὄττα *divinae*: cujus ſignificationem egregie explicuit Ruhnkenius ad Tim. Voc. Philoſtrato Vit. Apollon. V, 25, p. 208: ſunt *oracula*, *ſeu omina*, *ex igne ſuſcepta*. Heroic. init. p. 660. ξυμβόλων καὶ φήμης δέομαι περὶ ἀμπελίας· est *omnis per vocem facta divinatio*, ut ξύμβολον omnis reliqua. Julianus Or. II, p. 71, A: τελεὺς τῇ φήμῃ τοῦ μάντεως· *admonitio*, *praedictio*, *vatis*. Libanius Ep. DCCXXXVII: εἰς οἰωνοὺς ἰδεῖν, ἢ ἄρνας θῦσαι, ἢ φήμαις προσχεῖν· Nemeſius Nat. Hom. XLII. p. 315: καὶ τὰ σύμβολα, καὶ φῆμαι, καὶ κληδόνες, καὶ διοσημίαι κ. τ. λ. Igitur ſynonyma, praecipua quidem, ita diſtinguenda videntur: Μαντεία, *Divinatio*, *est genus*. Formae ſunt; primò, *quae auditu percipiuntur & dicto continentur*: χρησμὸς *oraculum*: φήμη: κληδών, pro quo Atticis magis frequentatum est ὄττα, Poetis vero ὀμφή. Deinde, *quae viſui objiciuntur*, φάσμα: & item ὀμφή, nam haec per ſtram originem ſignificat & *dictum* & *viſionem*, ut notatum est Bibl. Crit. Vol. I. P. I. p. 75: pro *viſione* diſerte poſuit Plutarchus Sylla. p. 462, F. & ineptiunt, ut ſolent in Etymologiis, Grammatici, qui a φημὶ τὸ ἓν ducunt. Porro σύμβολον, est *ſignum e quo quid conjicimus*, tum peculiariter *ea quae oculis forte objiciun-*

 jiciun-

jiciuntur, & *homines* adeo & *quaecumque nobis obviam veniunt*, ut ap. Xenoph. M. S. I, 1, 3. Τέρας, *monſtrum*, *partus a naturae conſuetudine abhorrens.*

P. 10, C: — ὡς λαμπρὰ καὶ βασιλικὰ τὸ λέγειν εὐηθές·] Videtur excidiſſe καὶ post βασιλικὰ, ab eoque abſorptum eſſe. Certe in hujusmodi conſtructione καὶ & vim habet, & frequens est. Plato Symp. p. 334, C: Σωκράτη δὲ αὐτὸν τί δεῖ καὶ λέγειν· Plutarch. T. II. p. 107, D: τί δεῖ καὶ λέγειν· Lucian. T. I. p. 461: τί χρὴ καὶ λέγειν· Themist. Or. I. p. 4, C: τοῦτο καὶ γελοῖον ὑπολαμβάνειν, *hoc vel arbitrari ridiculum est.* Baſil. M. Ep. CLXXXVIII. p. 203, B: τί χρὴ καὶ λέγειν· CCCXLVII. p. 341, C.

Ib. Ταῦτα δὲ οὐ ῥᾴδιον διὰ τῆς ἀνειμένης ὑπάρχειν διαίτης] Ἀνειμένη δίαιτα, est vivendi ratio *ſoluta*, non certis legibus adſtricta. Ita Lacedaemonii *adſtricte*, Athenienſes *ſolute*, vivebant: quod apud Thucydidem dicit Pericles, II, 39: οἱ μὲν ἐπιπόνῳ ἀσκήσει, εὐθὺς νέοι ὄντες, τὸ ἀνδρεῖον μετέρχονται· ἡμεῖς δὲ ἀνειμένως διαιτώμενοι, οὐδὲν ἧσσον ἐπὶ τοὺς ἰσοπαλεῖς κινδύνους χωροῦμεν· Item I, 6: quum Graeci continuo arma gestarent, πρῶτοι δὲ Ἀθηναῖοι τόν τε σίδηρον κατέθεντο, καὶ ἀνειμένῃ τῇ διαίτῃ ἐς τὸ τρυφερώτερον μετέστησαν· A tali *ſoluta vita* Lacedaemonios arcere ſtuduit Lycurgus, ut iisdem fere verbis ſignificat Plutarchus T. I. p. 45, B. 54, C. Ephori, quibus ſolutior erat vita nec illi neceſſitati adſtricta, dicuntur uti ἀνειμένῃ διαίτῃ, ab Ariſtotele Rep. II. p. 440, E. Laudat idem Plutarchus

tarchus in Cimone, T. I. p. 480, C, τὸ νεαρὸν καὶ ἀνειμένον ἐν τῇ διαίτῃ & 521, D. Julianus addit ſolutam illam vitam *frangere animos*, θρυπτούσας τὰς ψυχάς. quod eâdem dictione generatim de quotidiano victu dixit Timaeus De Anim. Mundi. p. 557, C: ἁ καθ' ἁμέραν δίαιτα θρύπτοισα τὰν ψυχάν· Igitur, ut naturâ conjunctae ſunt res, ita uſu Scriptorum frequenter junguntur. Plutarchus de Metello T. I. p. 574, B: πρὸς ἀνειμένην ἤδη καὶ τρυφερὰν δίαιταν ἐκ πολλῶν ἀγώνων καὶ μεγάλων ἐνδεδωκώς· Pericl. p. 161, B: ἀνειμένη καὶ ὑποθρυπτομένη δημαγωγία, dicitur Athenienſium reſpublica. M. Anton. p. 956, E: πρὸς τρυφὰς ἀνειμένου. Dio Chryſ. Or. II. p. 30, A: ἀνειμένα μέλη καὶ τρυφερά. Philoſtratus Vit. Ap. VI. p. 273, Tarſenſes ἀνειμένους καὶ τρυφῶντας· Procopius Bell. Perſ. II. p. 305: ἀνεῖσθαι τρυφαῖς·

P. 11, A: Οἶον ᾤου δεῖν καὶ τὰ γυμνάσια πρὸς ταύτην ποιεῖσθαι, εἶναι δὲ πολλὰ καὶ στρατιωτικά·] Nil monuerunt Editores de mendo. Lenisſima, ut in his rebus, videtur medicina delere illa εἶναι δὲ, ut ſenſus ſit: *Igitur exercitationes ad illam (regiam gymnaſticam) faciendas esſe duxiſti, & multas & militares.*

Ib. C: Ἐπίσημα τοξείων ἔβαλεσας·] Spanhemius raro apud Proſae Scriptores obviam esſe dicit dictionem, neque unum adeo ejus protulit ad hunc locum conveniens exemplum. Atqui pari loco, in eodem argumento, de Conſtantio dixerat Themiſtius Or. III. p. 45, A: βάλλεις καίρια καὶ ἐπίσκοπα·

 Simi-

Similiter XI, p. 143, A: βάλλειν ἐπισκοπώτατος· XV. p. 187, D, de Theodoſio: ὁπλιτεύειν καλῶς, καὶ ἱππεύειν, καὶ τοξεύειν ἐπίσκοπα, καὶ ἀκοντίζειν. XVIII, p. 217, B, de eodem: εὐτόνως τε ἅμα καὶ ἐπισκόπως πέμπειν τοὺς ὀϊστούς: ubi Codex Ambroſianus habet εὐτόνους & εὐσκόπους· Ibidem p. 219, A: τοξεύσασθαι ἐπίσκοπα καὶ ἀκοντίζειν· Jam Herodotus ita ſcripſerat, III, 35: τίνα εἶδες ἤδη πάντων ἀνθρώπων οὕτως ἐπίσκοπα τοξεύοντα· Pollux I, 215. Suidas V. Ἐπίσκοπα· Heſychius ibid. Reſtituenda forte dictio in libello de Ageſilao, quem recte arbitror Valckenarium Xenophonti abjudicasſe, I, 25: ἐκ δὲ τούτου πᾶσαν ὁρᾶν, τὰ μὲν γυμνάσια μεστὰ τῶν ἀνδρῶν γυμναζομένων, τὸν δὲ ἱππόδρομον ἱππέων ἱππαζομένων, τοὺς δὲ ἀκοντιστὰς καὶ τοὺς τοξότας ἐπὶ στοίχων ἰόντας· At vero *ordinibus incedere* non est ſagittariorum & jaculatorum. Nam quod est apud Virgilium Aen. V, 68: *Aut jaculo incedit melior, levibusque ſagittis*: aut poëtica ratione dicitur, ut Aen. I, 46: aut ne ipſum quidem ſanum est, meritoque diſplicuit Heynio, acutisſimo eidemque eruditisſimo viro. Et apud Xenophontem Hist. Gr. III, 4, 16, unde haec ducta ſunt, generatim dicitur τοὺς δ' ἀκοντιστὰς καὶ τοὺς τοξότας μελετῶντας· Scribendum videtur ἐπὶ σκοπὸν ἱέντας· Quod ad ἱέντας attinet, eo minus dubitem, quod idem ſimiliter est apud Xenophontem, Exped. Cyr. III, 4, 17: ἐμελέτων τοξίζειν ἄνω ἱέντες μακράν: & apud optimos Scriptores exſtat ἱέναι ſimpliciter, pro *jaculari*,

lari, *emittere.* Alterum est apud eundem Inſtit. Cyr. I, 6, 19: *ἐπὶ σκοπὸν βάλλειν ἐθελήσομεν·* Sed forte *στοχὸν* quis malit, quam *σκοπὸν*, ut propius accedens ad ſimilitudinem veteris lectionis. Est omnino haec vox, quamvis omiſſa Stephano, apud Aeſchylum Suppl. 251, Pollucem, V, 36: & ſignificatio *collineandi & ſcopum feriendi* ei vindicari poſſit documento cognatarum vocum, *στοχάζομαι*, *εὔστοχος*: ſed uſum nullis adhuc exemplis firmatum reperi. Nam item dubia est lectio Aeliani H. A. I, 31: *τὰς ἄκιδας τρίχας, οἱονεὶ βέλη, ἐκπέμπει καὶ στοχῇ βάλλει πολλάκις·* & verius videtur *εὐστόχως* ab Apoſtolio ſervatum. Theocritus Id. XXIV, 105: *Τόξα δ' ἐκτανύσαι καὶ ἐπίσκοπον εἶναι ὀιστῷ·* ex vero retinuit Valckenarius, prae Wartoni conjecturâ *ἐπίπλοον*, vel Heinſii *ἐπίσκοπον εἶναι ὀιστῶν*. Dio Chryſ. Or. IV, p. 67, A: *ἐπισκοπώτερος γάρ εἶναι μοι δοκεῖς*: interpres male vertit, *attentior*: vertendum *ſolertior ad collineandum.* Achilles Tat. II. p. 127: *ἀγῶνας δὲ τούτων ἐπέστησε πατὴρ καὶ ἔθηκεν ἐπὶ στοχῷ τόξον βάλλειν, καὶ ἐπιτυγχάνειν·* Salmaſius legebat *ἐπίσκοπα τοξεύειν*, & *ἐπιτυγχάνειν* delebat: ſed retinendum hoc, legendumque *ἐπὶ σκοπὸν τόξα βάλλειν*, quod vel nuperus Editor *Bodenus* videbat. Nam de probitate dictionis quominus dubitetur exſtant auctoritates: v. c. Herodiani III, 9, 9, VII, 11, 17. Juliani Or. II. p. 65, B: ex varia lectione, Miſopog. 344, A. Polyaeno II, 29, 1, medicina facienda: *κατὰ*

πολλὰ μέρη τῆς πόλεως ὀξυβελέσι περιοίσας, ἐκέλευσεν ἀφιέναι, τοῖς βέλεσιν ἐπιγράψας „ Ἥκω τὴν πόλιν ἐλευθερώσων" Corrigendum, τοξοβόλαις περιστήσας. Aliud est ἐπίσκοπα τοξεύειν, *collineare*, *ſcopum ferire*: aliud ἐπὶ σκοπὸν vel κατὰ σκοπὸν, vel κατὰ σκοποῦ τοξεύειν, *verſus ſcopum emittere ſagittam*: ille tangit ſcopum, hic aberrare etiam poteſt. Lucianus Amor. 16. T. II. p. 415; de jactu talorum βαλὼν μὲν ἐπὶ σκοποῦ, *ſi ex ſententia jeciſſet*: malim ἐπίσκοπα· Simili forma dicitur apud eundem Toxar. 62. T. II. 566: ἐπίσκοπα τοξεύειν. Onoſander Strateg. p. 72. Ed. Schweb. ὅτι τοξόται — ὡς αὐτὰ τὰ σώματα καὶ κατὰ σκοπὸν ἐκτοξεύουσι τὰ βέλη· ubi ſimile profert Editor ex Herodiano IV, 7, 19: ὡς τὰ σώματα κατὰ σκοποῦ τοξευόντων. Baſilius M. Homil. XXII. p. 579, A: τοξότην κατὰ σκοποῦ βάλλειν. Ejusdem formae ſunt Luciani, Nigrin. T. I. p. 77: εὔστοχα τοξεύουσιν· Prometh. p. 26: εὐστόχως ἀποτοξεύουσι· Heliodori IX, p. 416: εὐσκοπώτερα βάλλοντες· Et quandoquidem in hoc argumento verſamur, ne prius ab eo diſcedamus quam lucem attulerimus Philoſtrato Vit. Apollon. II, 28. p. 81: καὶ τὸ σφενδόνης δὲ τοξεῦσαι, καὶ τὸ ἐς τρίχα ἱέναι, καὶ τὸν υἱὸν ἑαυτοῦ σκιαγραφῆσαι βέλεσιν ἀνεστῶτα πρὸς σανίδα, σπουδάζουσιν ἐν τοῖς πότοις καὶ κατορθοῦσιν αὐτὰ μεθύοντες· Legendum: καὶ τὸ διὰ σφενδόνης δὲ τοξεῦσαι· *ſagittam trajicere ex arcu per annuli fundam*: Olearius imperite, ut ſolet, in verſione reliquit *fundâ jaculari*. Indorum haec erat dexteritas; Pla-

Plutarchus Apophthegm. T. II. p. 181, B: Τῶν δὲ Ἰνδῶν τὸν ἄριστα τοξεύειν δοκοῦντα καὶ λεγόμενον διὰ δακτυλίου οἰστὸν ἀφιέναι. De Σφενδόνῃ egit Ruhnkenius noster ad Tim. Voc. De σκιαγραφεῖν βέλεσι luculentus est locus apud Leonem Tactic. quem e codice Bernenſi protulit Cl. Sinnerus Catal. p. 606. cum quo conferendus est Julius Africanus Cap. 29.

Ib. τὸ μὲν σῶμα διὰ τῶν ἑκουσίων πόνων πρὸς τοὺς ἀκουσίους εὖ ἔχειν παρεσκεύαστας] Iſocrates Demonic. p. 8: Γυμνάζε σεαυτὸν πόνοις ἑκουσίοις, ὅπως ἂν δύναιο καὶ τοὺς ἀκουσίους ὑπομένειν· Cui forte praeivit Democritus ap. Stob. S. XXIX. p. 201: Οἱ ἑκούσιοι πόνοι τὴν τῶν ἀκουσίων ὑπομονὴν ἐλαφροτέρην παρασκευάζουσι· Themiſtius Or. XV. p. 185, D: οἱ τῷ ὄντι ἀγωνισταὶ — ἐν ταῖς παλαίστραις διαπειρῶνται τῶν ἀθλημάτων, καὶ τῆς ἀναγκαιοφαγίας, καὶ τῶν ἀκροχειρισμῶν, καὶ τῶν ἁλτήρων, οὐκ πολλῷ τῷ ἑκουσίῳ ἱδρῶτι πρὸ τοῦ ἀναγκαίου· Atque haud ſcio an ad hanc *ſententiam* revocandus ſit locus Thucydidis, VII, 8: Ὁ δὲ (Νικίας), τὰ κατὰ τὸ στρατόπεδον διὰ φυλακῆς ἤδη ἔχων, ἑκουσίων κινδύνων ἐπεμέλετο· praeſtat ἀκουσίων, ut judicavit etiam Reiskius Animadv. Vol. III. p. 61: hac ſententia: *curam habuit eorum diſcriminum, quae ipſi invito ab hostibus inferrentur, non quae ipſe ultro ſuſciperet.*

CENSURA I.

TI. HEMSTERHUSII *Orationes, quarum prima eſt de Paulo Apoſtolo.*

L. C. VALCKENARII, *Tres Orationes, quibus ſubjectum eſt Schediaſma, ſpecimen exhibens adnotationum Criticarum in loca quaedam Librorum Sacrorum Novi Foederis.*

Praefiguntur duae Orationes JOANNIS CHRYSOSTOMI *in laudem Pauli Apoſtoli, cum veteri verſione Latina Aniani, ex Cod. M. S. hic illic emendata. Lugduni Batavorum apud* S. *&* J. *Luchtmans : &* A. *&* J. *Honkoop.* 1784. 8. *pagg.* 412.

Quod in veteri eſt praecepto, ut operum exordia a laetis ducantur rebus, id in his inſtaurandis cenſuris & pietas & dolor noſter facere nos vetat. Neque enim prior quisquam nunc nobis dicendus eſt Valckenario, nec de eo ita dicere poſſumus, quin ad priſtini doloris acerbitatem revocemur. Nam medio inter hanc & ſuperiorem Bibliothecae partem tempore illud Literarum lumen morte exſtinctum eſt, anno aetatis ſuae ſexageſimo & nono, ſeculi

hujus

hujus octogeſimo & quinto, ineunte Martio. Aetas non immatura pro humana natura, at pro Literis immatura. Et duo anni interea praeterlapſi valeant forte ad alium, quamvis magnum, tollendum luctum: ad tantum, de tanto viro conceptum, & intimo animo infixum dolorem levandum non valent. Ecquis enim omnium, quotquot per terrarum orbem ſunt, doctorum hominum, non aut tunc ad tantae cladis nuncium vehementer perculſus eſt, aut nunc etiam triſti viri deſiderio tenetur? Quod ſi hic eſt omnium etiam remotisſimorum ſenſus, quomodo nos affectos eſſe par eſt, qui praeſentes huius ingenii & magnitudinem admirati ſumus, & ſuavitatem percepimus. In quibus & ego ſum, qui Valckenarium per tredecim annos, & fautorem, & amicum, & magiſtrum, habui. Equidem libenter ejus laudes celebrandas ſuſciperem, ſi par mihi *adesſet voluntati facultas.* Quare hoc iis relinquo, quibus diuturnior, frequentior, interiorque viri conſuetudo obtigit. Ceterum ipſe vivus Valkenarius, quâ erat rerum humanarum perſpicientiâ, & vanitatis deſpicientiâ, ejuſmodi laudationes ridebat, probans veteris Spartani dictum, qui a Sophiſta invitatus ad audiendam Herculis laudationem reſpondit, *Quis non vituperat?* Ita enim ſe res habet, ut laudatio neque exhibita quidquam mediocribus hominibus addat, neque non exhibita quidquam magnis viris detrahat. Major omni praeconio eſt Valckenarii

narii laus, haud alieno firmanda fulcro, ſed ſuis ipſa nixa radicibus: immortalibus ingenii monumentis prodita, florescet & ſeculis innumerabilibus & regionibus disjunctiſſimis: atque iisdem, quibus ipſa humanitas, finibus terminabitur. Nos, ita ſalutatis Valckenarii manibus, jam de libro ejus videamus.

Igitur Valckenarius, qui Graecas Literas ita tenebat, ut omnes earum locos cognitos & pertractatos haberet, ubique non habitaret modo ſed etiam regnaret, partem operae ſacris quoque Libris tribuebat. Quibus quidem nemo umquam Graece doctior operatus eſt, nemo unus plus lucis adferre poterat, ſi hoc unum agere voluisſet. Ergo ſubinde ſenſui cuidam ſuo & genio obſecutus illud agitabat, ut operae in hoc genere ſuae ſpecimen ederet; & perfecit tandem paulo ante obitum, vulgato hoc libello. Cujus duplex eſt argumentum, Oratorium & Criticum. Illud continetur Orationibus Hemſterhuſii & Valckenarii: quarum ſatis eſt argumenta retulisſe. Nam de tantorum virorum Eloquentia judicare, meum non eſt. Sunt Hemſterhuſii, *De Paulo Apoſtolo: De Linguae Graecae praeſtantia ex ingenio Graecorum & moribus probata: De Literarum Humaniorum ſtudiis ad mores emendandos Virtutisque cultum conferendis: De Mathematum & Philoſophiae ſtudio cum Literis Humanioribus conjungendo: Oratio funebris, in exſequiis viri & Theologi ſummi, Campegii*

pegii Vitringae, *Filii*: *Oratio in Obitum Georgii Arnaldi*. Valkenarii Orationes hae ſunt: *De Rerum Belgicarum viciſſitudine, in annum*, 1748: *De Philippi Amyntiadae indole, virtutibus, rebusque geſtis, cauſſis externis fractae Graecorum libertatis*: *De Critica emendatrice, in Libris Sacris N. F., a Literatoribus, quos vocant, non adhibenda*. Criticum argumentum eſt in Valckenarii Animadverſionibus ad Johannis Chryſoſtomi Orationes, item ad ſuam ipſius Orationem de Philippo Macedone, denique in Adnotationibus ad N. F. Jam proditae in tribus illis locis praecipuae & cum elegantiori doctrina conjunctae Animadverſiones breviter ſignificentur.

ANIMADVERS. IN. IO. CHRYS. ORATT.

P. 2. Πολὺ μὲν ἥκει τῇ χάριτι· Valck. corrigit πολὺς vel πολλῇ, & poſterioris uſus exempla adfert. Deinceps dictionum quorundum vis & elegantia declaratur. P. 4. ἐφικέσθαι τινὸς λόγῳ, *rem oratione conſequi, aequare* P. 6. αὐτὸ τοῦτο· P. 20. φίλως ἐςὶ ταῦτα· P. 21. πάσχειν τι πρός τινα· P. 26. ὑπερακοντίζειν τινά· P. 30. κατά τινα εἶναι, γενέσθαι, *alicujus ſimilem eſſe, fieri*. P. 34. de formis συνειληχώς a συλλαμβάνειν & συνειλοχώς a συλλέγειν P. 37. πολύ ἐςι τὸ μέσον, *multum differt*. P. 38. de conjunctione verborum ἀσπάζεσθαι & φιλεῖν P. 44. φέρει τοῦτο εἴς τι, *hoc ſpectat aliquo*. Duae quoque exſtant Emendationes. Altera p. 32. Callicratidae ap. Stob. Phyſ. p. 45, v. 52. qua reponitur καταλείπονται: Altera Philoſtrati Vit. Ap. III,

73:

37: *ἐπαινεσάντων καὶ τῶν ἄλλων λαμπρᾷ τῇ φωνῇ*: vulgo eſt *ἐ. κ. τ. ἄλλων πρώτῃ φωνῇ*·

ANIMADVERS. IN. OR. DE PHILIPPO. MAC.

P. 240. Corrigitur Demoſthenis locus, Olynth. II. p. 15, *περὶ αὐτὸν, εἶναι γελοιαστὰς* (vulgo *λῃστὰς*) *καὶ κόλακας*· P. 261. locus Theopompi de Philippo, ap. Athen. VI. p. 260, C, ſanitati reſtituitur: *καὶ πλείους τῶν Θετταλῶν τῶν αὐτῷ πλησιασάντων ᾕρει* (*capiebat*, ex Epitome MS. Pariſina, pro vulgato *ᾑρεῖτο*) *μᾶλλον ἐν ταῖς συνουσίαις ἢ ταῖς δωρεαῖς*· P. 272. elegans eſt correctio in verbis Auctoris Incerti apud Suidam V. *Τιμαγόρας*, ubi *Timagoras dicitur dona accepiſſe a Perſiae Rege*, *κλίνην πολυτελῆ καὶ στρατιώτας θεράποντας*: corrigitur *κ. π. κ. στρώτας θ.* i. e. *ſervos, qui lectum ſternerent.* P. 273. Lucianus T. II. p. 366: *Φίλιππος γὰρ ὁ Μακεδόνων ὄλεθρος*: ita mutatur in melius, *Φ. γ. Μακεδὼν ὢν ὄλεθρος.* Porro plurimae ſunt Animadverſiones Hiſtoricae de rebus Philippi ex interiore doctrina depromtae, collectis etiam in eam rem fragmentis Theopompi: veluti, p. 266, de *Amphictyonum Concilio, Decretis, ac Sociis*: p. 269, de *Macedonia quondam Athenienſibus vectigali*: p. 270, de *Timagorae ſupplicio ob adoratum Perſarum Regem*: p. 278, de *Charete Athenienſium duce.*

Breviores quaedam notulae ſubjectae ſunt Orationi de Rerum Belgicarum Viciſſitudine. Ex his notulis hanc certe ſilentio praeterire non poſſumus, qua dicitur p. 218: *ſub nominibus Lyſiae & Demoſthenis*

Ἐπι-

'Επιτάφιοι λόγοι proſtant: ſed, meo quidem arbitratu, ingeniis Sophiſtarum multo digniores, quam Demoſthenis & Lyſiae. De Demoſthene pervulgata eſt opinio: non item de Lyſia.

SCHEDIASMA SPECIM. EXHIB. ADNOT. CRIT. IN. LOC. QUAED. N. F.

P. 325. Hebr. IX, 4. De fide Abelis dicitur: δι' αὐτῆς ἀποθανὼν ἔτι λαλεῖται· Probatur altera lectio λαλεῖ. Confutatur J. Chr. Wolfius, qui in Curis Phil. mediam formam activa ſignificatione accepit. „ *Adeo verum eſt* " inquit Valkenarius „ *quod de Wolfio dixi in Orat. De Crit. p.* 308. *Vix ille Codicum optimas, & ſine controverſia veras, lectiones admittit, mirificus vulgatarum Edd. patronus. Tanta pasſim loquitur confidentia Hamburgenſis iste literator, ut ſi pueris, Graece ſaltem ignorantisſimis, librum ſcripſisſet, quibus decreta facile perſuaderet*". Tam paucis, ſed egregie, *notatur, de uſu* Verborum Mediorum ſignificationis Activae. Porro utraque Lectio confirmatur exemplis bonorum Auctorum, ut vulgata repudietur quidem, ſed paſſive accipiatur, pro *celebratur.* Verior autem illa λαλεῖ explicatur e dicendi figura haud infrequenti Poetis & Scriptoribus, in quorum exemplis allatis hoc etiam eſt Demoſthenis Eubulid. p. 711: ὅς, καὶ τετελευτηκὼς, ὑμῖν μαρτυρεῖ τοῖς ἔργοις, ἀφ' ὧν τοιαῦτα καὶ πολλῶν ἄλλων ἀξιοῦ.

P. 328. Hebr. IX, 1. Vocem Σκηνὴ a melioribus etiam Interpretibus omiſſam, Mangeyus & Mark-

Marklandus mutarunt in Ἐκείνη, probante Valckenario: qui hunc in permutandis literis librariorum errorem & acute notat, & copia locorum illuſtrat, partim ab aliis antea, partim ab ipſo nunc ſanatorum. Trillerus, infelix ſaepe Criticus, ingenioſe tamen in Aeliani H. A. XII, 34, ἐκείνην convertit in σκηνήν: Taylorus in Lyſia Ed. maj. p. 478. Deinceps quae expromitur complurium locorum medicina, nova & ab ipſius Vaclkenarii ingenio profecta eſt. Epigramma ap. Gruter. Inſcript. p. MLCCIII, 4. Σοὶ, παιῆον ἄναξ Ἀσκληπιὲ, τήν δ' ἀνέθηκεν Εὐξάμενος στήλην λαϊνέην ὁ Βάλης. Vulgo erat ἐτήλλην pro στήλην. Literarum T & Τ permutatio multis locis vitium obtulit. Pindaro ap. Clem. Al. Strom. III. p. 586, 2, reſtituendum λαμπετόωντα pro λαμπεθέντα. Plutarcho, qui dicitur, Plac. Phil. II, 26, p. 891, C: κατοπτροειδὲς σῶμα Σελήνης in locum vulgati κατὰ τὸ πυροειδὲς σ. τ. σ. Diogeni Laërtio VI, 56: Diogenes Cynicus interrogatus, εἰ σοφοὶ πλακοῦντα ἐσθίουσι· πάνυ, εἶπεν, ὡς καὶ οἱ λοιποὶ ἄνθρωποι: vulgo eſt πάντ' εἶπεν. Porro Literarum H & Π permutatio frequenter corruptelae cauſſa exſtitit. Reineſius Inſcript. Claſſ. IV. p. 347. v. 82, barbaricum nomen ΑΒΑΠΗΡΟΥ edidit, quod mutandum in ΑΒΔΗΡΟΥ. Longus I, p. 9. Ed. Villoiſ. ἀδεῶς ἀνελομένη ποθὲν ἐξελθοῦσα ἀκριδοθήραν ἐπέπλεκε· corrigitur: ἢ. ἀ. ἦλθεν ἀκριδοθήραν ἔπλεκε. Ex permutatione literarum E & Σ vitium exſtitit in loco Hegeſippi Comici

mici ap. Athen. VII. p. 290, B: Οὐκ ἀλλὰ τὸ πέρας τῆς μαγειρικῆς εὗρε, Εὕρημα μόνον εἰδέναι τῶν νομιζομένων ἐμέ· verſus ita conſtituuntur: Οὐκ ἀλλὰ τὸ πέρας τῆς μαγειρικῆς, Σύρε, Εὑρημένον μόνον εἰδέναι νομίζ' ἐμέ —. Mihi quoque aliquando hoc fragmentum legenti in mentem venit Σύρε; quandoquidem in eodem Colloquio mox inferius occurrit: Ὅπερ ἐπὶ τῶν ἔμπροσθε Σύρων, Σύρε, Ἐγένετο·

I. Cor. XV, 29: Οἱ βαπτιζόμενοι ὑπὲρ τῶν νεκρῶν. Conjectura est & egregie excogitata, & diligenter confirmata: οἱ βαπτιζόμενοι ἀπ' ἔργων νεκρῶν·

Luc. II, 15: Οἱ ἄνθρωποι οἱ ποιμένες, εἶπον πρὸς ἀλλήλους· ita accipitur: *homines, isti nempe paſtores, dixerunt ad ſe invicem.* Confutantur rationes cum aliorum, tum Marklandi revocantis hoc ad illam formam, ἄνθρωπος βασιλεύς Matth. XXII, 2. De hac & ſimili forma ποιητὴς ἀνήρ, tum de uſu Articuli, *complura exquiſitae* doctrinae monita promuntur.

1 Theſſ. III, 3: τῷ μηδένα σαίνεσθαι ἐν ταῖς θλίψεσι ταύταις· Bentlejo legendum videbatur σαλεύεσθαι; quod jam Belgici Interpretes ſecuti erant. Reiskius in Animadverſionibus Polybianis duas protulit correctiones: alteram, σιαίνεσθαι, quod est verbum poſterioris Graecitatis Byzantinae, notans *laedi, offendi, aegrimonia affici.* Alteram, quam Reiskius ipſe repudiat, probatâ priore, μηδὲν ἀσαίνεσθαι, fere probare videtur Valckenarius: qui, nil ſtatuens, reconditae eruditionis copias profert de vocibus memoratis

& quibusdam conjunctis: denique corrigit Herodotum II, 66: *κτείναντες μέντοι οὐ πατέονται· male*, inquit, *Wesſelingius & ego ultimum illud probasſe videmur: quod olim placebat, nunc dubio paene vacuum videtur: leniter illic corrigendum, κτείναντες μέντοι οὔτι ἀπτέονται·* i. e. *felium foetus qui occiderunt, nullum tamen illinc damnum patiuntur.*

Jacob. IV, 2: *φονεύετε καὶ ζηλοῦτε·* Erasmi correctio est *φθονεῖτε*: Grotii *φονᾶτε*; quam doctiorem & antiquiorem pro Judaei Graecisſantis captu judicat Valckenarius. Ceterum hac occaſione eruditiſſime, ut ſolet, disputat de terminationibus Verborum in *άω* & *ιάω* deſiderium ſignificantibus: ex eorum numero autem delet *ψευδομαρτυριάω* apud Andocidem & Iſaeum.

Luc. V, 7: *ἔπλησαν ἀμφότερα τὰ πλοῖα, ὥστε βυθίζεσθαι αὐτά·* Probatur duorum Codicum lectio *ὥστε παρά τι βυθίζεσθαι αὐτά, ita ut pene mergerentur.*

Marc. III, 21: *οἱ παρ' αὐτοῦ.* Repudiatâ Toupii interpolatione, vertitur *ejus cognati.* In bona Graecitate ſignificat, *qui ab eo misſi ſunt.*

Luc. II, 2: *Αὕτη ἡ ἀπογραφὴ πρώτη ἐγένετο ἡγεμονεύοντος τῆς Συρίας Κυρηνίου·* Loci vexatisſimi correctio exhibetur, quam Clarus eruditione Theologus aliquando cum Valckenario communicavit: *Αὕτη ἡ ἀπογραφὴ πρώτη· ἡ β' ἐγένετο ἡγεμονεύοντος τῆς Συρίας Κυρηνίου·* Duae literae *ἡ β'*, id est *ἡ δευτέρα*, facile potuerunt a vicinis elidi.

Luc.

Luc. XI, 29: Ἡ γενεὰ αὕτη πονηρά ἐστι· σημεῖον ἐπιζητεῖ· Veriſimilis est conjectura Valckenari legentis, Ἡ γενεὰ αὕτη πονηρὰ εἰς τί σημεῖον ἐπιζητεῖ; *cujus rei cauſſa? quare?*

Luc. XII, 11: Ὅταν — προσφέρωσιν ὑμᾶς ἐπὶ τὰς συναγωγάς· Probatur Codicum lectio εἰσφέρωσιν, ac docte confirmatur.

Luc. XIX, 38: Εἰρήνη ἐν οὐρανῷ, καὶ δόξα ἐν ὑψίστοις Acuta est emendatio, quam & ſenſus postulat, & frequens vocum permutatio probabilem facit, Εἰρήνη ἐν ἀνθρώποις, καὶ δόξα ἐν ὑψίστοις.

Act. Ap. I, 4: Συναλιζόμενος. Defenditur ex interpretatione Joh. Chryſostomi, τραπέζης ἐκοινώνει, *menſae particeps fuit, ſalem cum iis edit.*

Act. Ap. I, 25: τόπον τὸν ἴδιον· Docte vindicatur ex obſervatione conſuetudinis Veterum Graecorum.

Act. Ap. II, 9: Μεσοποταμίαν, Ἰουδαίαν τε καὶ Καππαδοκίαν — *Laudatur* conjectura T. Hemſterhuſii, quam & ſenſus & literarum veſtigia ſuadent, mutantis ΙΟΥΔΑΙΑΝ in ΒΙΘΥΝΙΑΝ.

Act. Ap. XVI, 19: Ἰδόντες δὲ οἱ κύριοι αὐτῆς, ὅτι ἐξῆλθεν ἡ ἐλπὶς τῆς ἐργασίας αὐτῶν. Interpolator Codicis Cantabrigienſis haec ita expreſſit: Ὡς δὲ εἶδαν οἱ κύριοι τῆς παιδίσκης ὅτι ἀπεστερῆσθαι τῆς ἐργασίας αὐτῶν, ἧς εἶχαν δι' αὐτῆς· De his formis Alexandrinis εἶδαν, εἶχαν, docte diſſerit Valckenarius, dicens, cum ex *his*, tum aliis ſibi perſuaderi, interpolatorem istum *eſſe* antiquisſimum.

Rom. III, 9: τί οὖν, προεχόμεθα· E Codice Alex. ita conſtituitur: τί οὖν προεχώμεθα; ut ſit, *quid igitur praetexemus?* & προέχεσθαι idem valeat ac tritum προΐσχεσθαι·

I Cor. II, 4: οὐκ ἐν πειθοῖ ἀνθρωπίνης σοφίας λόγοις· Judicatur, cum ſpectatisſimis Codicibus, ἀνθρωπίνης omittendum, & Pauli ſcripturam ſervatam eſſe apud Joh. Chryſ. T. II. p. 495, C: οὐκ ἐν πιθανοῖς σοφίας λόγοις·

II Petr. II, 3: Καὶ ἐν πλεονεξίᾳ πλαστοῖς λόγοις ὑμᾶς ἐμπορεύσονται· Probatur e conjectura — λόγοις εἰς ὑμᾶς ἐμπορεύσονται· Simul eruditisſima disputatio expromitur, de uſu verbi ἐμπορεύεσθαι, & Sophiſticâ doctrinae mercaturâ.

Sunt & hae memorandae, obiter proditae Correctiones & Animadverſiones. P. 377. Dio Chryſ. Or. XLII. p. 505: ἵνα, ἐὰν μὲν δυνατὸν ᾖ, διαλλαγῶσι· vulgatur, διαῤῥαγῶσι· Lyſiae ap. Dionyſ. Hal. p. 276. διαλλαγεὶς restituitur pro καταλλαγείς· P. 383. de dictionibus, ἐκςῆναι ἑαυτοῦ & ἐλθεῖν εἰς ἑαυτόν P. 387. Harpocration. Ἤεμεν· ἀντὶ τοῦ ᾔδειμεν· Ἀντιφῶν· corrigitur Ἤσμεν· P. 390. Timoni in Sillis ap. Athen. IV. p. 160, A: πᾶσ᾽ ἀπερισσοτρύφητος· redditur loco vitioſi πᾶσα περισσοτρύφητος· P. 393. παρατίθεσθαι, *loca Scriptorum adferre, citare.* P. 399. de Praeteritis Plusquamperfectis, cum augmento, ſine augmento, & in ειν deſinentibus, v. c. κεκρίκειν, προσβεβουλεύκει, ἐπεποιήκειν·

CENSURA. II.

ΑΠΠΙΑΝΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΩΣ ΡΩΜΑΙΚΩΝ ΙΣΤΟΡΙΩΝ ΤΑ ΣΩΖΟΜΕΝΑ·

APPIANI ALEXANDRINI, *Romanarum Hiſtoriarum quae ſuperſunt, novo ſtudio conquiſivit, digeſſit, ad fidem Codicum MSStorum recenſuit, emaculavit, Varietatem Lectionum adjecit, Latinam Verſionem emendavit, Adnotationibus Variorum ſuisque illuſtravit, commodis Indicibus inſtruxit* JOHANNES SCHWEIGHAEUSER, *Argentoratenſis, Graec. & Orient. Liter. in Univerſ. Argentor. Prof. Voll. III.* 8. *Lipſiae. Apud Weidmanni haeredes & Reichium* 1785.

Quam ſpem de hac Appiani Editione conceperamus e ſpecimine ante ſex hos annos prodito, eam, quamvis amplam & ſplendidam, doctiſſimus Schweighaeuſerus non ſolum explevit, ſed etiam cumulavit. Nam & Operi ſanitatem & Auctori exiſtimationem reſtituit. Utrumque cujusmodi ſit, ita *breviter* oſtendemus, ut e noſtra cenſura laus

praestantiaque Editionis intelligatur. Et primum de Auctore, deinde de Opere dicamus.

Appianus patriam habuit Alexandriam, in eaque praecipua quadam fuit dignitate. Romae in cauſſis pro Caeſarum tribunali agendis verſatus, deinde a Caeſaribus Procurator eorum conſtitutus est. Haec ipſe, nec ſatis perſpicue, in praefatione memorat. Nam de rebus ſuis antea, ut eodem loco ait, peculiarem libellum vulgaverat. Caeſares hos fuisſe Trajanum, Hadrianum & Antoninum Pium, temporum indicia ostendunt. *Procuratoris Caeſaris* autem provincia videtur Praéfectura Augustalis Aegypti fuisſe.

Romanam Historiam libris viginti & duobus ita conſcripſit, ut locorum potius quam temporum ordinem ſequeretur: neque ut res gestas omnes una deinceps ſerie perſequeretur, prouti plerique omnes Historici fecerunt; ſed ut, ſecundum varietatem populorum Romano imperio ſubjectorum, de rebus bellisque, quae Romanis cum quoque populo fuerunt, ſingularibus libris peculiariter exponeret. Itaque librorum haec fuerunt argumenta. I. De regibus. II. De rebus Italicis. III. De bello Samnitico. IV. De bellis Gallicis. V. De rebus Siciliae, Sardiniae, Corſicae, Cretae, Cypri. VI. De bellis Hispanicis. VII. De Hannibalico bello, ſeu, Punico ſecundo. VIII. De reliquis bellis Africis, Punicis, & Numidicis. IX. De rebus Macedo-

cedonicis. X & XI. De rebus Graecis & conjunctis Aſiaticis. XII. De Syriacis rebus. XIII. De bellis Parthicis. XIV. De Mithridatica historia. XV. De Illyricis bellis. XVI. De Arabicis bellis. XVII—XXI. De bellis Civilibus libri quinque. XXII. Hecatontaëtia, de rebus centum Annorum ab Augusto ad Trajanum.

Horum librorum complures perierunt: nec ſervati ſunt niſi hi. Exordium Operis: Hispanica: Hannibalica: Punica, i. e. Carthaginienſia bella, amisſis Africis & Numidicis: Illyrica: Syriaca: Mithridatica: Civilium bellorum libri quinque. Parthica, quae feruntur, non esſe Appiani, luculenter demonſtravit Schweighaeuſerus.

De prioribus Editionibus docte & accurate disputavit Schweighaeuſerus: quae quidem referre nil attinet. Illam tamen partem praeterire non posſumus, *quae ad cognitionem* Editionis Alexandri Tollii refertur; quae Editio Amſtelodami 1670 duobus voluminibus formae octavae vulgata, ultima adhuc fuit & optima habita est. Ita enim intelligetur, quanta opinionis temeritate ſaepe mediocrium hominum laus celebretur, quantae & utilitatis & necesſitatis fuerit opera Schweighaeuſeri.

„ Ea Editio," inquit Schweighaeuſerus „ ex H. Stephani Editione ad verbum expresſa est. Nam, quod in fronte libri *Alexander Tollius* perhibetur *utrumque Textum multis in locis emendasſe & correxisſe,*

rexiſſe, id non aliter intelligi debet, niſi quod ei viro a bibliopolis commiſſum fuerit negotium plagularum e prelo primum exeuntium ab operarum erratis purgandarum. In quo quidem munere ita fideliter verſatus Tollius est, ut, quoniam Stephanicam Editionem repetitam bibliopolae voluerant, longe plurima quoque ex eis, quae operarum errore in illa Editione peccata fuerant, ſumma religione conſervaverit, atque ut eosdem Stephanicae Editionis errores non nimis magno cumulo propriorum errorum, quantum equidem animadverti, auxerit. Profesſus est in titulo libri Tollius, *Henrici Stephani ac doctorum quorumdam virorum ſelectas Annotationes a ſe adjectas esſe.* Et has quidem contextui, ſuo quasque loco, ſtatim ſubjicit; quo commoditati legentium haud parum utique conſultum est: & vellem, idem nobis facere in hac nostra Editione per varias causſas, quas nil attinet enumerare, licuisſet. Sed illud maximo legentium incommodo Editor hic fecit, ut nec H. Stephani nec aliorum Annotationibus nomina auctorum adſcripſerit. Ita fit, ut ſi quae ſubinde bene obſervata aut perſpecte emendata in illis deprehenderis, cuinam mortalium haec accepta debeas referre, neſcias. Nimirum hoc ipſum ſpectasſe praeclariſſimum illum Editorem haud obſcure apparet, ut quoniam ſatis etiam ipſe ſignificavit, ſuas quoque Animadverſiones (in prima certe parte) reliquorum docto-

doctorum virorum Annotationibus eſſe admixtas, facile ſic futurum eſſet, ut una aut altera bonae frugis Annotatio, quae alium auctorem haberet, ipſi docto editori Alexandro Tollio a lectoribus adſcriberetur. In quo, ſicut ſaepe ſubiit mirari hominis calliditatem, ſic ſimul illud ſubinde licuit obſervare, non fortes modo viros, ut in proverbio est, ſed leviores etiam homines, ſi gnaviter ſint temerarii, interdum fortuna juvari. Nec enim ſpes illa, quam dixi, frustrata nostrum Tollium est; cujus nomini non ſine laude paſſim a maximi nominis viris vidi Annotationem aliquam ad Appianum vel Emendationem adſcriptam, quam eamdem ex Jac. Palmerii, ex Jani Rutgerſii, ex Joſ. Scaligeri, ex Sam. Bocharti, aut ex alius cujusdam docti viri commentariis ad verbum a Tollio transſcriptam cognoveram. Quum prior pars hujus Editionis contineat Punicam, Syriacam, Parthicam, Mithridaticam, Ibericam & Annibalicam Historiam: altera, ut quidem titulus perhibet, continet Bellorum Civilium libros V, Historiae Celticae & Illyricae fragmenta, & Excerpta quaedam de Legationibus. Quarum rerum duae illae, quae postremo loco nominatae ſunt, quo pertineant, operae pretium est videre. Scilicet, *Illyricam Appiani Hiſtoriam*, jam ſeptuageſimo ante anno, quam Tolliana iſta Editio prodiiſſet, integram ab Hoeſchelio fuiſſe in lucem productam, ne fando quidem Tol-

lius audiviſſe videtur: certe perinde ac ſi ex orco etiamnunc eam reducere oportuiſſet, contentus fuit novus iste Editor ſolum fragmentum hujus Historiae, quod ſuperioribus Editionibus inerat, lectoribus ſuis repoſuiſſe. Jam *Excerpta* illa *de Legationibus*, ſi quaeris, ab Urſino olim edita, quae rectiſſime utique facturus fuerat Tollius, ſi huic Editioni adjeciſſet, nullum eorum vestigium apparet. Adjecta ſunt quidem ſub finem libri *Excerpta ex Appiano*, eaque Annotationibus etiam illuſtrata: ſed qualia ſint illa Excerpta, a quo primum edita, cujus denique viri ſint illae Annotationes, non dignatus est Alex. Tollius docere ſuos lectores. Verum, ſi quaeris, ſunt *Eclogae de Virtutibus & Vitiis* a Valeſio e codice Peireſciano editae cum ejusdem H. Valeſii Annotationibus. Post Amſtelodamenſem illam Editionem, haud ſecus atque ſi nihil reliquum futuro Editori feciſſet vel Stephanorum induſtria vel Alex. Tollii ſocordia; aut ſi de omnium conſeſſo ita abjiciendus Scriptor & nullius prorſus momenti eſſet Appianus, ut peſſime collocatum putarent omnes quidquid in hunc inſtaurandum expoliendumque operae fuiſſet inſumtum, intra centeſimum annum nemo porro, quod ſciam, inventus eſt, qui de edendo hoc Scriptore cogitationem ſuſciperet."

Itaque eruditiſſimus Schweighaeuſerus, ſi ex uno Auguſtano codice, quem primum contulerat, novam Edi-

Editionem confeciſſet, egregie de Appiano & de bonis Literis meritus erat. Nunc etiam complures alios Codices, cum ſuâ ipſe operâ, tum per amicos, excuſſit. Habuit etiam conjecturas Reiskii, & item Musgravii, a quo depoſitam Editionis provinciam ſusceperat. Posſum vere dicere, me non meminiſſe, noſtra quidem memoriâ, Editionem vidiſſe, in qua tantum, quantum in hac, Operi correctionis & medelae allatum eſſet. Nam Opus, quod antea propter mendorum multitudinem & gravitatem vix ſatis intelligi poſſet, jam ita emendatum eſt, ut nulla ſit pagina, quin complures ejus loci receptis veris lectionibus planiores ſanioresque exhibiti ſint. Codices autem adhibuit cum alios, tum Pariſinos, Vindobonenſes, Venetos, Florentinos, Vaticanos. Nam, quod meum etiam officium in excerpendis Batavicis Codicibus praeſtitum laudat, uberius ac liberalius facit. Equidem vellem tunc temporis jam facta fuiſſet auctio Gronoviana, e qua Collationem Appianeam nactus ſum trium Codicum Florentinorum: quorum ex uno varietatem lectionis habuiſſe ſe ſignificat Schweighaeuſerus Praefat. p. 23. Duorum igitur reliquorum Codicum bonae lectiones pleraeque quamquam ex aliis quoque Codicibus in hanc Editionem relatae ſunt, tamen hoc quidquid eſt Collationis, nec cognitu infructuoſum, nec niſi ſpeciminis cauſſa a nobis memoratum, uſui, voluntati, ac ſtudio doctiſſimi Schweighaeuſeri deſtinatur.

Deſcriptio

Deſcriptio ac diſpoſitio hujus Editionis ea eſt, ut duobus prioribus voluminibus, ſuperiore cujuſque paginae loco Opus Graecum, medio Varietas Lectionis, infimo Latina Verſio exſtet: tertio Animadverſiones, cum Indicibus Rerum & Graecitatis contineantur. Qua quidem diſjunctione Animadverſionum a Graeco Opere, ut legentibus moleſtâ, non ſuo ſe ſed alieno judicio obſecutum profitetur. Porro Graecum Opus, quoad ejus ſuperest, continuo librorum ordine exhibitum eſt; Fragmentis, quae & apud Suidam aliosve, & in utraque Excerptorum Sylloge Urſinianâ & Peiresclanâ exſtant, non uno loco ſeorſim conjunctis, ſed ſui quibusque libri loco interjectis. Sed quandoquidem Excerptorum Urſinianorum facta eſt mentio, horum e Codice Bavarico non ſolum Fragmentis perditorum librorum, ſed & locis ſuperſtitum, multis multiplex facta eſt medicina, & lacuna illa Libri Punici *quatuor fere* paginarum ſuppleta.

Jam ex his quae adhuc expoſui quis ſuſpicetur, & magis etiam ex iis quae porro dicentur intelligat, quam vim habeat quod dixi, Operi ſanitatem reſtitutam esſe. Sed prius videamus, cujusmodi ſit alterum illud, quod Auctori exiſtimationem reſtitutam esſe pronunciavi.

Nam ex quo H. Stephanus in Appiani editione ab ipſo facta monuit Librum Parthicum e Plutarcho deſcriptum esſe, pasſim Appianus a viris doctis, Scali-

gero,

gero, Voſſio, Fabricio, quorum auctoritatem ſinguli fere & univerſi ſequebantur, compilator nullius judicii ac plagiarius & habitus & nominatus est:

Nec miſero prodesſe in tali tempore quibat,

quod reliquo in Opere boni ac diligentis Historici munere functus esſet: nec audiebantur patroni ejus, qui vel tenuem excuſationis partem proderent, veluti Xylander, Balduinus, Freinshemius, Reimarus. Atqui ſi Appianus nec auctor est Parthici libri, & in reliquis libris probabilem navavit operam, reſtituta ei est exiſtimatio. Prius accurate docuit Schweighaeuſerus: posterius e diligenti reliquorum librorum lectione & cum Parthico libro comparatione intelligitur.

Equidem adhuc de Appiano ita cenſeo, ut eum *optimis Historicis* veluti Thucydidi, Livio, & ſimilibus nec adjungendum nec longe postponendum judicem. Argumentum tractat grave & amplum, res Romanas domi foriſque gestas: multa etiam tradit, quorum notitiam, in tanta reliquorum Historicorum paucitate & jactura, ei ſoli debeamus: res aliorum populorum hactenus memorat quatenus cum Romanis rebus conjunctae fuerunt: anteriora aut breviter attingit, ut Hiſpanica & Punica, aut copioſius refert, ut v. c. Syriaca, quae a Seleucidi repetit. Belli tempora perſequitur, pacis praeterit:

terit, ſive ſuo ipſe conſilio, ſive ſolemni Hiſtoricorum conſuetudine. Adeo verum eſt pervulgatum illud dictum, ita quemque populum maxime pace uſum esſe, ut minime in hiſtoria memoretur. Hanc porro materiam e certis monumentis & Auctoribus idoneis petitam esſe, dubitare nos non ſinit cum reliqua Appiani doctrina, tum dignitas & vitae actio Romae in publicis muneribus verſata. Minime quidem ille frequens eſt in testibus excitandis. Neque vero fuit ullus umquam Hiſtoricus, qui nullum niſi excitato teste factum proderet. Neque etiam iſta religio poſtulanda erat illa aetate in conſcribendis rebus Romanis, minime illis abſtruſis & reconditis, ſed ad eum jam modum frequentatis, ut ſcribentis aut error aut fraus facile teneri ac reprehendi posſet. Nam quod memorat Casſium, Hieronymum Cardianum, Fabium Pictorem, Polybium, Rutilium Rufum, Claudium, Varronem, Caeſarem, Aſinium Pollionem, Auguſti Commentarios; non fere niſi ſemel unum quemque memorat. Neque hoc eam vim habet, ut aut eosdem ubique, aut non alios praeter hos, aut ubi nullos nominat ibi nullos ſequatur Auctores. Jam ratio & narratio perſpicua eſt & brevis, ſemper intenta propoſito & res geſtas perſequens, vero aut numquam divertens ad praecepta doctrinae, ſententias, obſervationem ingeniorum, morum, legum, inſtitutorum. Igitur ſiquando ad longiorem fuſioremque narrationem digreditur, hanc quoque

quoque in rebus geſtis conſumit: veluti de Hannibale Syr. Cap. 10: de Epaminonda 41: in rebus Seleuci Primi cap. 56 — 64: ubi quae traduntur de condenda Seleucia urbe, de Magis & Oraculis, de Antiochi morbo & amore erga Stratonicem, e ſtudio & imitatione Herodoteae ſuaviloquentiae profecta videntur. Porro in temporum notatione ac deſcriptione locorum, ſeu in Chronologia & Geographia, magnis Hiſtorici officiis, infrequens eſt & *paucis* defungitur. De illo ipſe fatetur in Prooemio: tempora ubique notare ſupervacaneum ſe judicaſſe, igitur ea non niſi per intervalla in illuſtrioribus rebus notaſſe. Oratio eſt, cum in ſingulis verbis tum in compoſitione, ſimplex, perſpicua, bene Graeca, elegans ſine affectatione, ad Veterum rationem conformata; ita tamen ut magis ſuus quam alienus ſit, nec imitari ſoleat niſi forte Herodotum, *non quidem in fuſo* narrandi genere, ſed in verbis fere & dicendi coloribus.

Supereſt ut ſpecimina Criticae operae proferantur, unde intelligatur illam etiam alteram Editioni huic conſtare laudem, quâ diximus Operi ſanitatem reſtitutam eſſe. Nam in emendanda oratione explicandaque ſententia praecipue & maxime operam poſuit Editor: Hiſtoriam aliamve doctrinam obiter, nec niſi emendandi interpretandique officio poſtulante, attigit. Ceterum ſpecimina e Prooemio & Syriaco Libro erunt, adjunctamque habe-

habebunt ſubinde nostram animadverſionem, & commemorationem Variarum Lectionum Codicis Florentini Plut. LXX. Num. V, qui est unus e Collatione Gronoviana.

Prooem. Cap. I. Docte & opportune docetur, Graecis *τήνδε τὴν θάλασσαν*, *hoc mare*, dici *mare mediterraneum*. Mox, *ἡ μεγάλη πόλις, ἣν Ἀλέξανδρος ᾤκισε πρὸ Αἰγύπτου*, recte receptum est *πρὸ*, loco *πρὸς*, e ſcriptis libris, cum quibus conſentit Florentinus. Appianus, ut monet Editor, in animo videtur habuiſſe Homericum illud Od. Δ, 354: *Αἰγύπτου προπάροιθε*.

Cap. II. *ὅσα Ποντικὰ Ῥωμαίων ἔθνη·* Veriſſima lectio, in quam & Reiskius inciderat, e Codicibus revocata. Flor. habet *ποντικοί·* Editiones priores, *ὅσα ποντὶ καὶ Ῥ. ἔ.*

Ibid. *Ἀπὸ δὲ Καππαδοκῶν καὶ Κιλίκων ἐς τὴν Ἰωνίαν καταβαίνοντί ἐστιν ἡ μεγάλη χερρόνησος, ὅτε πόντος ὁ Εὔξεινος καὶ ἡ προποντὶς καὶ ὁ Ἑλλήσποντος ἐπὶ δεξιὰ καὶ τὸ Αἰγαῖον. ἐκ δὲ λαιῶν τὸ Παμφύλιον ἢ Αἰγύπτιον πέλαγος· λέγεται γὰρ ἄμφω ποιεῖν χερρόνησον·* Editor verba *καὶ τὸ Αἰγαῖον*, ut a ſciolo intruſa, delenda cenſet. Quod quare ei aſſentiamus, nos quidem non ſatis intelligimus. Nam quae una potest nobis eſſe ſuſpicio interpolationis, quod verba illa post *ἐπὶ δεξιὰ* poſita ſunt, non magnopere nos movet; quippe ejusmodi disjunctio haud infrequens est. Neque etiam neceſſe est ut in mare proſpicientes omnem circumjacen-

tem

tem regionem in tres potius partes, dextram, adverſam, & ſiniſtram, quam in duas, dextram ſiniſtramque, adverſâ partim dextrae partim ſiniſtrae attribuendâ, dividamus. Sententiam ita reddit in Verſione: *Ex Cappadocia & Cilicia, qua Joniam ſpectant, deſcenditur in magnam illam Peninſulam, quae a dextero latere Pontum Euxinum habet cum Propontide & Helleſponto* [*mareque Aegaeum*], *a laeva autem Pamphylium mare, quod idem Aegyptium vocamus. Nam duo illa maria peninſulam facere perhibentur.* Locus levi correctione ita conſtituendus ac reddendus videtur: — ἡ μεγάλη χεῤῥόνησος, ἣν ἐπὶ πάντας ὁ Ε. π. ἡ Π. κ. ὁ. Ε. ἰ. δ. κ. τ. Α. ἰ. δ. λ. τὸ Παμφύλιον ἢ Αἰγύπτιον πέλαγος· λέγεται γὰρ ἀμφοῖν ποιεῖ χεῤῥόνησον· *E Cappadocia & Cilicia Joniam verſus deſcendenti occurrit magna illa Peninſula, quam a dextra Pontus Euxinus cum Helleſponto, Propontide, & Mari Aegaeo, a ſiniſtra mare Pamphylium aut Aegyptium: nam utroque nomine appellatur: Peninſulam facit.*

Cap. V. memorantur Μυησῖαι inſulae in Editis libris, quarum loco recte reponuntur Γυμνησίαι, i. e. *Baleärides*, nullo quidem codice aſſentiente, ſed poſtulante ſenſu, praeeuntibus etiam Gelenio, Musgravio, Reiskio.

Cap. IX. Ῥωμαῖοι τῆς Ἀσίας ἤδη κατέσχον· Docte & opportune monetur, κατέχειν τινός rariori uſu notare, *aliqua re potiri.*

Ibid. Auctor, oſtendens Perſarum maritimum imperium valde exiguum fuiſſe, ait: Μήδοις δὲ καὶ Πέρσαις ὅτε πλείστη θάλασσα, ἡ ὁ Παμφύλιος κόλπος ἦν καὶ μία νῆσος ἡ Κύπρος, ἤ τι που ἄλλο σμικρὸν τῆς Ἰωνίας ἐν θαλάσσῃ, τοῦτέ τε Περσικοῦ κόλπου· καὶ γὰρ τοῦδε ἐκράτουν ποσόν τι καὶ ὅτου πέλαγός ἐστι· Pro ὅτου vera lectio e codicibus recepta eſt τὸ τούτου· Melius vertitur in Specimine: *tum Perſici ſinus quantum pelagi recipit, quod ſane non nimis multum eſt.* Nam, quod nunc exſtat, nihili eſt: *tum quas Perſicus ſinus (nam & hunc tenuerunt) inſulas complectitur.*

Cap. XI. Τὰ δὲ Ῥωμαίων μεγέθει καὶ εὐτυχίᾳ διήνεγκε δι' εὐβουλίαν καὶ χρόνον· Acuta eſt correctio in notis prolata: τὰ δὲ Ῥωμαίων μεγέθει τε καὶ χρόνῳ διήνεγκε δι' εὐτυχίαν καὶ εὐβουλίαν·

Cap. XIII. Νομίσας δ' αὐτίκα καὶ ἄλλον οὕτως ἐθελῆσαι μαθεῖν τὰ Ῥωμαίων, συγγράφω κατὰ ἔθνος ἕκαστον· Vera lectio ἄν τινα repoſita pro αὐτίκα e codicibus: cum quibus conſentit etiam Collatio Gronoviana.

Ceterum aliae, eaeque meliores, lectiones in hoc Prooemio reſtitutae, itemque confirmatae conſenſu Collationis Gronovianae, hae ſunt. P. 4, l. 51, Τυῤῥήνη pro Θυῤῥήνη· l. 58, Ἰονίου pro Ἰωνίου· P. 5, l. 75, Εὔξεινον pro Εὐξείνων· P. 8, l. 15, ἔργῳ pro ἔργα· P. 10, l. 45, οἱ δέ τινες pro εἰ δέ τινες. l. 46, ἐλπίδι pro ἐλπίδος· l. 48, ὧδε pro ὦδε· P. 14, l. 17, ἑτέρας pro ἑτέραι· P. 18. Σαυνιτικῇ pro Σαυνιτικῇ. Ib. Καρχηδονικῇ pro Καρχηδονικοῖ·

Syriac.

Syriac. Cap. I. fin. Antiochus M. Lyſimachiam urbem inſtaurat, indeque profectus Graecas urbes ſibi adjungere ſtudet; quod ei ſtudium belli contra Romanos cauſſa exſtitit: πάνυ γὰρ αὐτῷ τὸ χωρίον ἐφαίνετο λαμπρῶς ἔχειν ἐπὶ ὅλῃ τῇ Θρᾴκῃ, καὶ ταμιεῖον εὔκαιρον ἐς τὰ λοιπὰ, ὧν ἐπενόει πάντων, ἔσεσθαι. Ταῦτα δ' αὐτῷ διαφορᾶς φανερᾶς καὶ πρὸς Ῥωμαίους ἦρξεν· ὡς γὰρ δὴ μετῄει τὰς ταύτῃ Ἑλληνίδας πόλεις, αἱ μὲν πλείονες αὐτῷ προσετίθεντο· Verborum in Editionibus deſideratorum & ad ſententiam neceſſariorum, Ταῦτα. δ. α. δ. φ. κ. π. Ρ. ἠ. ὡς γ. δ μ. τ. τ. Ε. πόλεις, inſignis facta est acceſſio ex Epitome Plethonis, quae ſcripta exſtat in Bibliothecis Vindobonenſi & Lugdunobatava.

II. οὐκ ἀτρεμήσειν ὑπολαμβάνοντες Ἀντίοχον ἐπαιρόμενον ἀρχῆς τε μεγέθει καὶ εὐπραξίας ἀκμῇ· Ultima vox aſſumta est e codicibus in locum vulgatae ἀρχῇ.

IV. Κύπρον δ' ἐλπίσας αἱρήσειν ἀντὶ Αἰγύπτου, διέπλει κατὰ τάχος ἐπ' αὐτήν· Item e ſcriptis libris revocatum ἐπ', quod ab editis abest.

VII. Ὁ δ' Ἀντίοχος ἐς πρώτην ἐπινοίαν τὴν Ἑλλάδα ἐσβαλεῖν. Edebatur vitioſe βαλεῖν. Reſtituta lectio notatur etiam in Coll. Gron. Item mox, Ἀντίοχον ἐν τῇ Ἑλλάδι καθαιρήσειν in editis vitio legitur καὶ pro ἐν.

Cap. X. Auctor divertit ad locum communem, in hac quidem Hiſtoriae parte pervulgatum, colloquium illud Hannibalem inter & Scipionem, de principatu laudis imperatoriae contendentes, habitum. „Hannibal a Scipione interrogatus, quem

omnium ſummum belli ducem fuiſſe judicaret, reſpondit, Alexandrum. Iterum rogatus, quem huic ſecundum poneret, reſpondit, Pyrrhum. Scipio aegre ferens interrogat, cui tertium locum tribueret, non dubitans, tertium quidem locum ſibi datum iri. Tum Hannibal, mihi, inquit, debetur tertius locus; cet." Nil attinet totum colloquium referre. Satis est, ut hunc in finem intelligatur, quoad vitium Graecae orationis animadvertatur: Διακούμενον δ' ἤδη τὸν Σκιπίωνα, ὅμως ἐπανερέσθαι ἔτι, τίνι διδοίη τὰ τρίτα, ταχὺ γοῦν ἐλπίζοντα ἕξειν τὰ τρίτα· Vitium esſe in ταχὺ vidit etiam doctisſimus Schweighaeuſerus, qui malit τάχα· Equidem non dubitem πάγχυ veram esſe lectionem. Ita enim Herodotus in nobili illo Croeſi & Solonis de principatu felicicitatis colloquio, ad cujus imitationem ſive Appianus, ſive auctor quem ipſe ſecutus est, totum hunc locum conformavit, II, 31: ὡς δὲ τὰ κατὰ τὸν Τέλλον προετρέψατο ὁ Σόλων τὸν Κροῖσον εἴπας πολλά τε καὶ ὄλβια, ἐπειρώτα τίνα δεύτερον μετ' ἐκεῖνον ἴδοι, δοκέων πάγχυ δευτερεῖα γῶν οἴσεσθαι· Appianus, ut ceterum verba Herodotea frequentat, veluti in hoc ipſo loco λεσχηνεῦσαι *confabulari*, ita πάγχυ pro πάντως, *omnino*, aliquoties ſcripſit; quod in Indice Graecitatis notavit Editor.

Ibid. Hannibal ait: τετρακόσια ἀνέστησα ἄστη, καὶ περὶ τῇ πόλει τὸν ἀγῶνα πολλάκις ὑμῶν ἐπέστησα· Loco ultimae vocis vulgo item erat ἀνέστησα. Coll. Gron. ὑπέστησα·

XIV.

XIV. De Philippo dicit Hannibal ad Antiochum: Φίλιππον δὲ οὐχ ἡγοῦ σοι παρόντα, δυνατὸν ἐν τῷδε τῷ πολέμῳ ῥοπὴν, ὁποτέρωσε προσθοῖτο, ποιῆσαι· Sit nobis hic locus documento, quanta modeſtia in imitando verſetur Appianus. Nam veriſimile est, hanc ſententiam fluxiſſe a ſimili Demoſthenis de Philippo Amyntae, Or. ad Epist. Philipp. p. 65, C: ἡ Μακεδονικὴ δύναμις ἐν μὲν προσθήκης μέρει ἐστὶν ἔχει τινὰ καὶ χρῆσιν.

XVI. Philippus —— πίστεις αὖθις ἔδωκε Ῥωμαίοις ἄλλας συμμαχήσειν κατ' Ἀντιόχου. Reſtitutum e codicibus αὖθις, quod & in Coll. Gron. eſt. Vulgo erat αὐτοῖς.

XIX. Ῥωμαῖοι δ' αὐτοῖς παραθέοντες συνέπεσον ἐς τὸ στρατόπεδον· Editor putat legendum συνεισέπεσον· Omnino ita & ſenſus loci exigit, & ſolet Herodotus III, 78. ubi vid. Valckenarius.

XXII. ἐς ναυμαχίαν ἐπέπλεον· Verius ſcripſiſſe videtur ἀνέπλεον Mox pro Φωκίδα recte exhibetur Φώκαιαν· Deinceps, αἱ δ', ὡς μιᾷ, σὺν καταφρονήσει χεῖρας τε σιδηρᾶς ἐπέβαλλον, certiſſima codicum ſcriptura repoſita in locum corruptae vulgatae, αἱ δ' ὡς μιᾶς συγκαταφρονήσει, κ. τ. λ.

XXIII. τὸν στρατὸν ὑποδεξάμενος, quod ipſa Hiſtoria flagitat, quamquam in nullo libro inventum, reſtitutum est pro τ. στρατηγὸν ὄντ. Item proximo capite ἀμφιβατικῶν pro θυροποιῶν e codicibus.

XXV. Sine codicum auctoritate, ſententia poſtulante,

ſtuitante, receptum est ἐπέδραμον pro ἐπολιόρκουν. Item, proximo capite Ῥηγίλλος pro Ῥηγοῦλος.

XXIX. Antiochus victus navali pugna ad Myonesum, abjecta omni ſpe obtinendarum urbium Graecarum, Lyſimachiam relinquit, unum hoc agens, ut Romanos a tranſitu ad Abydum arceret: quod ipſum mox negligit, ſe a mari verſus mediam continentem convertens. Interea Romani τὸν Ἑλλήσποντον, ἔρημον ὄντα φυλακῆς, εὐθὺς ἐπέρων μετὰ σπουδῆς, ἔφθασάν τε Ἀντίοχον ἔτι ἀγνοοῦντα ἐν Σάρδεσι γενόμενοι· & *prius Sardes venerunt quam Antiochus, qui adhuc ignorabat eos trajeciſſe.* Est hic quidem verborum ſenſus, qui idem Appiani eſſe nequit; nam Antiochum Sardes habuiſſe, mox ſignificatur. Editor hanc e conjectura profert correctionem: ἔφθασαν Ἀντίοχον ἔτι ἀγνοοῦντα καὶ ἐν Σάρδεσιν παριέντα τοὺς καιροὺς, ἐν Ἀσίᾳ παραγενόμενοι: quae ſenſui quidem congruit, ceterum licentiam fere Reiskianam habet. Mihi locum ſaepe tractanti hae, non quidem indubitatae, ſed tamen leniſſimae, rationes viſae ſunt: vel, ut μετὰ σπουδῆς accipiatur pro σπεύδοντες, tum verba ita conſtituantur — μετὰ σπουδῆς φθάσαι τὸν Ἀντίοχον, ἔ. ἀ. ἐ. Σ. γ. i. e. *Helleſpontum cuſtodia vacuum, ſtatim trajecerunt, feſtinantes ut prius quam Antiochus, ignorans adhuc ipſos trajeciſſe, Sardes venirent*: vel, ut corrigatur, ἐπέρων μετὰ σπουδῆς, φθάσαι τὸν Ἀντίοχον, ἔτι ἀγνοοῦντα ἐν Σάρδεσιν ἐπειγόμενοι.

Ibid. Antiochus pacis conditiones proponit,

in iisque hanc, ut Scipioni captum filium remitteret. Additur, *hunc filium Scipionem eundem fuiſſe, qui poſtea Carthaginem deleverit.* Qui error ſpiſſior est, quam ut proficiſci potuerit a Scriptore rerum Romanarum vel leviter perito. Praeterea his omiſſis verbis, reliquae orationis nexus bene ſibi conſtat. Igitur eo inducor, ut notam hanc primum in margine adjectam, deinde in Graecum opus illatam putem. In Scipionis reſponſione pars illa, *Romanos jam Antiocho, tamquam equo, frenum injeciſſe, ipſumque conſcendiſſe; igitur non levi pretio pacem facturos*, οὐκ ἀνέξεσθαι διαλύσεων ἐπ᾽ ὀλίγοις, ita optime reſtitutum pro vulgato οὐ. ἀ. δ. ἐπὶ λόγοις. Haec ergo pars adumbrata est ex nobili illa Steſichori fabula de Equite & Equo, apud Ariſtotelem Rhet. II, 21.

XXX—XXXVI. Deſcriptio aciei & praelii ad Magneſiam, Romanos inter & Antiochum, multis affecta eſt mendis, quarum plerasque notavit, quasdam etiam ſanavit, Editor. In ea parte, quae est de ipſa pugna, dicitur: Ἐν δεξιᾷ δὲ ὑπὲρ αὐτὸς ὁ Ἀντίοχος ἐπέτακτο, διακόψας τὸ σύνταγμα τῆς Ῥωμαϊκῆς φάλαγγος, ἀπέσπασεν ἐπὶ πολὺ διώκων & ita redditur: *in dextra Antiochus, qui ibi praeerat, legiones Romanas perrupit, & partem earum, a reliquis abſtractam, diu est perſecutus.* Reddendum erat: *legiones Romanas perrupit, & procul progreſſus est inſequens.* Ἀπέσπασεν non active accipi poteſt hoc quidem loco,

 sed

ſed valet neutra ſignificatio, *ſe ipſum abducere, procul provehi*. Dicitur exquiſite de celeritate motus, quo brevi tempore e conſpectu quis ſecedit. Quam ſignificationem egregie explicuit Tib. Hemſterhuſius ad illud Luciani Dial. Deor. XX, 5. T. I. p. 256: ἤδη πολὺ προϊόντες ἀπεσπάσαμεν τῶν ἀστέρων· *jam multum progresſi, longius diſcesſimus a ſtellis*. Atque ita etiam reſtituendum Xenophonti Exped. Cyr. I, 5, 3: Στρουθὸν δὲ οὐδεὶς ἔλαβεν· οἱ δὲ διώξαντες τῶν ἱππέων ταχὺ ἐπαύοντο· πολὺ γὰρ ἀπέσπα ἀποφεύγουσα, τοῖς μὲν ποσὶ δρόμῳ, ταῖς δὲ πτέρυξιν ἄρασα ὥσπερ ἱστίῳ χρωμένη. Vulgo legitur ἀπέπτα pro ἀπέσπα: quod conjeceram, antequam ex ultima editione Zeunii viderem hoc item in codice Guelferbytano & editione Juntina exſtare. Zeunius tamen, non percipiens lectionis hujus vim & elegantiam, vulgatam tuetur.

XXXIX. In conditionibus pacis Antiocho datae una est, quae nec conſtructionem nec ſententiam ſatis expeditam habeat: ναῦς δὲ καταφράκτους ἔχειν δώδεκα μόνας, αἷς ἐς τοὺς ὑπηκόους πολέμου κατάρχειν· πολεμούμενον δὲ καὶ πλείοσι χρῆσθαι· Foederis formula exſtat quoque apud Polybium Exc. Legat. XXXV. & Livium XXXVIII, 38. ubi J. F. Gronovius contendit in Appiano legendum eſſe, ἐς τοὺς ὑπηκόους πολέμῳ κατέχειν· Minus quidem ille probabiliter. Neque etiam Schweighaeuſerus, aut e codicibus, aut e conjectura, medicinam attulit. Appianus cum Polybio & Livio conſentiat, ſi ἐς τοὺς ὑπη-

ηκόους

μόνῳ abſit. Atque hoc ab eo additum putem ad ſententiam legis accuratius definiendam; ut appareret, Antiocho his duodecim navibus uti non licuiſſe ad oppugnandos alios populos, ſed ad ſuos ſubditos coercendos.

XLIII. Manlius exercitum per Macedoniam domum reducit οἷα ἐκ πολέμου ὁρμῶντα. Ita reſtitutum e codicibus pro vulgato ἰόντα.

XLIV. Antiochi M. filius, Seleucus, ἐξ ἐπιβουλῆς Ἡλιοδώρου τινὸς τῶν περὶ τὴν αὐλὴν ἀποθνήσκει. Item, pro vulgato τῶν περὶ αὐτὸν, revocatum e libris ſcriptis, cum quibus conſentit Coll. Gron.

LXVIII. ὁ δὲ Ἀντίοχος καὶ ὣς συνέβαλλέ τε τοῖς Παρθυαίοις. Pro vitioſo ὡς quod vulgatum erat, ὣς reſtitutum est e codicibus, cum quibus conſentit Coll. Gr. Senſus est, *Antiochus vero nihilominus (vel ſic) cum Parthis praelio congresſus est.*

Hae ſunt paucae ex multis in hoc libro correctionibus, quibus ſententia & oratio planior meliorque reddita est. Additi ſunt duo Indices Operis: alter, *Rerum & Perſonarum*, alter Graecitatis. In quo, ut gratia habenda est Editori de praeſtitâ operâ, ita vellemus complures alias voces additas eſſe, quibus & Appiani conſuetudo ac proprietas intelligitur, & Graecae Linguae copia locupletatur. Ex hoc genere ſunt in hoc ipſo libro: ἀντίσκωψις· κατάσκεψις· ὀργίζομαί τι· γενέσια· ἀλοᾶν· ἐνδοιάζω· ἀπεχθάσμος· χορτολογία· σιτολογία·

ποσηλεύεσθαι· ἀρτιπόλεμος· τιμᾶσθαι τινὶ θανάτου· βιάζεσθαι, εἴς τι· ἑταιρίζομαι· ὑποβλέπομαι· ἀπὸ cum Genitivo pretii: χαριστήριον· φεύγειν ὑπό τινος· ἀπαίσιος· κατοχὴ, mora. κρεμάννυσθαί τινος· τεχνάζω· δυσμεναίνω· ἀθυμίαι· ποιέεσθαι παῖδα, *parere.* ἄφυκτος λόγος· καταλογίζομαι· φθίνων ἐτελεύτησε, *tabe obiit.* Item, ſi noſtri res judicii fuisſet, formas ac dictiones Herodoteas non ſine animadverſione praetermiſisſemus: veluti, τῶν τις Μακεδόνων· συντετεύχατο· θεοβλαβής· συμπλεχθῆναι μεγάλῳ κακῷ· τίνυσθαι· Ceterum, cognitâ probatâque Schweighaeuſeri doctrinâ, majori etiam exſpectatione tenemur Polybianae editionis, quam hoc ipſo tempore ſumma induſtria plurimisque librorum ſubſidiis inſtituit.

RE-

RELATIONES

BREVIORES.

I. *SOPHOCLIS quae exſtant omnia, cum Veterum Grammaticorum Scholiis. Superſtites Tragoedias VII ad optimorum exemplarium fidem recenſuit, verſione & notis illuſtravit, deperditarum fragmenta collegit Rich. Franc. Phil. Brunck. Regiae Inſcriptionum & Humaniorum Literarum Academiae Socius. Voll. 2. Argentorati apud Joannem Georgium Treuttel.* 4. 1786. Hac tandem operâ Sophocli ſatisfactum, ejusque locus in accuratis Tragicorum editionibus adhuc vacans expletus eſt. Quod praejudicium & ii, qui priores hujus Bibliothecae partes legerunt, ex multis *noſtris de Brunckio* factis judiciis probabunt, & nos in proxima parte ſuo, ac peculiari judicio confirmabimus. Nam quum inter omnes conſtet, quanta ſit Brunckii doctrina & ſagacitas, quantus uſus in Poetis, praeſertim Tragicis, ſi dicamus eum Sophocli easdem facultates adhibuiſſe, ſed plus etiam curae temporisque tribuiſſe; facile omnibus ad exiſtimandum eſſe debet, in hac Editione praeclarum quid & plane egregium praeſtitum eſſe. Nunc in hac ſcriptionis brevitate ſatis habeamus partium diſtributionem & conſtitutionem ſummatim ſignificaſſe.

caſſe. Partes ſeorſim quaeque per duo Volumina diſtributae ſunt: primum Graecae Fabulae, tum earum Latina Verſio, deinde Scholia Graeca, denique Brunckii animadverſiones. Igitur primum Volumen duas habet Partes: quarum prior continetur Fabulis Graecis quatuor, Oedipo utroque, Antigone, Trachiniis, tum iisdem Latinis: poſterior, Scholiis, cum Veteribus tum Triclinianis, denique animadverſionibus Brunckii. Secundi Voluminis tres ſunt Partes: prima continetur Fabulis Graecis tribus, Ajace, Philoctete, Electra, tum iisdem Latinis: ſecunda Scholiis, cum Veteribus tum Triclinianis, denique animadverſionibus Brunckii: tertia, deperditorum Dramatum Fragmentis, Lexico Sophocleo & Indicibus. Jam ad Opus Graecum, ſeu Contextum, emendandum maximam vim habuit cum ipſius Brunckii facultas critica, tum lectiones complurium veterum codicum, ad quas etiam acceſſerunt Conjecturae quaedam Tyrwhitti & Eldikii, tum vero Aldinae Editionis auctoritas. Quam auctoritatem, ut ait Brunckius, quum deſeruiſſet Adrianus Turnebus edendis Sophoclis Tragoediis e codice a Demetrio Triclinio] recenſitum, factum eſt Turnebiani nominis exiſtimatione, ut ab ejus editione diſcedere nefas ducerent Henricus Stephanus & Guilielmus Canterus, qui demum Sophocleorum Dramatum formam ita conſtituit, ut eam exhibent vulgares Editiones omnes, magiſtrorum, tironum, lite-

literatorum, manibus verſari ſolitae. Atqui illa Tricliuii interpolatio minime digna erat, quae ſincero textui ab Aldo edito praeferretur: pravas lectiones paſſim intruſit: maxime vero in canticis impudentiſſima audacia graſſatus eſt, inſulſiſſima quaeque inferciens, ut Carminum formas, quas animo praeceperat, *effingeret*. Igitur Brunckius Aldinam ſecutus eſt Editionem, de reliquis nihil vel parum ſolicitus. Ubicumque ab ea diſceſſit, mutationis rationem in notis expoſuit. Codicum fidem plerumque ſecutus, mendas, Codicibus qui nunc exſtant antiquiores, eruditorum virorum conjecturis, aut ſuis, ſuſtulit. Scholia Vetera e principi editione Romana Jani Laſcaris expreſſa ſunt, ita ut Tragici verba cuique explicationi praepoſita ita exhiberentur, ut ſunt in Romano exemplo, mendis etiam ſervatis, ut de lectione conſtaret, quam Janus Laſcaris in codici*bus reperiſſet, unde* Scholia illa depromſerat. Nam recentiores Editores, dum explicationibus ſaepe praeponerent verba textus prout ipſi ea legebant, effecerant, ut Scholia ab ipſis edita longe minoris ad Criticam & lectionum dilectum auctoritatis eſſent. *His* infima paginae parte ſubjecta ſunt minoribus typis expreſſa Scholia duplicis generis. Nam quae aſteriſcis notantur, ſunt ea quae in Editione Juntina anni 1522 primus Veteribus Scholiis immiſcuit Antonius Francinus Varchienſis: quae pleraque omnia Brunckius in ſuis ipſe codicibus reperit.

Alia

Alia ſunt, quorum partem jam e Codicibus Britannicis, in Ajacem, Electram, Oedipum Tyrannum, ediderat Johnſonus: quae item Brunckius e Codicibus ſuis expreſſit, omiſſis quibusdam nugatoriis. Tricliniana vero tantum ea reddidit, quae ad interpretationem verborum ſenſuumque Poetae referrentur: metrica, & quae de ſchematibus ſunt, ut vana & inepta, omiſit. Index etiam adjectus eſt Auctorum in Scholiis memoratorum: in quo conficiendo, Brunckius profitetur, adjutum ſe fuisſe ope viri amicisſimi, omnibusque doctrinis exculti, Larcheri. *Fragmenta* paginas ſexaginta & ſex explent. Horum eſt duplex Collectio. Prior continetur majoribus fere locis, & minoribus iis quibus nomen Fabulae, unde petiti ſunt, additum reperitur. Altera eſt *Lexion Sophocleum*, cui titulo haec interpretatio ſubjungitur: continens multa ex deperditis Fabulis Fragmenta & voces tam ex illis quam e ſuperſtitibus, a Veteribus Grammaticis enotatas & expoſitas. In hac ſe Ruhnkenii; in illa Valckenarii copiis auctum adjutumque profitetur Brunckius, utramque ſimplici fere locorum commemoratione abſolvens. Denique *Indices*, qui dicuntur, uno continentur Indice Graecorum verborum; ſed pleno illo & diligenter collecto.

II. *APPULEII Metamorphoſeon Libri XI, cum notis integris Petri Colvii, Joannis Wowerii, Godeſchalci Stewechii, Geverharti Elmenhorſtii, & aliorum, in primis cum animadverſionibus hucusque ineditis Fran-*

Franciſci Oudendorpii. Praefationem praemiſit David Ruhnkenius. Lugduni Batavorum apud van der Eyk & Vygh. 4. pagg. 818. 1786. Quantum per hanc Editionem Appulejo lucis ac medelae allatum ſit, alio tempore peculiariter expoſitis ſpeciminibus oſtendemus. Neque enim nunc aut omnino tacere nos ſinit vis ac praeſtantia libri, aut fuſe agere copia & magnitudo. Igitur & de vetere Auctore & de novo Interprete referamus ex Ruhnkenii praefatione, qua quidem laudatarum praefationum numerum item auctum eſse, affirmare non dubitamus. Et primum de ſcriptione ac ſtilo Appuleji cum varia ſint eruditorum judicia, nil eſt verius ſimpliciusque Ruhnkenii judicio, quo ratio hujus rei ex ipſius Auctoris cum aetate tum voluntate aperitur. „ Duo, inquit, Scriptores vel in primis nobiles ex Antoninorum aetate, Gellius & Appulejus, quum eloquentiâ ſeculi ſui non contenti, meliorem quaererent, judicio lapſi in aliud genus magis vitioſum inciderunt. Cum enim omne recte ſcribendi conſilium ad unius Ciceronis, & ut quisque ei ſimillimus est, norman dirigere debuiſſent, non ii quidem optimos illos omnino reliquerunt, ſed tamen cum eorum imitatione Scriptores ex ultima antiquitate repetitos ita conjunxerunt, ut modo, cum Cicerone, Caeſare, Livio, & ſimilibus, modo, cum Evandri matre loqui viderentur. Ac Gellius quidem in hac κακοζηλίᾳ paullo moderatius verſatus eſt, nec temere & paſſim verba obſoleta arripuit,

puit, ſed e ſolis fere Comicis priſcis voces ac formulas exquiſitiores, quibus orationem ſuam diſtingueret, libavit. Quod pulcre vidit Lipſius Praefat. ad Senecam: *Tu, Agelli, nonnisi veteres Comicos, & Latii puritatem ſectaris & exprimis, fatendum est.* Quod judicium cum verisſimum ſit, nec obſcuro loco poſitum, mirari ſubit, ne unum quidem ex tot Gellii Interpretibus, niſi forte J. F. Gronovium excipias, ad tam perſpicuam & tot veſtigiis impresſam Comicorum imitationem attendisſe. Quominus dubito futuros ejus Editores quaſi praetereundo admonere, ut, ſi in eo recenſendo operae pretium facere velint, in Plauto, Terentio & Antiquorum Comicorum reliquiis tractandis asſidui ſint, & in hac comparatione Gellii vel explicandi vel corrigendi caput esſe arbitrentur. Sed Gellius nihil ad nos, aut ſi ad nos, nihil ad hunc locum. De Appulejo res postulat, ut dicamus. Is igitur tantum abfuit, ut ſibi in hoc genere temperaret, ut potius e Caſca vetuſtate eam orationem conflaret, quam nemo, niſi qui multum temporis in ea Latinitate cognoſcenda contriverit, ſeſe ſperet asſecuturum. Scio viros eruditos esſe, qui non omnia hujus modi verba ab antiquis Scriptoribus ſumta, ſed temere & pro libidine conficta putent: id quod Drakenborchius de Gellio affirmare audet ad Liv. XLV, 36, de Appulejo Roaldus ad ejus Metam. VIII. p. 550. Sed ego libentius ſequar Oudendorpium ad Metam.

Metam. IV. p. 246, bene judicantem, nihil Appulejum ſine exemplo ſcripſiſſe. Etenim bona pars eorum, quae a Gellio & Appulejo licentius inſolentiusque ficta videri poſſent, a Grammaticis Antiquis, maxime a Gloſſographis, conſervata reperitur. Quidni igitur reliqua, quorum nullum apud Grammaticos, qui nunc ſuperſunt, veſtigium eſt, pari auctoritate niti dicamus? Qua de re liquidius judicari poterit tum, cum quis juniorum Literatorum, qui nunc ſubitariis conjecturis edendis famam venantur, ſeſe ad eam laboris, etſi non nimis grati, tamen Literis & laudi ſuae magis profuturi, ad eam igitur laboris patientiam ſeſe duraverit, ut Gloſſaria Latina, in Leidenſi Bibliotheca latentia, quibus nihil umquam vel vetuſtate vel praeſtantia ſimile reperias, e tenebris in lucem vocet, linguamque Latinam, de cujus inopia vetus *querela est, aliquot* mille vocabulis & formis nondum cognitis locupletet. Quamquam, quae juventutis noſtrae mollities est, magnopere vereor ne haec ſurdis auribus canam. Sed redeat unde deflexit oratio. Est ſane iſta Antiquitatis affectatio moleſta Appulejum legentibus. Neſcio tamen an moleſtior ſit tumor Africanus, quo orationem, iis quidem libris, quos a doctis legi voluit, praeter modum & pudorem inflavit, ceteroqui minime hebes ad id, quod rectius eſſet, intelligendum. Quippe *in* Apologia, quae non in umbraculis erudito-

rum legenda, ſed in fori luce habenda eſſet, tam vacuus est his ineptiis Scholaſticis, ut ejus orationi nihil, aut certe non multum, ad ſummam ſanitatem deeſſe videatur. Ad quem modum ſi ceteros libros ſcripſiſſet, eum ſine ulla exceptione, cum Mureto Var. Lect. XVI, 19, *eruditum in primis & venuſtum Scriptorem*, vocarem." Quod, de Latina lingua ex antiquis Gloſſariis locupletendâ, dicitur, novum forte pleriſque accidat: dubium accidere non debet iis, qui Antiquarum Literarum uſu ſcientiaque valent. Sed referamus porro locum de Interprete." Jam Scriptor tam eruditus, ac tantus eruditionis oſtentator, cum non unum de multis, ſed longe doctiſſimum Interpretem poſtularet, bonis avibus accidit, ut Franciscus Oudendorpius ingenium & doctrinam ſuam ad eum illuſtrandum expoliendumque conferret. Erat ille omnibus praeſidiis ad rem bene gerendam neceſſariis inſtructus, & paratus exquiſita Latinitatis univerſae ſcientia, eruditione accurata & recondita, quae non de Latinis tantum fontibus, ſed, ut Perizonii diſcipulum agnoſcas, etiam de Graecis eſſet derivata, ſumma ſcriptorum excuſorumque librorum copia, uſu denique horum inſtrumentorum totiusque rei Criticae tanto, quantus intelligi maximus poteſt in accuratiſſimo tot veterum Scriptorum Editore. Triginta circiter annos in Appuleio emendando verſatus est; nec tamen opera conti-

nenti,

nenti, ſed aliquoties per alias curas, in primis per Suetonii editionem, interpellata. Ac potuiſſet ipſe opus prodere, & vivus gloria ſua frui; niſi librarii dubitantes an ex Appulejo tam pingue ac paratum lucrum venturum ſit, quam ex aliis Scriptoribus qui quotidie in Scholis teruntur, rem tergiverſando in longum traxiſſent. Ita cum Appulejus compluresres annos in ſcriniis jacuiſſet, ego bibliopolarum faſtidium, quod nos tam praeſtanti interioris doctrinae monumento privaret, non diutius ferendum ratus, petii contendique a Theologo ſupra vulgarem modum erudito, Cornelio Oudendorpio, Franciſci filio, ut mihi facultatem daret Appuleji in lucem proferendi. Qui, qua est humanitate & Literas juvandi ſtudio, facile petenti veniam dedit. Et ecce, reperi librarium votis meis hactenus annuentem, ut reciperet, ſe praecipuum Appuleji opus, *Metamorphoſin*, ſtatim excuſurum, reliquos libros, Florida, Apologiam, Philoſophica, additurum, ſi Metamorphoſis cupidos emtotes inveniſſet." Haec hactenus. Reliqua praefatio est de opera Ruhnkenii, ac de ſubſidiis Librorum Oudendorpii: de qua parte in Cenſura referetur. Illud reticere non poſſumus, ipſam Metamorphoſin, ex quo typis excudi coepta est, eadem bibliopolae dubitatione, modo depoſitam, modo productam, per ſedecim annos in officina affectam haeſiſſe.

III. *Danielis Wyttenbachii Diſputatio, quae praemium reportavit anno* 1783, *de quaeſtione publice propoſita* „*Quae fuerit Veterum Philoſophorum, inde a Thalete & Pythagora usque ad Senecam, ſententia de vita & ſtatu Animorum poſt mortem corporis. Ad Viros Nobiliſſimos & Eruditiſſimos, Legati Teyleriani Curatores.* 4. *pagg.* 92. Omiſſa critica diſceptatione & locorum interpretatione, ſummas concluſionum ex illâ ductas breviter notemus. *Prooemium* habet admonitionem de difficultate & momento quaeſtionis, & enumerationem legum criticarum, ad quas hujusmodi Diſputatio dirigenda eſt. Harum unam, eamque principem, nec vulgo ſatis obſervatam, haud alienum eſt referre. „ In memorandâ quaque Philoſophi ſententiâ probe animadvertendum eſt, utrum ea ex communi opinione, an ex Philoſophi doctrinâ, ſeu quod ajunt, ſyſtemate, pronunciata ſit. Multa enim dicta ſcriptaque ſunt a Philoſophis, quae non continuo pro partibus doctrinae eorum habendà ſunt; veluti Apophthegmata, Epiſtolae, & alia. Et librorum ab iis ſcriptorum duo ſunt genera: alii ſunt Eſoterici, in quibus interiorem ſuam doctrinam expoſuerunt: alii ſunt Exoterici, in quibus communem aliorum ſententiam ſecuti ſunt. Itaque diſtinguendum eſt, quid Philoſophus tamquam Philoſophus, quid tamquam unus ex multis, tradiderit." Duodecim deinceps Sectionibus, ſecundum temporis ſeriem & ſectarum ſucceſſionem, de pla-

placito Immortalitatis exponitur. Sect. I. *De Jonicis.* Nil dicitur de cauſſis naturalibus ac civilibus, quibus factum eſt, ut multo ante natam Philoſophiam, opinio Immortalitatis in hominum mentibus exiſteret ac frequentaretur; quippe locus non cadebat in fines Diſputationis a judicibus praeſcriptos. Ergo continuo de *Thalete* dicitur: in quo ſtatim apparet, quam ſit difficile, in tanta monumentorum jactura, de Veterum placitis, quid cujusque ſit, ſtatuere. Si audimus Diogenem Laertium, Pſeudo-Plutarchum, Stobaeum, Nemeſium, Theodoretum, pronunciavit Animos eſſe immortales. Sed hi unde hanc notitiam habuerunt, utrum e ſcriptis Thaletis, an aliorum. Eum nil de Philoſophia ſcriptum reliquiſſe produnt graves auctores, Alexander Aphrodiſienſis, Themiſtius, Simplicius. Alii contra, ejus ſcripta memorant, & locum adeo ex iis profert *Galenus. Forte hi* libri postea confecti ac ſub ejus nomine vulgati ſunt. Nam Ariſtoteles, ſi ſua aetate fuiſſent illi libri, eos aut habuiſſet aut non ignoraſſet. Atqui is opinionem Thaletis, Animo movendi vim tribuentis, non ex ipſius libro, ſed ex iis, quae de Thalete memorantur, ἐξ ὧν ἀπομνημονεύουσι, refert: de Anim. II, 2, 22. Forte etiam exſtabant ejus Apomnemoneumata quaedam ab aliis conſcripta, ad quae Aristoteles reſpexit, in quibus illud dictum proditum erat: atque posteriores Scriptores ex movendi vi ſuſpicati ſunt, eum etiam Immortalitatem

 ſta-

ſtatuisſe, itaque utrumque ad ejus auctoritatem retulerunt. Sed hoc cuicuimodi ſit, Thaleti placitum Immortalitatis tribuendum est. Erat enim hoc ipſius aetate jam inveteratum vulgi opinione, dudum celebratum a Theologis & Poëtis, atque adeo non alienum a Thaletis doctrina, ut potius ei congruens fuerit & locum in ea habuisſe debuerit. Deinceps paucis monetur de *Anaximandro*, *Anaximene*, *Diogene Apolloniate*, *Archelao*: quibus licet hoc placitum in iis, quae exſtant, Veterum monumentis non tributum reperiatur, tamen tribuendum videtur: cum ob eorum doctrinae cum Thaletis doctrina convenientiam, tum ob hanc etiam criticam legem, non pro eo ac debet vulgo obſervatam, quod de illorum a Thalete in aliis locis disſenſu prodiderunt Veteres; de disſenſu in Immortalitate nil prodiderunt. Pluribus de *Anaxagora* dicitur, qui in hoc placito plus aliquanto, quam illi, operae poſuisſe videtur. Summa ſententiae Jonicorum haec est: „ Animos hominum esſe partes Mentis illius divinae, quae omnia permeet & animet; igitur eos post corporis mortem ſuperesſe." De conditione & ſtatu eorum post hanc vitam, aut nil prodiderunt, aut nil ab iis proditum ad nostram venit memoriam. Forte tamen conſequens etiam hoc fuit eorum placitis, Animis conſcientiam ſui & quaſi perſonam conſtituram, nec eam perituram reditu ad divinam Mentem. Ceterum Jonici

Ani,

Animorum Immortalitatem non, ut Pythagorici & Platonici, tamquam doctrinae ſuae fundamentum celebrarunt: ſed tamen eam tenuerunt, tamquam conſectarium doctrinae de principiis naturae, in quibus potiſſimum elaborabant. Sect. II. *de Pythagoricis.* Primum de ipſo *Pythagora.* Magiſtros habuit partim Jonicos, partim Theologos: hi ſolam fere efficientem cauſſam celebrabant, ad omnia Deum, tamquam ex machina, inducebant: illi materialem potiſſimum cauſſam frequentabant, omnia in principiis corporum ponebant. Ab utrisque optima ſtuduit aſſumere & utramque cauſſam conciliare Pythagoras, a Jonicis tamen hac etiam in parte diverſus, ut non tam phyſicam, prout illi, ſed metaphyſicam rationem ſequeretur. Doctrina ejus haec fuiſſe videtur: „ Deus est Animus per totam rerum naturam diffuſus. Ipſe est omnium primus, cauſſa efficiens, intelligens: materia est ſecundo loco, cauſſa patiens, bruta, rationis expers. Animi hominum conſtant duabus partibus, rationali & irrationali: illa deſumta eſt ex Dei ſubſtantia, haec ex materiâ. Animi non cum corporibus pereunt: ſed partim ad divinam ſubſtantiam, unde venerunt, redeunt: partim poenas ſolvunt male factorum, vel apud Inferos, vel in aliis corporibus cum hominum tum brutorum. Nam et brutorum animae ex duabus partibus, rationali & irrationali, conſtant. Igitur rationalis & intelligens pars,

 poſt-

poſtquam purgata fuerit, tandem e corpore humano ad Deum redibit, eritque ipſa divini generis. Fabuloſas opiniones de Inferis, quatenus Pythagoras tenuerit, quaeritur. De Migratione in alia corpora nobilis Ovidii locus Met. XV. non ad hiſtoriae fidem exactus est. Nam fabulas Poëtarum de Inferis vanas esſe, Eſotericum, non Exotericum, fuit. Ipſe prae ſe ferebat, ſe apud Inferos fuisſe: ut ex Hieronymo & Hermippo refert Diog. L. VIII, 21, 41: quorum quidem auctoritatem contemnere difficile est. Et fuit is Pythagoras qui fabulas & ſuperſtitionem ad vulgi ingenia & utiles putaret, & utiliter adhiberet. Porro hac etiam in parte a Pythagorae ſententia aberravit Ovidius, quod Migrationis per corpora nullum finem perhibuit. Quod ad commentum attinet Pythagorae, ſe meminisſe in quibus antea hominum corporibus habitasſet, ſunt antiqui auctores Dicaearchus & Clearchus: nec tamen conſtat, utrum hoc referant, tamquam ab ipſo de ſe, an tamquam ab aliis de ipſo, pronunciatum. Opinionis de Migratione Animorum auctores facit Herodotus Aegyptios II, 173. „Fuerunt quoque primi Aegyptii, qui dicerent, Animam hominis esſe immortalem, post corporis autem interitum in aliud deinceps naſcens animal immigrare, cet." Quod non ita est accipiendum, ac ſi primi, Immortales Animos esſe, dixerint: ſed ut primi hoc ſtatuerint, Animos, quum ſint immortales, in alia deinceps corpora

pora immigrare; ſintque adeo Aegyptii non tam Immortalitatis, quam Migrationis, auctores. Ergo Migrationis placitum tam Eſotericum quam Exotericum fuit. Deinde exponitur de aliis Pythagoricis Philoſophis, *Alcmaeone*, *Hippaſo*, *Philolao*, *Ocello*: quos credibile est ſecutos eſſe magiſtri hoc in loco ſententiam, licet non diſerte in Veterum monumentis testatum reperiatur. Nam *Timaeus Locrus*, ſine libelli de Anima Mundi, Migrationem adeo non repudiat, ut etiam asſerat. Locus, a Bruckero aliisque perperam acceptus, correctione & interpretatione ad Auctoris mentem reſtituitur. „ Improbi" inquit „ & coercendi ſunt poenis legum, & terrendi terroribus ſuppliciorum apud Inferos, (καὶ τ' ἄλλα ὅσα ἐπαινέω τὸν Ἰωνικὸν ποιητὰν ἐκ παλαιᾶς ποιεῦντα τὼς ἐναγέας: mendoſum illud ἐκ παλαιᾶς mutandum in ἐκπλῆσαι, *explere*, *perpeti*.) & aliarum calamitatum, *quas* Homerus ſcelestos perpeti fingit. Nam, ut corpora ſanamus duris remediis, niſi morbi vis mollibus cedat remediis, ita Animi falſis coercendi ſunt opinionibus, ſi veris obtemperare nolint. Commemorandae vero etiam ſunt neceſſario (i. e. ex re & vero) novae & inauditae poenae, animas nimirum eorum in alia corpora migrare cet: λέγοιντο δ' ἀναγκαίως καὶ τιμωρίαι ξέναι, ὡς μετενδυομένων τᾶν ψυχᾶν κ. τ. λ." Homericae fabulae diſtinguuntur diſerte ab novis & inauditis commemorationibus Migrationis, tam particulâ δὲ, quam adverbio ἀναγκαίως, quod ſignificat, *vere*, *certo*. Denique recen-

ſentur Poetae, qui Pythagorici vel fuerunt vel habiti ſunt: *Empedocles*, *Epicharmus*, *Pindarus*, *Aeſchylus*, *Cercops*. Disputationis de *Empedocle* haec est ſumma: „ eum Pythagorae placita quidem tenuiſſe, in explicandâ vero conditione futurae vitae & Migrationis nil magnopere novi attuliſſe, magis poëtam quam philoſophum egiſſe, & velut in loco poeticae licentiae accommodato luxuriaſſe; ut probandum ſit Simplicii judicium ad Ariſt. de Coel. p. 129." Empedoclem docuiſſe (μυθικώτερον, ὡς ποιητής) fabuloſius, ut poëtam „ Sect. III. *De Eleaticis*. Horum princeps *Xenophanes* ex Jonica & Pythagorica novam videtur confeciſſe doctrinam, quae paulatim deinceps per ejus ſucceſſores ad Jonicam & Phyſicam rationem traducta eſt. Ipſe quidem *Xenophanes*, itemque *Parmenides*, placitum Immortalitatis retinuiſſe videtur. De *Zenone* difficilius eſt hoc pronunciare. *Leucippus* minus etiam in patronis hujus placiti numerari debet, ſi conjectura ducatur ex ejus cum diſcipulo *Democrito* conſenſu. Nam *Democriti* haec fuit ſententia „ Animam conſtare compage atomorum rotundarum fortuito concurſu coeuntium: hanc compagem morte ſolvi; itaque animam interire, nec extra corpus eam ſubſiſtere poſſe: nec tamen naturae repugnaſſe, ut eaedem atomi eâdem compage in aliquod corpus redeant, atque adeo anima reviviſcat." *Protagoras* & *Hippon* negaſſe Immortalitatem videntur. In hac Sectione memoratur etiam *Heraclitus*, magnus Immortalita-

tis

tis patronus, qui ſtatuit „ Eſſe vitam Animae, corpore mortuo, eamque multo efficaciorem & evidentiorem, ſenſu & rerum perceptione, quam hanc in in corpore vitam, quam prae illâ futurâ mortis inſtar eſſe. Animabus apud Inferos praemia ac poenas conſtitutas eſſe: eas modo mori, id est, in corpora venire, modo vivere, id est, extra corpora degere ac vigere." Subjungitur *Hippocrates*, de cujus ſententia in neutram partem concludere licet. *Sect. IV. de Socrate.* Hic quid de hoc loco ſenſerit non adeo est facile ad exiſtimandum, ſi non Platonem multa de magiſtro fingentem, ſed Xenophontem vere de illo ſincereque prodentem, ſequamur; quippe apud hunc raro nec diſerte, apud illum frequenter & copioſe, de Animorum Immortalitate loquitur. Haec dubitatio probabili ſolvitur diſputatione, cujus haec est concluſio „ eum *ſubtiliora illa argumenta* Immortalitatis non attigiſſe: hoc unum ex Anaxagorae diſciplina tenuiſſe, Animum humanum eſſe divinitatis participem, & quaſi ortum ex Mente, quae totum mundum gubernat. Et quamquam in morte, ſi quidem ſit cum interitu Animi conjuncta, nil ſit mali, tamen multo eſſe probabilius, Animos ad Deum ac Mentem Univerſi, unde nati eſſent, redituros; maxime quidem juſtorum Animos; nam res humanas a divina Mente gubernari, quae in primis juſtorum hominum, cum vivorum tum mortuorum, curam gerat. Itaque, ſive quaedam ſit ſocietas & habitatio mortuorum

in

in aliis regionibus, ut erat vulgaris opinio a Poëtis & Theologis tradita: ſive quaecumque esſet Animi vita & conditio: bono viro male esſe non posſe, nec eum umquam a Deo negligi". Ita quoque *Xenophon* ſtatuisſe videtur, ſi quidem germanus fuit Socraticus, ejusque germana ſcriptio est oratio morientis Cyri. Ita & reliquos *Socraticos* ſtatuisſe credibile est; licet omnia eorum ſcripta perierint, atque adeo Axiochus Dialogus falſo Aeſchinis nomine feratur." Sect. V. *De Platone* uberius exponitur, cum quia ex omnibus Philoſophis plurimum operae in hoc loco demonſtrando illuſtrandoque poſuit, tum quia ipſius habemus ſcripta unde de ejus ſententia certius quid ſtatuamus. Argumenta recenſentur & ponderantur: primum ea quae ſunt in aliis libris, Timaeo, Menone, Phaedro, Reipublicae decimo: deinde ea quae exſtant in Phaedone: tum fabulae de Inferis breviter memorantur, quarum quid ex vulgi opinione, quid ex ſua ipſe ſententia prodiderit, diſcernitur. Summa ejus doctrinae huc redit „ Animos, ut antea fuerunt, ita poſtea futuros. Judicium eorum fieri apud Inferos, poenas & praemia conſtitui. Poenas medicinae vim habere, praeterquam in inſanabilibus, quos ſemper in Tartaro manere ad exemplum, quo alii absterreantur. Qui in hac vita Philoſophiam ſincere tractarunt, ſeque in veritatis contemplatione exercuerunt atque a corporearum voluptatum contagione puros caſtosque ſervaverunt, manent apud

Deos,

Deos, nec in corpora rédeunt. Qui magis affecti fuerint peccatis ac voluptatum contagione, primum purgantur & poenas dant, praemia tamen quoque accipiunt, ſi quid bene fecerint in hac vita: ſed poſt longum annorum circuitum ad nova corpora redeunt, ita ut cuique optio detur, quodnam vitae genus eligere velit: hanc item vitam prouti vel cum virtute vel cum vitiis quisque degerit, ita ei denuo post mortem fiet. In primum & antiquum felicitatis *ſtatum* nemo redit, niſi qui per Philoſophiam ſe ab omni rerum corporearum contagione purgaverit". Migrationem Animorum in alia deinceps corpora non ita nude ac ſimpliciter ſtatuit, prouti Pythagorici, ſed ejus cauſſas ex ipſa Animi natura explicare ſtuduit. Omnino, egregie de doctrinae immortalitatis meritus est Plato, eamque non ſolum eloquentia ad plurimorum aſſenſum celebravit, ſed *& argumentis* confirmavit: quorum nonnulla valde ſunt probabilia, nonnulla obſcuriora, ſed tamen *quaſi* ſemina contineant, quibus excolendis poſteriores ac noviſſimi Philoſophi majorem huic doctrinae firmitatem adjunxerunt. Qualis vero eſſet ille *post hanc* vitam ſtatus, ab ea quidem parte probabiliter ſignificavit, ut intelligatur, bonis bene, malis male, futurum eſſe: felicitatem conſtare Virtute & Veritate, harum contrariis infelicitatem: quae vero praeterea peculiariter de hoc ſtatu prodidit, ea quamquam ad veriſimilitudinem adducere ſtuduit, tamen ipſe non abſurda potius quam probabilia haberi voluit.

luit. Sequitur brevis admonitio de Platonis in Academia ſucceſſoribus, praecipue de *Speuſippo*, *Xenocrate*, *Crantore*, qui plurimum ſtudii in doctrina de Animi natura & Immortalitate poſuerunt: quorum ſcriptis deperditis, ingentem hic locus jacturam fecit. Sect. VI. *De Ariſtotele*, difficile est dictu, & jam antiquitus contrariae doctorum hominum & Interpretum fuerunt opiniones, quid ſtatuerit: quorum auctoritates ponderantur. Cicero quidem eum haud obſcure in patronis Immortalitatis numeravit; ſed hic Exotericis libris utebatur, in quibus fere ad Platonis rationem de Animorum conditione & ſtatu pronunciatum erat: nec Eſoterici tum frequentati fuiſſe videntur. Atqui ex hoc genere ſunt plerique quos habemus Ariſtotelis libri, & in primis ii, in quibus proditum est de hoc argumento, velut ii de Anima & alii. Ex his tamen fontibus & aliis rationibus haec Ariſtotelis ſententia conſtituitur: „ Animi praeſtantiſſimam partem, quippe divinam, immortalem esſe, ac post corporis mortem vita frui ſempiternâ, ſed vacuâ illa a rerum ſingularium cogitatione, memoria, appetitu, voluptate, dolore." Succeſſores ejus diſſenſerunt in hoc loco: *Theophraſtus* magistri ſententiam tenuit: *Heraclides* Pythagoricos ac Platonicos ſecutus est: *Strato*, *Ariſtoxenus*, *Dicaearchus*, repudiarunt Immortalitatis placitum. Sect. VII. *De Cynicis*. *Antiſthenes* quidem quin Animum post corporis mortem esſe ac vigere ſtatuerit, non est quod dubitemus

mus. At quid *Diogenes*, *Menedemus*, *Menippus*, ſenſerint, difficile eſt pronunciare. Sect. VIII. *De Stoicis* ſatis eſt exploratum quid tenuerint: „ Animos non eſſe ſempiternos: corpore mortuo non deorſum ad Inferos abire, quos nullos nec niſi fabulam eſſe, ſurſum Animos ferri levitate ſua, ibique degere: ceterum eos etiam, qui maxime ſint longaevi, tamen fatali rerum combuſtione interire & in principium ſuum, nimirum in Ignem opificem ac ſummum Deum, qui ſolus eſt ſempiternus, reſolvi, nec iterum vitam accipere nova rerum inſtauratione a ſummo Deo facta. Nam apud Stoicos Immortalitas non locum neceſſarii fundamenti, ut apud Platonem, ſed conſectarii, habuit; ita quidem ut alios Animos longius, brevius alios permanere ſtatuerent, longius bonos, brevius malos, & quidem circa Lunam, utpote locum eorum ſubtilitati maxime accommodatum. Feliciores ac diuturniores eſſe bonorum Animos, infeliciores & minoris aevi malorum: hoc ex ipſa Virtutis & Pravitatis natura volebant conſequi: nec tamen hanc diverſitatem praemii vel poenae vim habere". Apud Ciceronem, Tuſc. I, multa ſunt Stoica, nondum ſatis illa ab Interpretibus notata: in his etiam hoc cap. 32, de Animi e corpore excedentis motu & ſtatu: quod Stoicum eſſe jam ſuſpicatus erat Lipſius Phyſ. Stoic. III, 14, & nunc confirmatur ex Lucano IX, & Sexto Empirico IX, 71. Sect. IX. *De aliis hac aetate Sectis: Megaricis*, *Eliacis*, *Eretriacis*, *Cyrenaicis*

naicis, brevis est mentio; quippe de quorum ſententia nil diſerto Veterum teſtimonio proditum exſtet, ut non niſi conjecturae locus relictus ſit. *Epicurus*, qui omnem Immortalitatem funditus ſustulit, locum in hac Diſputatione non habuit. Sect. X. *De Cicerone.* Hujus ſententia neque ex Epiſtolis neque ex Orationibus, ſed e libris Philoſophicis, intelligenda est; neque ex his promiſcue omnibus, ſed iis praecipue ubi, aut ex ſuâ ipſe perſonâ diſputat, veluti Tusculanis, Officiis, Legibus, aut ex aliorum perſonâ ſuam ipſe ſententiam aperit, veluti de Senectute, & Somnio Scipionis. Nam Ciceronem, quippe Academicum, ut de aliis rebus ita de hoc argumento nullam tenuiſſe ſententiam, error est ab ignorantia, cum rationis Academicae, tum Philoſophiae & conſuetudinis Ciceronianae, profectus. Quod vero Socratica illa disjuncta argumentatione libenter uſus est, in morte nil eſſe mali ſive Animus exſtinguatur ſive remaneat, hoc non eo valet, ut de Immortalitate dubitaverit. Nam Platonem ſecutus est; ita quidem, ut ex illius argumentis maxime uteretur iis, quae ducuntur ab Animi divina origine, Dei providentiâ, & Animorum propriâ vi agendi: adjumenta ab aliis Philoſophis, veluti Peripateticis ac Stoicis, ſumeret atque in eundem finem converteret: praemia poenasque probaret, illa in reditu ad Divinum locum poneret, has in abſentia illius boni & commoratione circum terram, ita ut improbis tamen poenarum finis

ſinis ac reditus ad Divinum locum aliquando conceſſus ſit. Sect. XI. *De aliis ante Senecam Philoſophis.* Memoratur qui inde ab initio ſtudii Philoſophiae apud Romanos in quaque ſecta fuerint Philoſophi, e quorum numero frequentia & ratio Placiti de Immortalitate aeſtimari debet. Neque enim Auguſti aetate, quod vulgo perhibetur, non niſi Epicurei fuerunt. Neque etiam Virgilius, Horatius, Ovidius, ad certam ſectam referendi ſunt propter ea, quae de Animis prodiderunt. Eſt haec materia conveniens Poetis nec facile repudianda, niſi ab iis, qui totum locum dedita opera confutent, veluti a Lucretio factum eſt. Sect. XII. *De Seneca.* Colligitur, eum cum veteribus Stoicis conſenſiſſe. Animi naturam Stoice definivit, & eum usque ad mundi conflagrationem permanere ſtatuit: porro Animum post corporis mortem furſum ferri in purum lucidumque aetherem, ibique beatum degere aevum usque ad mundi conflagrationem, cum conſuetudine & ſocietate piorum, tum cognitione naturae. De malorum poenis nihil dicit. Nam Furiae, Styx, Cerberus, ſunt Poetarum commenta. Purgationem Animi, qui in ſuperis regionibus liberatus a vitiis ac terrenarum rerum reliquiis in ſublimem aetherem proficiſcatur, a Platonicis aſſumſit. Sed, ut reliqui Stoici, ita ipſe, nullas protulit demonſtrationes Immortalitatis peculiares". Ceterum hanc ipſe ſuam ſententiam non labefactat nec evertit in Epiſtola

CII, cujus vis interpretando aperitur, & in conſenſum cum reliqua doctrina redigitur. *Concluſio* huc redit: Philoſophos profeciſſe in eam quidem partem, ut efficeretur, Animum post corporis mortem remanere: qualis autem ſit ſtatus & conditio Animi a corpore ſoluti, tentatum ab iis; non item oſtenſum eſſe. Plurima protulit argumenta Plato: a quo ſecundus haberi debet Cicero, deperditis quidem ſcriptis reliquorum Veteris Academiae Philoſophorum, Xenocratis & Crantoris, qui Platonis ſententiam uberius explicuerunt. Argumenta duplicis generis fuerunt: vel a praemiis & poenis post hanc vitam deſumta, quae jam ante Thaletem fuerunt quidem, nec tamen perſpicue tractata: vel ex ipſa natura Animi repetita, quae inde demum inventa ſunt. Omnes, qui Animum corpori ſupereſſe ſtatuerent, in his fere rationibus conſenſerunt: Animum eſſe ve participem Divinae naturae, vel partem ipſius Dei propterea quod cogitandi vi praeditus ſit, & princi pium actionum in ſe ipſe habeat; igitur eum cor poris morte non deſtrui, ſed vel ſemper manere quod Pythagoricis & Platonicis placuit, vel di manere, ac tandem in Divinam naturam tamqua elementum ſuum diſſolvi, quod Stoici ſtatueban Ejus a corpore ſoluti certum eſſe domicilium, ſenſum perceptionemque rerum externarum, ſtatu bant quidem, non tamen ex firmis argumentis, ſe ex vulgari opinione aut imaginationis luxurie.

BIBLIOTHECA

CRITICA.

VOL. III. PARS II.

Ἡ γὰρ τῶν λόγων κρίσις πολλῆς ἐστὶ πείρας τελευταῖον ἐπιγέννημα.

LONGINUS.

AMSTELODAMI,
Apud PETRUM DEN HENGST,
MDCCXC.

BIBLIOTHECA CRITICA.

PARS DECIMA.

I.

D. WYTTENBACHII *Animadverſiones in* JULIANI *Orationem Primam.*

PARS POSTERIOR.

Quum aliquando, ut eſt in fabula, aves certamen agerent volatûs & altitudinis, prima, ut par erat, eminuit Jovis ales Aquila, in altos nubium ſe tra*ctus attollens.* Quae quum finem altius ſe efferendi feciſſet, ecce! ſub ejus alis latens Regulus evolat, ac ſuo imperitorumque judicio victor viſus eſt. Simillimum iſti Regulo negotium est Scriptorum, qui poſt alios eandem rem tractant, complurium; quippe priorum doctrinâ ſublevati, ſupra eam ſe attollunt eamque deſpiciunt. Sed ut in hoc genere doctiſſimus quisque modeſtisſime, ita imperitisſimus impudentisſime verſatur. Videre enim eſt iſtos in priorem ſcriptionem, tamquam in vacuam poſſesſionem, involare; quidquid in ea eſt boni pro ſuo venditare;

ſi quid ſecus est, tamquam alienum reprehendere: atque ita de iis, quorum opibus nituntur, triumphare; quum quidem nec materiam a prioribus collectam intelligere, nec per gradus ab illis ſtructos aſcendere potuerint. Hujus mihi fabulae nuper in mentem veniebat Julianum tractanti, & Spanhemium ſubinde reprehendenti: occurrebat illud Platonicum, *μή που ἄρ' ἐγὼ τοιοῦτος*, *num forte ego talis ſum?* vide ne ipſe ſis Regulus. Itaque operae pretium duxi meam cauſſam hoc loco explicare, ſi forte mihi aliisve de hac religione ſatisfacere poſſem.

Duo ſunt viri, qui ante me eandem hanc Juliani Orationem tractarunt, Petavius & Spanhemius; pares forte copia doctrinae: diligentia, ratione, acumine, non pares: quae in Petavio egregia, in Spanhemio valde mediocria, fuerunt. Petavius ſi multa intacta reliquit, concedendum ei est propter brevitatis conſilium: Spanhemius ſi quid intactum reliquit, minus ei ignoſcendum, quia nullam brevitatis habuit rationem ac tot paginas replevit quot ſunt verſus Petavii. Ergo, dicat quis, tune Spanhemium contemnere audeas! Minime quidem, o bone; nam exiſtimo tantum eum fuiſſe virum, quantus ſi tu aut ego eſſem, praeclare nobiscum agi putaremus: atque vere poſſum uſurpare illud Socratis apud Platonem in Phaedro: *τοιοῦτος ἀνὴρ κινδυνεύει εἶναι οἷον ἐγώ τε καὶ σὺ εὐξαίμεθ' ἂν σέ τε καὶ ἐμὲ γενέσθαι.* Igitur non contemno Spanhemium, ſed quaero judicoque quantus

vir

vir fuerit, quantum in eo fuerit facultatis, quantum ei defuerit. Atqui in judicio de aliis error eſt inhumanus, non niſi vitia videre: humanus, non niſi bona; haec demum recta eſt ratio, & bona & mala diligenter animadvertere ac ponderare. Equidem ita ſtatuo, tantam in Spanhemio fuiſſe antiquae doctrinae copiam quantam in paucis: addo etiam, eam, ſi minor, quam quanta fuit, fuiſſet, majorem tamen in ipſo habere laudem, qui in rei publicae luce ac negotiis verſatus ſit, quàm in reliquis eruditis hominibus, qui fere in literarum umbra & otio degunt Neque tamen ſi honoribus inter eruditos excelluit Spanhemius, iſte noſtro judicio ſplendor officere debet, ut ideo eundem hominem in Literis aeque excelluiſſe putemus. Quo in errore pleroſque verſari memini haud indoctos viros, qui me haec ſtudia ingredientem maxima Spanhemii admiratione implerent; cum enim haud dubie Eruditorum coryphaeum nominarent, Scaligeris Caſaubonisque anteponendum ferrent, ejusque nomen ita memorarent ac fere intonarent, ut me ſacro quodam ejus horrore perfunderent. Hac ego opinione occupatus, quum ad Spanhemianum Commentarium legendum accederem, ſumma omnia praecipiebam ac ſpe devorabam. Quae quum opinione minora eſſent; ego, primum culpam meae ipſe ſocordiae tribuere, deinde in Commentario neſcio quid requirere; quod quale eſſet tandem intelligere coepi. Fuerit igitur ille

Spanhemio tanta doctrinae veteris copia quanta in paucis:

Nec tamen hoc tribuens, dederim quoque cetera,

ingenii acumen elegantiamque, rationis diligentiam, orationis perſpicuitatem, dictionis Graecae accuratam ſcientiam. Aliud eſt *multa legere*, aliud *multum*. Spanhemius multa, non multum, legerat; ut eruditio ejus cenſeri debeat multitudine ac varietate, non vi ac ratione. Cujus quidem rei frequentia ſunt in ipſius Commentario documenta: ubi ſaepe ita eſt tracta fuſaque disputatio, ut quo pertineat non appareat: ſaepe orationis ea obſcuritas, ut quae ſit ſententia non capiatur. De conſtituendae denique verae lectionis facultate quid dicam? Vereor enim ne gravius hoc a quibusdam accipiatur: dicendum tamen est veritatis cauſſa. Hebes igitur fuit ad animadvertendas corruptelas, hebetior etiam ad corrigendas. Neque tamen reticendum est, harum dotum abſentiam compenſatam quodammodo esſe illa variae doctrinae copia: ad cujus lectionem ſi quis judicii diligentiam afferat, is haud mediocrem fructum capere poſſit.

Ceterum hac etiam in parte meum negotium differt ab istis Regulis, quod ego aliorum potius librorum quam Spanhemiani Commentarii lectioni demum Juliani intelligentiam debui: quodque non perpetuas ani-

animadverſiones conſcribo, ubi mihi neceſſe ſit priorum Interpretum copiis uti: ſed quod eos tantum locos tracto, quos priorum doctrina aut praetermiſit, aut ita affecit ut aliquid relinqueretur in orationis vel integritate reſtituenda, vel bonitate vindicanda, vel exemplis Antiquorum, ad quae imitando conformata est, notandis & oſtendendis. Quare, age, jam reliquam partem abſolvamus. Quo ego in negotio id unum mihi obtingere velim, ut quantum ipſe ab obtrectatione Spanhemiani nominis abſum, tantum alii legentes abſint a mei reprehenſione

P. 11, D: *μηδὲ καθάπερ ᾄσματα καὶ μύθους ὑπὲρ τῶν ἀρετῶν ἀκούῃ λόγους.*] Fuit quum mallem *πλάσματα*; quippe quae cum *μύθοις* frequenter junguntur. Julian: Caeſ. p: 306, C. Plutarch. Theſ. T. I. p. 13, D: *ἔοικε μύθῳ καὶ πλάσματι*· T. II. p. 305, A. 358, E. 557, E. 993, C. Habet tamen *ᾄσματα* quo ſe tueatur. Cicero de Or. I, 23: *neque ex ſcholis cantilenam requirunt*: ſignificantur praecepta, quibus in ſcholâ puerorum aures perſonant. Ita quod ſemper iteratur dictum, apud Terentium Phorm: III, 2, 10. *cantilenam eandem canis.*

Ib. D: *ὁ γενναῖος ἠξίωσε Πλάτων, οἱονεὶ πτερὰ τοῖς παισὶ χαριζόμενον καὶ ἐπὶ τοὺς ἵππους ἀνάγοντα ἄγειν ὡς τὰς μάχας*·] Platonis verba ſunt Rep: V. p. 463, F. Legendum *ἀναβάντα* pro *ἀνάγοντα*. Porro *ὡς* mutandum in *εἰς*, ſi quidem Julianus Atticam rationem ſecutus est. Multi quidem in editis Auctorum libris ſunt loci,

 ubi

ubi ὡς pro πρὸς rebus inanimatis adjungatur, corrigendi illi ad Atticae conſuetudinis legem, quae ὡς inanimatis jungi vetat; judicibus ſummis Viris, Hemſterhuſio Obſ. Miſc. Vol. V. T. III. Valckenario ad Eur. Phoen. p. 474. ad Herodot. p. 169: quorum, ut in hac re, auctoritatem praeferam auctoritati J. A. Erneſti, ſummi ceterum & ipſius, ſed alio in genere, viri, ad Xen. M. S. II, 7, 2.

P. 12, A: ἐπεὶ δίκαιον γενέσθαί σοι τὴν πολεμικὴν ἐμπειρίαν]. Adumbratum videtur e Thucydide, I, 18: εὖ παρεσκευάσαντο τὰ πολέμια καὶ ἐμπειρότεροι ἐγένοντο μετὰ κινδύνων τὰς μελέτας ποιούμενοι. Locus illuſtris, quem non ſolum, ut notat Wasſius, bis ad partes vocavit Plutarchus T. I, p. 448, C. T. II. p. 79, F: ſed imitatus est etiam Dionyſius Hal. A. R. I. p. 20: ὅταν δὲ τὰ πολέμια, ἐκ τοῦ μετὰ κινδύνων ποιεῖσθαι τὰς μελέτας, ἐν ἔθεσι φιλοπολέμοις ζῶντες πολλῶν ἀμείνους.

Ib. D. — p. 13, A: Ὀδυσσέα — ἐπεξελθεῖν ταῖς πόλεσι, ἵν' ἐξ ἁπάντων ἐπιλεξάμενος ἔχοι τὰ κράτιστα, καὶ πρὸς παντοδαποὺς ἀνθρώπους ὁμιλεῖν δύναιτο. — ὅλως δὲ οὐδενὸς ἀπολείπεσθαι τούτων, ὧν ἐχρῆν ἄνδρα γενόμενον ἐπ' ἀδείας πράττειν.] Prius de Ulisſe dicitur, posterius de Conſtantio. Utrumque in Evagoram contulerat Iſocrates Evag. p. 289: ὅλως δὲ οὐδὲν παραλιπὼν, ὧν προσεῖναι ταῖς βασιλεῦσι πρέπει, ἀλλ' ἐξ ἑκάστης πολιτείας ἐκλεξάμενος τὸ βέλτιστον· Juliano frequens eſt ἐπιλέγεσθαι hoc ſenſu: Or. II. p. 55, D: Or. III. p. 111, A: Fragm. ap. Cyrill. VII, p. [illegible], D. Colorem etiam duxit ex

Age-

Ageſilai dicto apud Plutarchum T. II. p. 213, C: ἐπιζητοῦντος δέ τινος, τίνα δεῖ μανθάνειν τοὺς παῖδας, Ταῦτ', εἶπεν, ἃ καὶ ἄνδρες γενόμενοι χρήσονται. Porro apparet ſimilitudo dictionis Platonicae, Rep. III. p. 441, C: ubi optimi judices perhibentur, οἱ παντοδαπαῖς φύσεσιν ὡμιληκότες. Sic & Scriptor Characterum Theophraſteorum Proëm: ὡμιληκὼς πολλαῖς τε καὶ παντοδαπαῖς φύσεσι. Denique animadvertenda eſt elegantia dictionis ἐπ' ἀδείας, *tuto, liberati metu & imperio magiſtrorum.* Ita Plutarch. Alcib. T. I. p. 208, E: τοῖς Ἀττικίζουσι παρέχων ἐπ' ἀδείας τὸν Ἀλκιβιάδην δέχεσθαι. Lucian. Timon. 14. T. I. p. 123. ἐπ' ἀδείας χρωμένους τῷ ἔρωτι. Syneſius Regn. p. 6, A: ἵνα ἐπ' ἀδείας εἴπω ἐκεῖνα. Joh. Chryſ. Homil. in Geneſ. XXVIII. p. 312, C: πᾶσιν ἐπ' ἀδείας πρόκειται καὶ ἔξεστι· Zoſimus II. p. 683: ὡς ἂν ἐπ' ἀδείας κριοὺς καὶ ἄλλας μηχανὰς τῷ τείχει προσάγοι·

P. 13, A: στρατιωτῶν τάγματι ἐπιτάττειν ἁπλῶς τὸ πρακτέον·] Sententia Juliani exigit ut ἁπλῶς bono, non malo, ſenſu accipiatur. Atqui Graecorum conſuetudo malum ei adjungit ſenſum, ubi non ſolum *ſimpliciter*, ſed *temere & ſine delectu* notat. Aeſchines Timarch. p. 175, A: κἂν πάνυ κακῶς, κἂν ἁπλῶς ῥηθῇ λόγος· Joh. Chryſ. Homil. XXIII. p. 266, E: μηδὲν εἰκῇ μηδὲ ἁπλῶς γενέσθω. Et Julianus reprehendit illud *ſimpliciter* ἐπιτάττειν infra p. 21, C: ubi adeunda quae notavi. Itaque malim καλῶς pro ἁπλῶς.

P, 13, C: Alcibiades crebrâ mutatione loci & imitatione variorum populorum ἀνεπίμπλατο πολλῆς δυσχερείας: ſcribendum erat εὐχερείας: *contrahebat magnam morum levitatem*. Mox D: τὴν οἴκησιν μεταβάλλουσιν legendum τ. ο. συμμεταβάλλουσιν· Denique p. 14, A: ubi Conſtantius dicitur orbe obeundo Romano naturam & ſtatum & γερουσίαν populorum cognoviſſe, asſentior Petavio corrigenti περιουσίαν·

P. 14, B: Οὔτε γὰρ Λακεδαιμόνιοι τῶν Ἑλλήνων, ὥσπερ δὴ δοκοῦσιν ἀρίστης ἀρχῆς τῆς τῶν βασιλέων μεταλαβεῖν, οὕτω τοὺς Ἡρακλείδας ἐπαίδευον· οὔτε τῶν Βαρβάρων οἱ Καρχηδόνιοι βασιλευόμενοι διαφερόντως, τῆς ἀρίστης ἐπιμελείας τὸν ἄρχοντα σφῶν ἠξίουν·] Clasſicus est locus de Carthaginienſium republica apud Ariſtotelem Rep. II, 9: ubi hoc est Capitis initium: Πολιτεύεσθαι δὲ δοκοῦσι καὶ Καρχηδόνιοι καλῶς, καὶ πολλὰ περιττῶς πρὸς τοὺς ἄλλους, μάλιστα δ' ἔνια παραπλησίως τοῖς Λάκωσιν· Sed Julianus, ut reip. utriusque mentionem faceret, inductus fuiſſe videtur ab Iſocrate ſuo, cujus haec ſunt in Nicocle p. 46: ἔτι δὲ ἴσμεν Καρχηδονίους καὶ Λακεδαιμονίους, τοὺς ἄριστα τῶν Ἑλλήνων πολιτευομένους οἴκοι μὲν ὀλιγαρχουμένους, παρὰ δὲ τὸν πόλεμον βασιλευομένους· Cum Iſocratis ſententia & concinnitas, tum Juliani imitatio in eam me inducit conjecturam, ut veram ſcripturam hanc fuiſſe putem: ἔτι δὲ ἴσμεν τοὺς ἄριστα πολιτευομένους Βαρβάρων μὲν Καρχηδονίους, Ἑλλήνων δὲ Λακεδαιμονίους κ. τ. λ.

P. 14, C: Καὶ οὐδὲν διάφορον προσῆν εἰς παιδείας λόγον τοῖς ἡγεμόσι τῶν ἄλλων] Haud ſcio an perperam haec ac-

acceperit Petavius reddens: *nec inſigne quidquam ad inſtitutionem ac diſciplinam principes habebant*; ut forte legiſſe videatur εἰς παιδείαν καὶ λόγον. Est Graeca formula ſatis quidem illa frequens, nec tamen diligenter ubique animadverſa ab Interpretibus, εἰς λόγον, *quod attinet ad hanc rem.* Herodotus III, 99: τὸν γὰρ δὴ ἐς γῆρας ἀπικόμενον θύσαντες, κατευωχέονται· ἐς δὲ τούτου λόγον οὐ πολλοί τινες αὐτέων ἀπικνέονται· i. e. *ad ſenectutem quod attinet, non multi ad eam perveniunt.* Poſſit etiam accipi ex formula ἄξιον λόγου, & Latine reddi *magnopere.* Idem VII, 9, 3: οὐκ ἦλθον ἐς τοῦτο λόγου ὥστε μάχεσθαι, *non eo usque venerunt, ut pugnarent*: quod recte tuetur Weſſelingius. Thucydides III, 46: ταῖς πόλεσιν ἕξομεν ἐς χρημάτων λόγον ἰσχυούσαις χρῆσθαι quem locum diligenter tractat Abreſchius Diſſ. Thuc. p. 325. Demosthenes Falſ. Leg. p. 218, C: τοῦτο δὲ καλὸν καὶ σεμνὸν εἰς ἀρετῆς λόγον καὶ δόξης. *Muſonius ap. Stob.* S. LXXXII. p. 479: τί δ' ἂν τις παραβάλλοι καλὸν εὐνοίᾳ τῇ γε ἀδελφοῦ εἰς ἀσφαλείας λόγον: ita legendum ex Codice Pariſino A, cujus lectiones H. Grotius adſcripſit exemplo, quod ſervatur in Bibliothecâ Lugduno-Batavâ. Ceterum Geſnerus recte vertit, *Quodnam enim bonum, quod ad ſecuritatem attinet, fraternae benivolentiae comparaverit aliquis.* Pollux III, 109: εὖ πράττειν εἰς χρημάτων λόγον. Ariſtides T. I. p. 87: τοῦτ' ἄξιον καὶ περὶ τούτου νῦν εἰπεῖν εἰς παιδείας λόγον. Ib. p. 221: dicitur ad Athenienſes, εἰς γε τακτικῶν λόγων παίδευ-

ἅπαντας ἀνθρώπους ἀπεφήνατε· ita enim legendum ex varietate lectionis pro εἴς τε τακτικὸν κ. τ. λ. Sic etiam accipiendum p. 432: οἷς καὶ μείζονα ἢ καθ' ἃ πεπόνθασι δέδοται περὶ (leg. παρὰ) τῶν νόμων εἰς τιμωρίας λόγον· Ita multis aliis locis apud eundem: T I. p. 69, 79, 117, 145, 195, 209. T. II. p. 159, 168, 260. Libanius T. II. Or. VI. p. 203, D: εἰς δὲ κάλλους λόγον τὰς μὲν ἀπέλειπε, ταῖς δὲ ἐξισοῦτο. Or. X p. 296, B. T. I. Declam. XXIX. p. 675, A: δόξαν ὑμεῖς εἰς πόνου ἴσχυος ἰσχύσατε: non ſtatuo an λόγον reponendum ſit. Orat. Edit. Bongiovan. VI. p. 93. Joh. Chryſ. Homil. Antioch. XVI. p. 189, C: τί τούτου γένοιτ' ἂν ἴσον εἰς τιμῆς λόγον καὶ ἀσφαλείας.

P. 14, D: Καὶ τοῖς μὲν Βαρβάροις, ἅπασιν ἐν κοινῷ τῆς ἀρχῆς ταύτης προκειμένης, τὸ τὴν ἐπιμέλειαν τῶν ἤδη ἡμῖν γίγνεσθαι παράσχοι συγγνώμην] Vidit etiam Reiskius aliquid ad integritatem deesſe, corrigens: κ. τ. μ. Β. τὸ τῆς ἀρχῆς ἅπασιν ἐν κ. προκείμενον τοῦ τὴν ἐπ. τ. ἢ ἡ. γί-γνεσθαι π. σ. Quomodo ſi vulgatum esſet, nil deſiderandum & conſtructio erat Thucydidea. Sed leniore mutatione putem legendum, ἅπασιν ἔχει συγγνώμην, pro παράσχοι σ. Ceterum elegans est dictio ἐν κοινῷ κεῖσθαι Plato Leg. XII. p. 697, D: τὸ λεγόμενον, ὦ φίλοι, ἐν κοινῷ καὶ μέσῳ ἔοικεν ἡμῖν κεῖσθαι. Xenophon Inſt. Cyr. II, 3, 8: ἐν κοινῷ κεῖται.

P. 14, D: τὸν δὲ Λυκοῦργον τοῖς ἀφ' Ἡρακλέους ἀκινδύνως τὴν βασιλείαν διαφυλάττοντι] Sumta est vox exquiſitior e formulâ ſacramenti mutui regem inter &

& civitatem, quod est apud Xenophontem Rep. Laced. XV, 7: Ὁ δὲ ὅρκος ἐςὶ τῷ μὲν βασιλεῖ, κατὰ τοὺς τῆς πόλεως κειμένους νόμους βασιλεύσειν· τῇ δὲ πόλει, ἐμπεδορκοῦντος ἐκείνου ἀστυφέλικτον τὴν βασιλείαν παρέξειν. Est eadem vox in Orphico Hymno XI, 13. & Fragm. VI, 32. Suidâ Voc. Videatur & H. Steph. Th. G. L. T. III. p. 1122.

P. 15, A: ἡ γὰρ τοιαύτη κατὰ μικρὸν ὑποδυομένη συνήθεια ταῖς ψυχαῖς ἐντακεῖν ὑπεροψίαν τῶν κρειττόνων.] Petavius ſuſpicabatur, πέφυκε, aut ſimile quid, excidiſſe. Malo ἐντίκτειν pro ἐντακεῖν· Ita ſana & integra erit oratio.

P. 15, B: τοῖς μὲν ἡ πολιτεία πρὸς ἀρετὴν ἀρκούντως παρασκευάζουσα] Integra fiet oratio additâ una voculâ τὰς ante πρός· *Sed his quidem reipublicae ratio cauſſas, quibus virtutem conſequerentur, abunde ſuppeditans.*

P. 15, C: Τὸ δὲ ἦν οὐ τὴν ἐπιθυμίαν ἐξελεῖν τῶν νέων, ἀλλὰ τὸ λαθεῖν πειρᾶσθαι ἱδρῶτα προςάττων.] Primum obſervandus eſt venuſtus formulae, τὸ δὲ ἦν, uſus, *hoc autem eo valebat, hoc autem idem erat ac.* Sophocles Trach. 1179: μέλλοιμι πράξειν καλῶς, Τὸ δ᾽ ἦν ἄρ᾽ οὐδὲν ἄλλο πλὴν θανεῖν ἐμέ· Aeſchines Falſ. Leg. p. 252, A: τοῦτο δέ ἄρα ἦν ἀγχόνη καὶ λύπη ταύτῃ· Ariſtides T. I. p. 310: τὸ δὲ ἦν ἄρα δηλοῦν· p. 314: τὸ δὲ οὐ τοιοῦτον ἄρα ἦν: quod iisdem fere verbis eſt apud Longinum Subl: S. XXXII: τὸ δὲ ἦν ἄρα οὐχὶ τοιοῦτον· Vide Bibl. Crit. Vol. I. P. III. p. 50. Lucianus T. III. p. 301. Atticus Platonicus ap. Euſeb. P. E. XV. 795, D: τὸ δ᾽ ἦν ἄρ᾽ ἀφαιρέτης τῶν φιλοσοφικῶν σπουδασμάτων γενόμενος·

Igi-

Igitur hanc formam, ut legitimam, Berglerus reſtituit Alciphroni, I, 33 et III, 38. Ad eandem rationem exigendi ſunt loci Platonis, Phaedon. p. 398, H: τὸ δὲ εἶναι ταυτὸν ὑπ' ἀσθενείας καὶ βραδυτῆτος οὐχ' οἵους εἶναι ἡμᾶς διεξελθεῖν ἐπ' ἔσχατον τὸν ἀέρα· malim ταυτὸν vel abesſe vel in τοιοῦτον mutari, hac ſententiâ: *hoc autem tale esſe*, vel *hoc autem esſe rei, ut nequeamus ob tarditatem & infirmitatem pertingere ad ultimum aerem.* Brevius etiam dictum Leg. I. p. 573, B: τὸ δὲ ἡ κατὰ φύσιν αὐτοῦ διόρθωσις εἴη ἂν δύναιτο ἄνευ μουσικῆς ὀρθότητος ποτὲ σπαφὶς — ἀπολαβεῖν. pro τὸ δὲ ἐςὶ, τὴν κατὰ φ. α. διόρθωσιν οὐκ ἂν δύνασθαι—. Libanius T. I. Declam. XV. p. 428, B: τοῦτο δέ ἐςιν, ὑμᾶς μὲν οὐδὲν εἶναι χείρους, ἐμὲ δὲ τὸν αὐτὸν τῷ πάλαι περὶ ὑμᾶς, i. e. *hoc autem ejusmodi est, ut nec vos deteriores ſitis, & ego idem erga vos, qui antea, ſim.* T. II. Or. IX. p. 257, C: τὸ μὲν γε ἦν ἐρήμην εἶναι τὴν γῆν· i. e. *illud quidem ejusmodi erat, ut terra fieret deſerta.* Or. X. p. 277, D: καὶ παρῆν αὐτίκα πρεσβεία ταπεινοὺς φθεγγομένη λόγους καὶ πρέποντας τοῖς παροῦσι κακοῖς· οἱ δέ ἦσαν αὐτοῦ ςῆναι κ. τ. λ. Poſtrema minime cepit Morellus reddens: *ſed alii aderant, ut ibi ſtarent.* Vertendum: *orationis* (τῶν λόγων) *haec erat ſententia, ut Romani ibi conſiſterent.* Sic fere Gregor. Naz. Ep. LVI. p. 814: D: ἡ δὲ πρεσβεία ἦν γενέσθαί τι αὐτοῖς ἐκεῖθεν φιλάνθρωπον· recte redditum: *Legationis porro haec ſumma erat, ut boni aliquid & aequi ab eis impetrarent.* Philostratus Vit. Apollon. IV. p. 153 plenius: ὁ γὰρ νοῦς τῆς πρεσβείας ἦν —.

conſilium legationis hoc erat. Hujus imitator, Eunapius Aedes p 54: πρεσβείαν παρ' αὐτὸν στέλλουσιν οἱ Ἕλληνες — τοὺς δὲ ᾗ αὐτοὺς διαλέγεσθαι πρὸς τὸν μέγαν Εὐστάθιον· Altera in Juliani loco animadvertenda pars erat, ἱδρῶτα: quod Petavius niſi vere, certe acute, mutabat in τὰ δρῶντα. Spanhemius autem defendit bonam quidem illam, ut puto, lectionem, ſed rationibus minus idoneis. Non erat reprehendendum ſi vulgatum esſet, τῷ λαθεῖν πειρᾶσθαι ἱδρῶτα προτάττειν· i. e. *ſtudio latendi difficultatem ac certamen adjungere.* Similiter in notisſimo illo Heſiodi Op. & D. 289: τῆς δ' ἀρετῆς ἱδρῶτα θεοὶ προπάροιθεν ἔθηκαν· Aelianus H. A. V, 21: ἱδρὼς πρόκειται ζωγράφοις εἰκάσαι τῆς φύσεως τὸ ἴδιον· Plato Phaedr. p. 355, B: πόνος τε [καὶ] ἀγὼν ἔσχατος τῇ ψυχῇ πρόκειται. Libanius T. I. p. 135, A: ἱδρῶσι τὰς εὐπορίας κτώμενοι·

P. 15, C, D:] Quae dicuntur de mercatoriis ſtudiis, ut minime convenientibus in liberalem ac regiam *inſtitutionem*, ducta ſunt a Platone Leg. VIII. p. 643, 644: unde profecit etiam Syneſius Or. de Regno. p. 28. Porro in judicio de Carthaginienſibus, eos paupertate & indigentia ad quaeſtum & fraudem duci, Juliano videtur obverſata esſe Menandri ſententia, nobis e Suidâ cognita, V. Χρεία:

Χρεία διδάσκει, κἂν ἄμουσος ᾖ, σοφὸν
Καρχηδόνιον·

Qua in formâ Comicus, ut ſolet, Euripidem imitatus est,

eſt, ut opportune monuit Toupius Em. Suid. III. p. 320. Mox pro ἀμοιβὰς ἐμπόρων Reiskius etiam vidit legendum eſſe ἀ. ἐμπορίων *permutationes mercium.*

P. 16, A: τὰ μὲν ἐκ τῆς φύσεως ἀγαθὰ συναύξων ἐκ παντὸς, τὰ δὲ ταῖς ἐπιμελείαις ἔξωθεν ἀεὶ προσλαμβάνων] *Bona, quae tibi natura dedit, omni modo augens: quae natura non dedit, ſtudio tibi ipſe parans.* Eſt Iſocrateum Demonic. p. 5: ἃ μὲν ἐπίστασαι διαφύλαττε ταῖς μελέταις· ἃ δὲ μὴ μεμάθηκας προσλαμβάνε ταῖς ἐπιστήμαις· Quo loco, ſi ſententia & concinnitas Iſocratea ſervanda eſt, in Ablativo accipi debet, *acquire ſcientiâ.* Atqui hoc repugnat Graecae conſuetudini, qua ἐπιστήμη non *comparationem ſcientiae* ſed *poſſeſſionem ejus* notat. Igitur cum his de cauſſis, tum Juliani indicio, eo inducor, ut putem Iſocratem ſcripſiſſe ἐπιμελείαις·

P. 16, C: τῷ πατρὶ οὐ μόνον τῷ πλήθει καὶ κάλλει τῶν ἐπενεχθέντων τὸν τάφον ἐκόσμει·] Scripſit ἐκόσμησε· Imitatus eſt Iſocratem Evagor. init: Ὁρῶν, ὦ Νικόκλεις, τιμῶντά σε τὸν τάφον τοῦ πατρὸς οὐ μόνον τῷ πλήθει καὶ τῷ κάλλει τῶν ἐπιφερομένων, ἀλλὰ καὶ κ. τ. λ. In hac re ἐπιφέρειν proprie dicitur de ornamentis ſepulchrorum. Heliodorus VIII. p. 367: ἐπενέγκαι τὰ νενομισμένα. Jamblicho V. P. 122, dicitur hoc ἐπιφόρημα· Plura alibi:

P. 17, B: τοῖς φίλοις δὲ τῆς ἴσης παρηγορίας μεταδιδοὺς καὶ τῆς παῤῥησίας] Ἴση παρηγορία raro uſu dicitur pro ἰσηγορία· Ita fere Plato Leg. VI. p. 615, F: δοῦλοι

γὰρ

γὰρ καὶ δεσπόται οὐκ ἄν ποτε γένοιντο φίλοι, οὐδὲ ἐν ἴσαις τιμαῖς διαγορευόμενοι φαῦλοί τε καὶ σπουδαῖοι· Polybius II, 38, VI, 7, ἰσηγορίαν & παῤῥησίαν conjungit. Themiſtius ſimili ratione dixit ἴση προεδρία· Or. X p. 130, A: τοῖς στρατηγοῦσι δὲ οἱ φιλοσοφοῦντες ἐν ἴσῃ προεδρίᾳ, γνώμης ἅμα καὶ δυνάμεώς σε θεραπευούσης: pleniorem hunc locum ita exhibent codices duo Ambroſiani: τοῖς στρ. δ. οἱ φ. ἐ. ἴ. προεδρείᾳ· καὶ συμπλέκεται τὴν καλλίστην (alter cod. ἀρίστην) πλοκὴν ἡ περὶ σὲ δορυφορία γνώμης ἅμα κ. δ. σ θ.

P. 17, C: Πέρσαι — μικροῦ δέω φάναι, τὴν οἰκουμένην ἅπασαν περιλαβόμενοι κύκλῳ ταῖς ἐλπίσιν, ἐπειδὴ τὴν ἀρχὴν ὑπὸ Μακεδόνων ἀφῄρηντο, τῆς Ἀλεξάνδρου στρατηγίας ἔργον γενόμενοι μᾶλλον δὲ παίγνιον, χαλεπῶς φέροντες πρὸς τὸ δουλεύειν] Vulgo magis frequentatur μικροῦ δεῖν, vel ὀλίγου δεῖν. Sed haec forma Juliano placuit aliis etiam locis. Caeſar. p. 310, C: μικροῦ δέω φάναι: p. 324, B. Miſopog. p. 357, D. Similiter tamen Demosthenes Rhod. Libert. p 79, C: ὀλίγου δέω λέγειν· p. 80, B: πάντων ἀνθρώπων, ὀλίγου δέω λέγειν, εἰς ταύτην τὴν δουλείαν ὑπαγομένων.

Mox Voſſianus liber habet περιβαλλόμενοι; quod praeferam: quamquam ita frequenter permutata reperiantur haec verba, ut ſaepe difficile ſit ad judicandum utrum quoque loco retineri debeat. Iſocrates Or. ad Philipp. p. 156: περιβαλέσθαι μὲν τῇ διανοίᾳ τὰς πράξεις δυνατὰς μὲν, εὐχῇ δὲ ὁμοίας· ἐξεργάζεσθαι δὲ ζητεῖν αὐτὰς ὅπως ἂν οἱ καιροὶ παραδιδῶσιν· Diodorus Siculus

XVIII.

XVIII: 50: περιβαλλόμενος δὲ ταῖς ἐλπίσι τὴν τῶν ὅλων ἡγεμονίαν: ad quem locum adhibeatur Weſſelingii animadverſio. Plutarchus Eumene T. I. p. 590, C: οὐδὲν ἔτι μικρὸν ἐλπίζων, ἀλλὰ τῇ γνώμῃ τὴν ὅλην περιβαλλόμενος ἡγεμονίαν· Livius XXXV, 42: *ſpe animoque complexum orbis terrarum imperium.* Justinus XXIX, 1: *imperium ſpe improba totius orbis amplexi.*

Porro ἔργον γενέσθαί τινος, *ab aliquo confici, interfici*, eleganter quidem dicitur, ſed uſu fere, quod quidem ſciam, poſterioris aetatis Scriptorum. Plutarchus Eumene T. I. 594, B: κτεινόμενος ὑμέτερον ἔργον εἰμί· *ſi interficiar, veſtrum id erit factum.* Achilles Tatius III. p. 259: ἔργον γέγονε βουκόλων· *a paſtoribus interfectus est.* Libanius ſubinde, non tamen a Morello vere redditus. T. II. p. 15, D T. I. 156, C. 158, D. 421, D. 722, B. 777, D. 781, D. Gregor. Naz. Or. XIV. p. 214, B. Heliodorus II. p. 69: πολεμίας χειρὸς ἡ φιλτάτη ἔργον γεγένηται Synesius Provid. II. p 118. D. ubi Petavius nonnihil hanc in rem notavit. Idem Ep. CXIX. Cyrillus c. Julian. VI p. 216, C. Iſidorus Peluſ. I, 135. Incertus Scriptor apud Suidam V. Ἄτολμοι· — τῶν παρόντων παίδων οἱ φασὶ τὸν πρεσβύτην ἔργον τῆς παρούσης νόσου γενέσθαι· perperam vertitur: *ajunt praeſentium liberorum maximum natu praeſentis morbi cauſſam ipſi fuiſſe.* Reddendum erat: *ajunt praeſentium liberorum maximum natu ei a praeſenti morbo confectum* (i. e. *mortuum*) *fuiſſe.* Ita παρέργου di-

dicitur: veluti apud Pauſaniam X, 27, de Priami caede, *cum* ἀποσπασθέντα ἀπὸ τοῦ βωμοῦ πάρεργον τῷ Νεοπτολέμῳ πρὸς ταῖς τῆς οἰκίας γενέσθαι θύραις· ubi nimis argutatur Kuhnius. Sententia est: *Neoptolemus reliquorum Trojanorum caedibus, obiter quaſi, Priami caedem adjecit, quem ab ara abſtractum obtruncavit.*

Denique loco φέροντες ſcribi debuisſe putem ἔχοντες. Hac enim conſtructione & ſententia φέρειν non cum πρός, ſed cum ἐπί, conjungitur. Videntur duae lectiones confuſae eſſe. Nam, ut dicitur χαλεπῶς ἔχειν πρός τι, ita χαλεπῶς φέρειν ἐπί τινι. Xenophon Hiſt. Gr. VII, 4, 21: Χαλεπῶς δὲ ἡ τῶν Λακεδαιμονίων πόλις φέρουσα ἐπὶ τῇ πολιορκίᾳ. Iſocrates Panathen. p. 414: ἐπὶ δὲ τοῖς περὶ Λακεδαιμονίων ἐλυπήθην καὶ βαρέως ἔφερον. Dionyſius Hal. A. R. III. p. 188: ἐφ' οἷς οἱ Λατῖνοι χαλεπῶς φέροντες. Diodorus Sicul. XIV, 61: Χαλεπῶς φέροντες ἐπὶ τῷ μὴ βούλεσθαι. Idem aliis locis & III, 69. ubi plura dedit Weſſelingius. Joſephus, A. I. V. p. 163, D: πικρῶς ἐπὶ τοῖς συμβεβηκόσι φέρουσα. VII. p. 211, D, 223, E, 242, C. Plutarchus Romul. T. I. p. 27, E: ἐπὶ τούτοις βαρέως φέροντες οἱ Σαβῖνοι. Lycurg. p. 41, B. Antoninus Liberal. Fab. I. Χαλεπῶς δὲ φέρων Ἑρμοχάρης ἐπὶ τῷ τούτου διαφθαρῆναι.

P. 17, D. διὰ μακρῶν ἀπονιψάμεθα κινδύνων τὰ αἴσχη.] Minime mirer, ſi quis in ἀπονιψάμεθα offendat. Equidem ego primum corrigebam ἀπελυσάμεθα, quod hac ſententiâ frequens eſt: aut, neſcio quid, ἀπεψήσαμεθα tentabam, illo Latinorum, *abſtergere ignominiam*, in-

inductus. Nunc vulgatum tueor, oblatis mihi deinceps hujus verbi exemplis. Solon ap. Diog. Laert. I, 47: Ἴομεν εἰς Σαλαμῖνα μαχησόμενοι περὶ νήσου ἱμερτῆς, χαλεπόν τ' αἶσχος ἀπωσόμενοι. Tragicus ap. Ciceron. Attic. XIV, 22: Ἄλλοις ἐν ἐσθλοῖς τόνδ' ἀπωθοῦνται ψόγον. Demosthenes Falſ. Leg. p. 228, B: τὴν ὑπάρχουσαν αἰσχύνην εἰς τοὺς αἰτίους ἀπώσασθαι. Heraclides, qui dicitur, de Politiis, Edit. Cragii p. 498: βουλόμενος ἀπώσασθαι τὴν διαβολήν. Paulo diverſum est apud Plutarchum de Caeſare T. I. p. 734. quem ait, ἀπωσάμενον αἰσχύνῃ τὴν δόξαν: *prae pudore gloriam victoriae civilis repudiasſe.* Themistius Or. VIII. p. 103, B: προσήκει φιλοσόφῳ τὸ ὄνειδος ἀπωθουμένῳ τῶν σοφιστῶν, κοσμῆσαι τὴν πανήγυριν.

P. 18. B: τοῦ τῆς οἰκουμένης πάσης ἄρχοντος — προκαταλαβόντος τὰς εἰσβολὰς στρατεύμασι καὶ καταλόγοις ὁπλιτῶν παλαιῶν καὶ νεολέκτων καὶ παντοδαπαῖς παρασκευαῖς, ἃ ἰδόντες μόλις τὴν εἰρήνην ἠγάπησαν.] In ἃ ἰδόντες vitium ſubesſe videtur. Quod, niſi tollere, certe levare posſimus, ſi legamus — παρασκευαῖς ἐπελθόντος, μόλις τὴν εἰρήνην ἠγάπησαν.

P. 19, C: Οὐ μὴν οὐδὲ ἐκεῖνο λέγειν ἔνεστιν ἐνταῦθα, ὡς καλῶς μὲν ἀλυσιτελὲς μὲν γὰρ οὐδὲν, ὅτι μὴ τὸ αὐτὸ καὶ καλὸν ἔμοιγε φαίνεται.] Spanhemio ſi ut antiquitatis ſcientia abundans ac late patens adfuit, ita eadem adfulsſet accurata & cum Grammatico Criticoque acumine conjuncta, non ita frequenter in judicio & animadverſione corruptelarum coecutiisſet. Quod me ſae-

ſaepius dicere conantem, reliqua Viri laudum reverentia retinuit: & ne nunc quidem, niſi res & veritas poſtularet, dicturus eram. Petavius recte viderat, hunc locum eſſe ſupplendum τῇ καλῆς μὲν ἀλυσιτελοῦς δὲ τοῦτο πέπονθε· λυσιτελὴς μὲν γάρ ἐστι τ. λ. ubi quis non videt, ἀλυσιτελές, vitioſum & ipſum, typographo potius quam Petavio tribuendum eſſe, qui Latine etiam λυσιτελές, utile, expreſſit. Atqui Spanhemius Petavium erroris tam puerilis accuſat, ut ἀλυσιτελὲς pro utili acceperit, & multis adeo auctoritatibus oſtendit λυσιτελὲς eſſe utile, ἀλυσιτελὲς inutile. Ceterum locum celebratum in Philoſophorum ſcholis eſſe monet Spanhemius. Cujus Animadverſioni addatur locus claſſicus Platonis Leg. II. p. 579. F. Plutarchus Fort. Rom. T. II. p. 316. C. κατηγορεῖται δὲ ἀρετὴ [illegible] ὡς καλὸν (adde μὲν) ἀνωφελὲς δέ. Ex hac forma expreſſum videtur illud Ciceronis dictum de caede Caeſaris, Att. XIV, 12: ὦ πράξεως καλῆς μὲν, ἀτελοῦς δέ. Ceterum in Petavii ſupplemento verba τοῦτο πέπονθε melius omittantur & ſubaudiantur.

P. 20, B. τοσούτων κύκλῳ περιστάντων μετὰ τὴν τοῦ πατρὸς τελευτὴν, καὶ παντοδαπῶν θορύβου πραγμάτων, πολέμου γενναίου.] Tranſponendo & interpungendo conſtituatur locus: καὶ παντοδαπῶν πραγμάτων, θορύβου, πολέμου γενναίου.

P. 21, B. Τῆς γὰρ εἰρήνης τῆς πρόσθεν τοῖς μὲν στρατευομένοις ἐκλύσης τοὺς πόνους, τοῖς λειτουργοῦσι δὲ κουφοτέρας παρασχούσης] κουφοτέρας requirit Subſtantivum, quod excidiſſe videtur, λειτουργίας, aut εἰσφοράς.

P. 21, C: τῷ πεζῷ δὲ ἐπιτάξας τῶν πόνων ἔχεσθαι· καὶ ταῦτα οὐ ῥήματι μόνον, οὐδὲ ἐξ ἐπιτάγματος, μᾶλλον δὲ αὐτὸς καὶ συμπονούμενος.] Eandem laudem Conſtantio tribuit Themiſtius Or. II. p. 30, D: ἀνδρείαν δὲ οὐκ ἐπιτάττει, ἀλλὰ καὶ ἐργάζεται. Cum quo conferendus est Julianus & hoc loco, & aliis locis in hac Oratione, p. 18, A: & p. 39, B: τοῖς στρατευομένοις δὲ οὐκ ἐξ ἐπιτάγματος τὸ πονεῖν καὶ κινδυνεύειν, ἐξ ὧν δὲ αὐτὸς ἔδρασε παρεγγυῶν. Auctor ap. Suidam V. Δίκαιος: Ἐν δὲ τοῖς ὑπὲρ τῶν ὑπηκόων ἀγῶσι πρῶτος ἐπὶ τοὺς κινδύνους ἅμα τῷ πονεῖν καὶ μάχεσθαι παρακελευόμενος (f. παρακαλούμενος) ἐπὶ τὰς πράξεις, ἀλλ' οὐχὶ τῷ προστάττειν ὡς δεσπότης. Solemnis formula in hac re est: ἐξ ἐπιτάγματος. Demoſthenes Falſ. Leg. p. 224, B: in tyrannide, inquit, πάντα ἐξ ἐπιτάγματος ὀξέως γίνεται. Syneſius Regno p. 26, B: γεωργήσουσιν ἐξ ἐπιτάγματος. Xiphilinus Commodo p. 380: ἠναγκάζοντο δὲ τῷ πατρὶ αὐτοῦ κατ' ἐνιαυτὸν ἐψηφίζοντο, ταῦτ' ἐκείνῳ διὰ φόβον ἀπονέμειν ἐξ ἐπιτάγματος. Alia protulit Sallierius ad Thom. M. Voc. Ἐπίταγμα. Alciphron, III, 70: ἐξ ἐπιταγῆς. Eximenda est vox Cyrillo Adverſ. Julian. VI. p. 190, E: οἴκοι μένειν ἤθελον, καὶ εὐχῆς ἦν ἐπίταγμα τὸ χρῆμα: legendum ἐπίτευγμα: ſenſus est: domi manere volebant, quod iis idem erat ac voto ſuo potiri. Julianus Ep. XXXIV, p. 407, A: δικαίας εὐχῆς ἐπίτευγμα justi voti compos fortuna. Locus apud Suidam V. Ἐπίτευγμα, est Diodori Siculi Excerpt. Leg. XXXII, T. II. p. 629. cujus alia particula est apud eundem Suidam in V. Γάζα.

Iſo-

Iſocrates Ep. ad Dionyſ. θρόνων ὑψηλοτάτων ἐπέτυξις, *ſoliorum altisſimorum adeptio.*

P. 22.] Conſtantium, dum vivebat, oratorie aut potius adulatorie Julianus & Libanius T. II. p. 122, ut Perſarum victorem celebrant, contra quos plerumque infeliciter pugnaverat. Igitur verius de mortuo Conſtantio dicit Libanius; ita ut, quae hoc loco Perſis clades tribuantur, eas Conſtantio adjungat, atque ita & ſuam ipſe & Juliani adulationem emendare voluiſſe videatur: Or. Funebr. in Julian. p. 309.

P. 22, D: τοῖς πολεμίοις πλεονεκτεῖσθαι παρέσχεν ἡ τύχη] *Superiores partes hostibus fortuna concesſit.* Ita recte vertit Petavius. Spanhemius id agens, ut verbi vim explicet, nil de differentia activi & pasſivi, nec de vitio ſuſpicatur. Non dubitem Julianum ſcripſiſſe πλεονεκτῆσαι. Atque Reiskio idem in mentem venerat.

P. 23, D: οἷος ἐξ οἵου γέγονε, καὶ ποίας ἀφῆκε φωνάς] Prius proverbiale est. Libanius Or. Funebr. p. 299, *D:* οἷος ἐξ οἵου δὴ ἐκείνου γένοιτο. Julian. infra p. 32, C: τίς μὲν οὖν γέγονεν ἔκ τινος· Joh. Chryſ. Homil. Antioch. XII. p. 127, A: ἐκ τίνος τίς ἐγένετο; XI, p. 115, C: οἵους ἐξ οἵων ἐποίησε· Similes formae ſunt apud Euripidem Alcest: 142. Themistium Or. XVI. p. 206, D. Syneſium Ep. LVII. p. 169, D. Alterum adumbratum videtur e Demoſthene Or. Pro Coron. p. 344, C: οἵας τότε ἀφῆκε φωνὰς ὁ Φίλιππος καὶ ἐν οἵαις ἦν ταραχαῖς· Sic Philoſtratus Vit. Sophist. II.

p. 588: τὴν οὐχὶ ἀφιέντες ὑπὲρ αὐτοῦ φωνάς· Themiſtius Or. V. p. 70, D: ποίας οὐκ ἀφιέντες φωνάς. Huic ſimile itemque tritum est, πᾶσας ἀφιέναι φωνάς.

P. 23, D: Φθήσεται τὸν ποταμὸν διαβῆναι.] Est quidem elegantior uſus, quo φθάνω cum Participio jungitur: quo dicendum erat φθήσεται διαβάς. Neque tamen Infinitivas nullam habet auctoritatem. Ariſtoph. Nub. 1387: οὐκ ἔφθης φράσαι. Iſocrates De Pace. p. 269: τυχὸν ἂν φθάσειεν τελευτήσαι πρὶν δοῦναι δίκην· Dionyſ. Hal. A. R. I. p. 36: ἔφθασαν αἴσθησιν τοῦ δεινοῦ λαβεῖν. II. p. 101. III. p. 88. Plutarchus T. I. p. 415, D. 416, D. 420, C. 456, F. 506, E. T. II. p. 178, E. 346, C. 970, E. Herodian. II, 10; 18. III, 2, 10. Alciphron, II, 4.

P. 24, B. Τούτων δὲ οὐδενὸς ἔλαττον τὸ Παρθυαίων δέος παρεσχὼς ἐπῆρεν, οὐχ ὡς ἀγωνιζομένους πρὸς τοὺς ἄνδρας μόνον, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὴν χώραν αὐτήν· κἂν εἴτι μεῖζον ἔξωθεν προσπίπτοι, καὶ τούτου πάντως κρατήσοντας.] Ita locus exſtat in Flexienſi Editione: in Pariſina & Lipſienſi est ἀγωνισομένους & κρατήσοντες· quod Petavium plane a vera Juliani ſententiâ abduxit. Praeterea leni transpoſitione legendum, ὡς ἀγωνισομένους οὐ μόνον πρὸς τοὺς ἄνδρας. Vertendum: *Haud minus incitabantur metu praeſenti & fugâ Perſarum, ut certando non viros modo & ipſam regionis naturam, ſed ſi quid etiam gravius extrinſecus incideret, ſuperaturi.*

P. 24, D: Τοῖς πολεμίοις παρέσχεν ἀναμαχέσασθαι τὸ πταῖσμα· Τοῦτο τέλος ἐκείνης τῆς μάχης ἔσχεν.] In Voſ-

ſi-

ſiano codice aliter diſtinguitur: τ. π. π. ἀναμαχέσασθαι. Τὸ πταῖσμα τοῦτο τ. ε. τ. μ. γ. Quod Spanhemio aeque placet ac vulgatum; quod ſcilicet Graeci utrumque frequentent, ſimplex ἀναμάχεσθαι & ἀναμάχεσθαί τι· Atqui non ſolum conſuetudo ſpectanda Graecorum, ſed quid hujus loci ratio postulet. Equidem haud dubitans vulgatam lectionem praeferam. Et primum ἀναμάχεσθαι τὰ πταίσματα ſupra dixit Julianus p. 17, D. Deinde initium proximae periodi bene conformatum est ad historicam orationem. Ita Xenophon Exp. Cyr. I, 10, 18: Ταύτης μὲν οὖν τῆς ἡμέρας τοῦτο τὸ τέλος ἐγένετο· Ageſil. I, 38: Τῶν μὲν δὴ ἐν τῇ Ἀσίᾳ πράξεων τοῦτο τέλος ἐγένετο· Dionyſius Hal. A. R. III. p. 175: Τοῦτο τὸ τέλος ἔλαβεν ὁ συμβὰς Ῥωμαίοις πρὸς Σαβίνους πόλεμος· Maxim. Tyr. I, 3: τοῦτο τέλος ἀνοήτου ἐπιβάτου· Ceterum de uſu verbi ἀναμάχεσθαι Spanhemii notatis haec adjiciantur. *Simpliciter* Dio Chryſ. Or. IX, p. 175, D: μεθ' ἣν ἧτταν οὐκέτι ἦν ἀναμάχεσθαι δυνατόν· Philoſtratus Icon. II. p 836: ἔοικεν δὲ μήπω αὐτὸν, ἀλλ' ἀναμάχεσθαι· Themistius Or. IV. p. 57, C: ἀναμαχεῖσθαι ἠπείλουν· Conjuncte, Herodotus V, 121: τοῦτο τὸ τρῶμα ἀνέλαβόν τε καὶ ἀνεμαχέσαντο οἱ Κᾶρες· VIII, 109: Utroque loco videndus P. Weſſelingius. Dionyſ. Hal. A. R. II. p. 117: ἀναμαχεῖσθαι τὰ πρότερα σφάλματα ἐλπίσαντες. Joſephus A. J. VII. p. 222. A. ex Nicolao Damaſceno: ἀναμαχέσασθαι βουλόμενος τὴν τοῦ προπάτορος ἧτταν· Plutarchus T. II. p. 223, E: τὴν προτέραν

ἧτταν ἀναμαχέσθαι. Themistius Or. X p. 139, C: δίδωσιν ἐλπίδα τοῖς ἡττημένοις τοῦ πάλιν ἐκ τῆς ἴσης ἀναμαχέσασθαι: Codices Ambroſiani habent ἧττης, quae verior est lectio: alter eorum vulgatam in margine habet hac formula, γρ. ἴσης, ἧχουν, μοίρας. Libanius T. II. p. 16, D: ἧκεν ἀναμαχούμενος τὴν ἧτταν· p. 253, D: τῆς κακίας ἀναμαχεσαμένης τὴν ἧτταν T. I. p. 405, A: ἀναμαχούμεθα τὴν ἧτταν. Uſu paulum diverſo est *pugnando quid recuperare*. Plato Hipp. Maj. p. 98, A: ἰέναι πάλιν ἐπὶ τὸν ἐρωτήσαντα ἀναμαχούμενος τὸν λόγον· Plenius cum νικάω, nil est niſi *ad pugnam redire*, Phaedon. p. 389, F. νικήσω ἀναμαχόμενος τὸν Σιμμίου καὶ Κέβητος λόγον· Maximus Tyr. XXVII, 1, 2, 3, & ſimpliciter & compoſite, ter uſus est ea dictione: ubi forte ultimo loco vitium inſidet: Τί κωλύει δὲ καὶ ἡμᾶς ἀναμαχέσθαι τήμερον, κατὰ τὸν Ἀνακρέοντα ἐκεῖνον, δοῦναι δίκην τῷ ἔρωτι αὐτοὺς ἔκοντας γλώττης ἀδίκου legendum τήμερον, καὶ κατὰ τ. Ἀ: ſi cui diſpliceat ἔκοντας, non repugnem ἐρῶντας corrigi. Syneſius Or. de Regno p. 26, A: ἀναμάχεσθαι τὸ κλέος·

P. 25, A: εἰς τοσοῦτον ἀγῶνα κατέστησας.] Legendum: εἰς τοσοῦτο τὸν ἀγῶνα μετέστησας· Senſus est; *praelium eo restituisti*, ſeu, *pugnam in eum exitum reduxisti*. Sic Libanius Or. Parental. in Julian. §. 21. ap. Fabric. B. G. VII. p. 246: πρὸς τοσοῦτον τὸ πρᾶγμα μετέστησεν, ὥσθ' οἱ λυπήσειν μέλλοντες ἀπεστρέφοντο· non male redditur: *adeo rerum faciem immutavit*. Sine Praepoſitione dixit Iſocrates Nicocl. p. 45: τὴν ἀρχὴν

χὴν πάλιν ἀνέλαβεν — καὶ τοσοῦτον μετέστησεν, ὥστε μηκέτι Φοίνικας Σαλαμινίων τυραννεῖν· Panathen. p. 400: τοσοῦτον τὰ πράγματα μετέστησεν, ὥστ' εἰθισμένων τῶν Βαρβάρων τὰς μεγίστας πόλεις τῶν Ἑλληνίδων καταλαμβάνειν, ἐποίησε τοὺς Ἕλληνας, ἃ πρότερον ἔπασχον, ταῦτα δύνασθαι ποιεῖν.

P. 25, B: Ἀλλ' ἴσως φήσει τις, τὸ μηδέποτε τῶν πολεμίων ἥττον ἔχοντα ἀπελθεῖν εὐτυχὲς καὶ εὔδαιμον ἡγῆ, τὸ δὲ ἀντιστῆναι τῇ τύχῃ ῥωμαλεώτερον, ὃ καὶ μείζονος ἀρετῆς ὑπάρχει σημεῖον.] Reſingo: —— ἡγῇ· ἐγὼ δ' αὖ φαίην, ὅτι τὸ ἀντιστῆναι τῇ τύχῃ ῥ. κ. μ. ἀ. ὑπ. σ. *At dicat quis forte, tune vero felicem ac beatam praedicas ſortem ejus, qui numquam inferior e pugna discesſerit, etiam ſi non vicerit. Ego vero contra dicam, reſiſtere fortunae & fortius esſe, & majoris virtutis indicium.*

P. 26, B: Ἀλλ' ὅπως μὴ μακρότερον περὶ τούτων λέγων, τὸν ὑπὲρ τῶν μειζόνων καιρὸν ἀναλώσω, πειράσομαι λοιπὸν τὸ μετὰ τοῦτο περιστὰν ἡμᾶς τῶν πραγμάτων πλῆθος·] Verbum *deesſe, notavit* in margine Petavius: cujus nota in Lipſienſi editione omisſa est. Si quae esſet auctoritas Schwebelii ad L. Bos. de Ellipſ. p. 418, poteramus διηγεῖσθαι ſubaudire: ſed raro est ubi ille non Ellipſin fabricetur: & hanc quidem uno eoque corrupto Theocriti Id. XV, 25, loco adſtruit. Omnino Infinitivus quidam hic deſideratur. Triplex ſe mihi obtulit emendandi via, quarum quae ſit vera non auſim dicere: quae ſit veriſimilior, in legentium judicio repono. Primum igitur, in promtu est λοιπὸν mutare in λέγειν· Secundo, in locum verbi πειράσομαι posſit ſub-

 ſtitui

ſtitui διαπεράσομαι; nam περαίνω, ut in Activo narrandi ſignificatione frequentisſimum est, ita non infrequens in Medio. Plato Phaedr. p 352, A: πάντα τὸν ὕςερον λόγον διεπεράνατο· Dio Chryſ. Or. IV. p. 72, B: τὸν ἑξῆς διεπέραινε λόγον. Julianus, Or. II. p. 93 A: τοὺς ἑξῆς ἐπεραίνομεν λόγους. Tertia via est, quâ verbum Infinitivum excidisſe ſtatuamus, cum Petavio: quod quidem verbum ego putem ἀποδεῖξαι, vel ἐπιδεῖξαι, fuisſe. Nam & ſupra tractato a nobis loco p. 10. A, plane ſimili est forma: & apud optimos Auctores frequentatur. Thucydides III, 63: ὡς δὲ ὑμεῖς — ἀξιώτεροί ἐςε πάσης ζημίας, πειρασόμεθα ἀποφαίνειν· Plato Apol. Socr. p. 361, G: ὡς δὲ τοῦτο οὕτως ἔχει, πειράσομαι καὶ ὑμῖν ὑποδεῖξαι· Iſocrates Panathen. p. 401: ὡς ἂν δύνωμαι συντομώτατα πειράσομαι δηλῶσαι τούς τ' ἐπιςρατεύσαντας τῇ πόλει· Polybius III, 59: πειρασόμεθα δηλοῦν τοὺς — ἀγῶνας· Johannes Chryſ. T. I. Homil. XXII. p. 250, B: καὶ ἵνα μάθῃς ὅτι τοῦτ' ἐςὶν ἀληθὲς, ἀπὸ τῶν συμβαινόντων τῇ πόλει τοῦτο ἀποδεῖξαι πειράσομαι·

Ib. Γαλατίᾳ μὲν συνεφεςῶτα τῷ τυράννῳ, τῷ ἀδελφῷ τῷ σῷ ἐβούλευσε τε καὶ ἐτέλεσε τὸν φόνον] Significatur Conſtans a Magnentio interfectus· Exquiſitum est βουλεύειν τινὶ φόνον, rarius etiam conjunctum cum τελεῖν· Haud disſimile est Xenophonteum illud Hist. Gr. VI, 4, 35: ἀποθνήσκει αὐτοχειρίᾳ μὲν ὑπὸ τῶν τῆς γυναικὸς ἀδελφῶν, βουλῇ δὲ ὑπ' αὐτῆς ἐκείνης· Dionyſ. Hal. A. R. II. p. 116: de Romuli morte: διὰ ταύτας δὴ λέγουσι τὰς αἰτίας συςάντας ἐπ' αὐτῷ τοὺς πατρικίους βουλεῦσαι τὸν

φόνον,

φόνον, πρᾶξαι δὲ τὸ ἔργον ἐν τῷ βουλευτηρίῳ. Epigramma quod ſub Anacreontis nomine exſtat ap. Reisk. Anthol. 425. ap. Brunck. T. I. p. 117: Πρηξιδίκη μὲν ἔρεξεν, ἐβούλευσεν δὲ Δύσηρις Εἷμα τόδε· ξυνὴ δ' ἀμφοτέρων σοφίη· Pindarus ap. Plutarch. T. II. ἑκόντι δὲ βουλεύοντα φόνον, ἑκόντα χρὴ πλάθυμμον εὑρεῖν· Sophocles Aj. 1075: στρατῷ ξύμπαντι βουλεύσας φόνον· Euripides Hecub. 1561: ἄνακτι τόνδε βουλεῦσαι φόνον· Herodotus, IX, 110: τῇ Μασίστεω γυναικὶ ἐβούλευε ὄλεθρον· Ephorus ap. Athen. VI. p. 233, A: τῷ ἀνδρὶ θάνατον ἐβούλευσεν. Pauſanias. p. 25. 179. 180. 215. 531. 872. Libanius T. II. Or. XI. p. 347, C: φθόνῳ δὲ τὸν εὐεργέτην λαβὼν ἐβούλευε θάνατον· T. I. Narrat. II. p. 3. D: per tmeſin, βουλεύει φόνον ἐπ' αὐτῷ, pro ἐπιβουλεύει αὐτῷ φόνον· Idem exſtat in Theone Sophiſta Ed. Bas. p. 112. Syneſius Ep. XLIV. p. 181, D: οὐ πράξας ἀλλὰ βουλεύσας τὸν φόνον· Alia ſunt apud H. Steph. Th. G. L. T. I. p. 769. A. & *Taylorum* ad Lyſ. p. 47. Ed. Reisk.

P. 26, C: ὑπὲρ αὐτοῦ δεδιὼς καὶ τρέμων, μὴ πρὸς τῶν τυράννων κρατηθείη.] A Demosthenis conſuetudine hoc fluxiſſe dicam, cujus est valde nobilis locus Or. Pro Coron. p. 350, B: λαγὼ βίον ἔζης δεδιὼς καὶ τρέμων, καὶ ἀεὶ πληγήσεσθαι προσδοκῶν· Quae imitatus est Lucianus Somn. 9. 13: ubi notata viris doctis hac augeantur acceſſione locorum Libanii: Declam. XXXII. p. 734, C: δεδιὼς πολιτεύεται καὶ τρέμων καὶ ἀεί τι παθεῖν προσδεχόμενος ὅμοιον· Orat. de Ulciscendâ Caede Juliani, §. 9: ap Fabric. B. G. VII. p. 157:

homo ita in animum debet inducere ſuum, ut futurus ſit unus ex numero eorum, qui Deum ſequantur. VI. p. 614, H: μηκέτι — ὡς ἄρξων διανοηθήτω: *ne cogitet, ſe amplius magiſtratum geſturum eſſe.* Demoſthenes Adv. Polycl. p. 710, A: ὡς — [illegible] ἐκεῖνα διανοοῦ. Pauſanias Boeot. 13: p. 737: τοὺς τελευτῶντας διενοοῦντο, ὡς θάψοντες: *eo animo erant, ut mortuos ſepelirent.* Idem p. 215. Lucianus Dial. Mort. II. p. 337: οὕτω γινώσκετε, ὡς οὐδὲ παυσομένου μου. Syneſius Or. de Regn. p. 13, B: διανοεῖσθαι — ὡς δεῖ [illegible]. Similis eſt uſus Participii Praeſentis. Euripides Med. 1322: Ὡς οὐκ ἔτ' ὄντων τῶν τέκνων φρόντιζε δή. Iſocrates ad Nicocl. p. 24: ὡς καὶ τῆς παιδεύσεως καὶ τῆς ἐπιμελείας δυναμένης τὴν ἡμετέραν φύσιν εὐεργετεῖν, οὕτω διάκειο τὴν γνώμην. Lucian. Scyth. p. 867: οὕτω τοίνυν γίνωσκε, ὡς εὐδαιμονέστατος ὤν. Ceterum Libanius Baſilic. p. 117, D. de hoc Perſarum impetu ait: οὐκ ἀπὸ βραχείας γνώμης εἰς τὸν πόλεμον κατέστησαν: quod a Thucydide ſumſit III, 36: οὐ γὰρ ἀπὸ βραχείας διανοίας ἐδόκουν τὴν ἀπόστασιν ποιήσασθαι.

P. 27, B: ἀπεταφρεύετο μὲν ἡ πόλις κύκλῳ τοῖς χώμασιν, ἐπέῤῥει δὲ Μυγδόνιος, πελαγίζων τὸ περὶ τῷ τείχει χωρίον, καθάπερ ὁ Νεῖλος, φασὶ, τὴν Αἴγυπτον] Elegans, luminibus frequens, & perſpicua oppugnatae a Perſis urbis Niſibis deſcriptio: quam haud ſcio an Heliodorus ſecutus ſit in deſcribenda Syenae urbis oppugnatione, Aeth. IX. Ipſe Julianus imitatus videtur Aeſchylum Perſ. 388, ſequ. Quod univerſe monuiſſe ſatis ſit, ut veſtigia imitationis, qui vult, ipſe colligere poſ-

sit.

ſit. Ante Μυγδόνιος deſidero articulum ὁ, qui abeſſe nequit. Πελαγίζειν ſolemne eſt de fluvio agros inundante. Herodotus I, 184: ἐώθεε ὁ ποταμὸς ἀνὰ τὸ πεδίον πᾶν πελαγίζειν. Achilles Tat. IV. p. 249: ὅταν γὰρ (ὁ Νεῖλος) τὴν πᾶσαν γῆν πελαγίσῃ. ubi vid. Salmas. cui adjungatur Dorvillius ad Charit. p. 698.

P. 27, D: καὶ κύκλῳ τὸ τεῖχος ἐπήχει οἰμωγὴ βαρβάρων ὀλλύντων μὲν οὐδαμῶς, ἀπολλυμένων δὲ πολυτρόπως, καὶ τιτρωσκομένων ποικίλοις τραύμασι· Τίς ἂν ἀξίως τῶν δρωμένων διηγοῖτο·] Ultimum verbum revocandum e codice Voſſiano, loco vulgati διηγεῖτο· Porro illud Aſyndeton, ſeu, abſentia nexus duarum periodorum, corruptelæ ſuſpicionem injicit, & eo me ducit, ut putem Julianum ſcripſiſſe —— τραύμασι· ἀλλὰ τίς ἂν ἀξίως τ. δ. δ. Denique animadvertendum eſt, reſpici ad Homericum illud Il. Δ, 450:

Ἔνθα δ' ἅμ' οἰμωγή τε καὶ εὐχωλὴ πέλεν ἀνδρῶν
Ὀλλύντων τε καὶ ὀλλυμένων· ῥέε δ' αἵματι γαῖα.

De quo notavi Biblioth. Crit. Vol. I. P. II. p. 65, 66.

Ib. πῦρ μὲν ὑπὸ τῶν ἀσπίδων· ἐξέπιπτον δὲ τῶν ὁπλιτῶν ἡμίκαυτοι λίαν πολλοί· ἄλλοι δὲ ἀποδιδράσκοντες τὴν φλόγα, τὸν ἐκ τῶν βελῶν οὐκ ἀπέφευγον κίνδυνον· ἄλλοι μὲν ἔτι νηχόμενοι τὰ νῶτα τρωθέντες εἰς βυθὸν κατεδύοντο· οἱ δὲ ἐξαλλόμενοι τῶν μηχανημάτων, πρὶν ὕδατος ἅψασθαι βληθέντες οὐ σωτηρίαν, κουφότερον δὲ εὕραντο θάνατον] Duo vitia ſubeſſe videntur. Pri-

Primum est illud quod, [illegible] in [illegible]: i. e. ignis *quidem continetur in [illegible] graviter animatorum.* Ita enim [illegible] [illegible] tantum. ſed pro [illegible] accipiendum. Deinde ἄλλα μὲν ἔτι [illegible], corrigendum ἀλλ' ὁ μὲν ἔτι [illegible] quod viderat etiam Reiskius.

P. 28, A: τοὺς δὲ οὐδὲ [illegible] [illegible] τῷ πρόσθεν [illegible]] Acquieſco in elegantia conjecturae Petavianae, τοὺς δὲ οὐδὲ ἢ [illegible] [illegible] Significantur enim ii qui *fame perierant*; de quibus mentionem facit Julianus Or. II. p. 66, C.

Ib. Τοῦτον ἥλιος ἐπεῖδε τὸν μέγιστον [illegible] [illegible] τὸν [illegible] χρόνον] Gravis & efficax ad ſenſum figura. Ita Antiochus Philoſophus de pugna Luculli contra Tigranem, ut refert Plutarchus T. I. p. 511, B: ταύτης τῆς μάχης Ἀντίοχος ὁ φιλόσοφος ἐν τῇ περὶ θεῶν γραφῇ μνησθεὶς, οὔ φησιν ἄλλην ἐφεωρακέναι τοιαύτην τὸν ἥλιον. Joſephus A. I XII. p. 425, B: μὴ ταῦτ', εἶπεν, ἥλιος ἐπίδοι γενόμενα Pauſanias p. 668. 678. Herodianus I, 5, 15: ἐμοῦ δέ με εἶδε ἥλιος ἄνθρωπον καὶ βασιλέα Libanius ſaepe: & appoſite Themiſtoclem de Salaminiâ pugnâ dicentem facit T. I. Declam. XXI. p. 536, D: —— ἔργον ὑπ' ἐμοῦ πεπραγμένον οἷον οὔπω πρότερον ἐπεῖδεν ὁ ἥλιος XIX. p. 500, A: T. II. Or. I. p. 60, B. V. p. 153, D. X. p. 276, A: D. de pugna Juliani: καὶ ὁ μὲν ἥλιος, τοιαῦτα ἔργα ἐπιδὼν, [illegible] Or. VI. edit. Bongiovan. p. 108: Aliud est Thucydideum illud de Echinadibus inſulis adhuc ſub mari latentibus, II, 102: χέρσα — [illegible] ὑπὸ ἡλίου [illegible]

P.

P. 28, B: Ταῦτα τὴν παλαιὰν ἀλαζονείαν ἤλεγξε τῶν Μήδων τῦφον ὄντα κενόν·] Vix dubitem quin hoc Juliano e cognitione & conſuetudine Plutarchi venerit, cujus ſimilia ſunt dicta. Veluti T. I. Artox. p. 1021, C: Graeci, quos Xenophon reduxit, dicuntur ἐξελέγξαντες καὶ ἀποφήναντες τὰ Περσῶν καὶ βασιλέως πράγματα χρυσὸν ὄντα πολὺν καὶ τρυφὴν καὶ γυναῖκας, τὰ δὲ ἄλλα τῦφον καὶ ἀλαζονείαν· Lyſandr. p. 436, B: βουλόμενος ἐλέγξαι τὴν Φιλοτιμίαν ἀλαζονικὴν καὶ κενὴν οὖσαν· Sunt vero haec nomina verbaque frequenter in Perſas collata. Auctor Ageſilai Xenophontei IX, 1. Ariſtides T. I, p. 243, & paſſim. Themiſtius Or. II. p. 36, C. IX. p. 143, A. XIII. p. 165, B. Syneſius Or. de Regn. p. 19, A.

P. 28, B: Ὁ μὲν ἐπειρᾶτο πλεῖν καὶ πεζεύειν ἀπεναντίας τῇ Φύσει, ὥσπερ οὖν ᾤετο, καὶ κρατῶν ἠπείρου Φύσεως καὶ θαλάττης, ἀνδρὸς Ἕλληνος ἡττᾶτο σοφῆς, καὶ ῥώμης κρατίστης οὐ τρυφῇ μεμελετηκότων, οὐδὲ δουλεύειν, ἀλλ' ἐλευθέρως ἄρχεσθαι καὶ πονεῖν εἰδότων.] Priori hujus dictionis parti ſanitas reſtituenda transpoſito καὶ in hunc modum: καὶ; ὥσπερ οὖν ᾤετο κρατῶν κ. τ. λ. In codice Voſſiano eſt ἀπεναντίας τῇ Φύσει μαχόμενος. ὥσπερ οὖν κ. τ. λ. Quod Spanhemius amplectitur, ego non item. Equidem non negem Graecum eſſe ἀπεναντίας τινὶ μάχεσθαι. Sic Herodotus III, fin: ἀντία Ἀθηναίων καὶ τῶν συμμάχων ἐστρατήγησε. Thucydides I, 29: ἔπλεον ἐπὶ τὴν Ἐπίδαμνον, Κερκυραίοις ἐναντία πολεμήσοντες· Xenophon. Hist. Gr. VI, 1, 4: ὑμῶν σὺν αὐταῖς τὰ ἐναντία ἐμοὶ στρατευομένων.

Ariſtides Or. Leuctr. IV. p 358, ἐναντία αὐτοῖς πεπολεμηκότες, Or. Plat. I. p. 77: ἐναντία ἀλλήλοις ναυμαχοῦντες. Onoſander XXII. d. 86: τοὺς ἐξ ἐναντίας μαχομένους diſtinguit ab iis, qui a tergo irruunt. Sed ipſa ratio poſtulat, ut ἀπεναντίας τῇ Φύσει jungatur cum πλεῖν & πεζεύειν: neque uſus repugnat. Ita Ariſtides T. I. p. 11. ἦσαν γὰρ ἀπεναντίον τοῦ γένους αὐτῇ· Libanius T. I. p. 118, C: ὁρᾷς τοὺς καρποὺς ὡς ἀπεναντίας τῇ ῥίζῃ πεφύκασι· Joh. Chryſ. Homil. Antioch. IX. p. 113, D: πρὸς γῆν βλέπει ἀπεναντίας τῷ πυρί· Hoc de Xerxe dictum proverbii vim habet. Lucianus T. I. p. 97: τῷ μεγάλῳ βασιλεῖ, ᾧ καὶ θάλατταν εἶξαι Φασὶ, καὶ τῆς αὐτῶν Φύσεως ἐκστῆναι· Copioſus est in hoc argumento Themiſtius Or. II. p. 36, C; Juliano idem forte obverſatus. Ἀνδρὸς Ἕλληνος ἡττᾶτο σοφίας convenit cum Aeſchylo Perſ. 355, & 361, ubi Xerxes dicitur, οὐ ξυνεὶς δόλον Ἕλληνος ἀνδρός· quamquam hic non ipſum Themiſtodem ſignificavit, de quo haec formula tamquam locus communis celebrata est. Aeſchines Socrat. ap. Ariſtid. T. II. p. 222: καὶ τότε ἅμα βασιλεὺς ᾔσθετο τὰ ἑαυτοῦ πράγματα ἀσθενέστερα ὄντα, ᾧ ἡμέρᾳ ἀνδρὶ ἑαυτοῦ σπουδαιοτέρῳ ἐνέτυχεν· Corn. Nepos Themiſtocl. V: *Sic unius viri prudentia Graecia liberata est, Europaeque ſuccubuit Aſia.* Similiter Ariſtides T. I. p. 65, ait Xerxem, ὃν οὔτε γῆ οὔτε θάλασσα ἐχώρει ἱκανῶς, ἑνὸς ἀνδρὸς γνώμῃ κρατηθέντα· Denique illa Graecorum laus, qua libertatis ſtudio non impediuntur quominus ducum imperio obtemperent, ducta est ex

Ae-

Aeſchylo Perſ. 810. & Herodoto VII, 101 —— 104.

Ibid: τῇ μανίᾳ τοὺς Ἀλωάδας ὑπερβαλλόμενος μονονουχὶ τὸ πλησίον ὄρος ἐγχειρήσας ἀμφικαλύψαι τῇ πόλει.] De Alcadibus nota est fabula Homeri Od. Λ. 404, ſequ. Olympo Osſam Peliumque montes impoſituris aditumque in coelum meditantibus. Simul eam partem fabulae ſignificat Julianus quam refert Apollodorus I, 7: καὶ τὴν μὲν θάλασσαν χώσαντες τοῖς ὄρεσι ποιήσειν ἔλεγον ἤπειρον, τὴν δὲ γῆν θάλασσαν. Dictio ſumta est ex aliis Homeri Od. Θ, 569. N, 154, 160: — μέγα δέ σφιν ὄρος πόλει ἀμφικαλύψαι.

P. 29, A: ἐπὶ τὴν Εὐρώπην ἀκμῆτας ἦγες τὸ στράτευμα] Animadvertendus leniter, non acriter exagitandus, est Petavii doctisſimi viri lapſus, pro τὸ στράτευμα corrigere tentantis τοὺς στρατιώτας. Sic Julianus ſupra p. 24, A: ταῦτα δρῶντες τὸ στράτευμα. Plutarchus Mario p. 418, C: ὅ τε στρατὸς —— συνηλλάλαξαν. Philoſtratus Heroic. p. 709: ὁ στρατὸς ἄθυμοι ἦσαν. Herodianus V, 4: ὁ δὲ στρατὸς ἑκατέρωθεν ἐμάχοντο. Libanius T. II. Orat. De Vita Sua. p. 2, A: μεγίστους εἶναι συνέβη γένος τοὐμόν. ita Reiskius dedit e codicibus pro vulgato μέγιστον ε. σ. γ. τ. Or. X. p. 281, D: ὁ στρατὸς ἀντιπροσώπων. Nimiâ licentiâ uſus est Procopius Bell. Perſ. I. p. 251, D: οἱ στράτευμα γνόντες τοῦτο: putem ab eo ſcriptum fuiſſe τὸ στρ. Plura dedit Dorvillius ad Char. p. 298.

P 29, A: Γαλατῶν οἶμαι καὶ Κελτῶν εἰς ταυτὸ πνευσάντων

των καὶ φερομένων ἐπ' αὐτὴν καθάπερ χειμάῤῥου ἐξαίφνης·] In ejusmodi conſtructione οἶμαι est *nimirum*: ne quis forte ὁμοῦ corrigere tentet. Porro legendum χειμάῤῥους. Fuit quidem quum cogitarem de Ellipſi Adverbii δίκην, *inſtar*, a quo Genitivus penderet. Sed de hac neque hic est cogitandum, & alio dicemus loco. Julianus infra p. 34, C: Κελτοὶ καὶ Γαλάται, ἔθνη —— πολλάκις μὲν ἐπιῤῥεύσαντα καθάπερ χειμάῤῥους ἀνυπόστατος Ἰταλοῖς καὶ Ἰλλυριοῖς. Pſeudo-Plutarchus De Educat. VIII, 17: πόλεμος χειμάῤῥου δίκην πάντα σύρων καὶ πάντα παραφέρων. Libanius Or. X. p. 287, C: de Juliano dicens: ὥσπερ χειμάῤῥους ἐφέρετο παντὸς ἐμποδίσματος κρείττων ἀεὶ γιγνόμενος. Joh. Chryſ. T. II. Homil. XXXV. p. 596, E: καθάπερ γὰρ χειμάῤῥους σφοδρῶς ἐπελθὼν ἅπαντα παρασύρει καὶ ἀπόλλυσι, τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον καὶ οὗτοι οἱ βάρβαροι πᾶσι τούτοις τοῖς ἔθνεσιν ἐπελθόντες πάντας ἄρδην ἀπώλεσαν.

Ib: Κατέλαβον μὲν γὰρ τὸν λόφον ἐκεῖνον οὗ τὸ τοῦ Διὸς ἀφίδρυται βρέτας, γέῤῥοις δὲ καὶ τοῖς τοιούτοις οἱονεὶ τείχει φραττόμενοι κ. τ. λ.] Proprium est ἱδρῦσθαι *de templis, ſtatuis, & ſacris aedificiis*. Hinc ἵδρυμα apud Euripidem Suppl. 601. Dan. 3. Plato Rep. IV. p. 448, B. ἱερῶν ἱδρύσεις. Numenius ab Euſeb. P. E. IX. p. 411, C: ἱδρύσεις dixit *templorum exſtructiones*, quod Vigerius minus recte vertit *inſtituta*. Pro τοῖς τοιούτοις Voſſianus codex habet τισὶ τοιούτοις: quod melius videtur. Ita Julianus Miſopog. p. 341, B: σκεπάζοντες αὐτὰς — ὥσπερ ἱματίοις, τῇ καλάμῃ τοῦ πυροῦ, καὶ τοιούτοις τισὶν

ὅσα

ὅσα εἴωθεν εἴργειν τὴν ἐκ τοῦ ἀέρος ἐπιγιγνομένην τοῖς δένδρεσι βλάβην. Ceterum de re ipſâ ſimiliter fere Plutarchus Camill. p. 131, F: τὴν γὰρ ἄλλην πόλιν προϊέμενοι, τὸ Καπετώλιον ἐφράξαντο βέλεσι καὶ διατειχίσμασιν.

P. 30, B: οὐδαμῶς εὔλογον ἅπαξ ἑλόμενον ἁπάντων εἰς δύναμιν μνησθῆναι τῶν σοὶ πραχθέντων, ἀκμαζουσῶν ἔτι τῶν πράξεων ἀφεῖναι τὴν διήγησιν·] *Quum ſemel ſuſcepi res tuas memorare.* Ita Julianus Or. II. p. 91, D: ἑλόμενος ἅπαξ, *quum ſemel elegerit.* Hoc forte reſtituendum Luciano Nigrin. 2. T. I. p. 51: ὁ δὲ ἅπαξ ἀρξάμενος — περὶ τούτων λέγειν, pro vulgato ὁ δὲ ἀπαρξάμενος, κ. τ. λ. Sic Xenophon Hist. Gr. VII, 2, 9: ἐπεὶ δὲ ἅπαξ ἤρξαντο ἐπαινεῖν. Proxima reddenda ſunt: *relinquere narrationem, quam adhuc ad medium rerum tuarum certamen adduxi.* Valet hoc loco uſus verbi hic, ut quod *narramus* dicamur *facere.* De quo conſulatur Hemſterhuſius ad Thom. M. p. 188.

P. 30. C: οὐκ οἶδα παρ' ὅτου δαιμόνων ἐξαιρεθεὶς τὸν νοῦν καὶ τὰς φρένας.] Homericum est Il. Z. 234:

Ἔνθ' αὖτε Γλαύκῳ Κρονίδης φρένας ἐξέλετο Ζεύς·

Quo uſus etiam est Maximus Tyr. III, 5.

P. 31, B: διὰ τὸν ἐφεδρεύοντα τοῖς καιροῖς.] Demoſthenicam eſſe dictionem monuit Spanhemius, ex Philipp. IV. p. 54, C: οὐκοῦν βούλεται τοῖς αὑτοῦ καιροῖς τὴν παρ' ὑμῶν ἐλευθερίαν ἐφεδρεύειν· Similes ſunt formae apud eundem Olynth. III. p. 14, B: ἐφορμεῖν τοῖς καιροῖς. Phi-

 lipp.

lipp. I. p. 53, B: τοῖς δ' ἀγαθοῖς ἐφεδρεύων ἕτερος καθέζεται. Onoſander VIII. p. 41: καιροῖς ἐφεδρεύων. XXXVI. p. 109, ubi alia protulit Schwebelius. Demoſthenis locos imitatus est uterque Chryſoſtomus: illum Dio Or. XXXVIII. p. 480, C: ἐφορμεῖτε ἀλλήλαις αἱ πόλεις: hunc Johannes Homil. Antioch. XIV. p. 158, E: ὁ γὰρ πονηρὸς δαίμων ἐκεῖνος, ὁ τοῖς ἀγαθοῖς ἐφεδρεύων ἀεὶ τοῖς ἡμετέροις· Eadem fere notione Euſebius contra Hieroclem. p. 431: φαύλους δαίμονας ψυχαῖς ἀνθρώπων καὶ σώμασιν ἐφεδρεύοντας.

P. 31, B: Ἐβούλευσα καλῶς, μόνον εἶναι τὸν ἐθέλων τὸ κατόρθωμα. καὶ παρεὶς ἐπὶ τὸ βῆμα μετὰ τοῦ σέως συνήχοντος.] In eodem argumento pares huic ſunt loci Themiſtii: Or. II. p. 36, 37. III. p. 45, C: εἶδον, βασιλεῦ, καὶ τὸ βῆμα, ἐφ' οὗ δημηγορῶν αἰχμάλωτον εἷλες τὸν παραλυρήσαντα εἰς τὴν ἀλουργίδα· εἶδον τὸ σὸν τρόπαιον ἀτεχνῶς, ὃ μήτε ὁπλίτης συνανέστησε, μήτε ἱππεὺς, μήτε τοξότης. II. p. 37, A. Julianus. Or. II. p. 76. D. In alio argumento eandem ſententiam protulit Polyaenus IV, 2, 9: Φίλιππος οὐκ ἐλάττω διὰ ὁμιλίας, ἢ διὰ μάχης κατειργάζετο· καὶ, νὴ Δία, μεῖζον ἐφρόνει ἐφ' οἷς διὰ τῶν λόγων ἐκτᾶτο, ἢ διὰ τῶν ὅπλων· τῶν μὲν γὰρ κοινωνεῖν αὐτῷ τοὺς ςρατιώτας, τῶν δὲ αὐτῷ μόνῳ μετεῖναι. Locus communis divinitus a Cicerone tractatus est, Or. Marcell. 2: *At vero hujus gloriae, C. Caeſar, quam es paulo ante adeptus, ſocium habes neminem. Totum hoc, quantum cumque est, quod certe maximum est, totum est, inquam, tuum. Nihil ſibi ex iſta laude centurio, nihil praefectus,*

nihil

nihil cohors, nihil turma decerpit. Ceterum in hoc Juliani loco pro παρεὶς legendum παρέχεις·

P. 31, C: καὶ εἰς τὸν οὐρανὸν τὰς χεῖρας ὤρεγον σιγῇ, καὶ ταῦτα δρῶντες ὡς μηδεὶς αἴσθηται.] Color ab Homero ductus videtur: apud quem Ajax cum Hectore pugnaturus Graecos admonet, Il. H, 194:

εὔχεσθε Διῒ Κρονίωνι ἄνακτι
Σιγῇ ἐφ' ὑμείων, ἵνα μὴ Τρῶέςγε πύθωνται·
Ἠὲ καὶ ἀμφαδίην, ἐπεὶ οὔτινα δείδιμεν ἔμπης.

Eodem fere modo Libanius Or. IV. Ed. Bongiov. p. 225: δακρύειν μὲν οὐ τολμῶν, ὡς οὐκ ἦν ἀσφαλὲς εἰ Σιλβανὸς πύθοιτο, στένων δὲ ἀδακρυτὶ τοῖς θεοῖς εὐχόμενος· Johannes Chryſ. Homil. Antioch. XIII. p. 148, D: καὶ πάντες κοινῇ πρὸς τὸν οὐρανὸν ἐβλέπομεν. καὶ τὰς χεῖρας ἀνετείνομεν σιγῇ, τὴν ἄνωθεν ἐκδεχόμενοι ῥοπήν·

P. 31, D: συνενθουσιῶντες τῷ λόγῳ] De hac dictione notavi in Biblioth. Crit. Vol. I. P. III. p. 48.

Ib. D Σὺ δὲ οὐ τὴν χεῖρα προσάγειν ᾤου δεῖν, οὐδὲ ἀφελέσθαι σὺν βίᾳ· ὁ δὲ ἄκων μὲν καὶ μόλις, εἴξας δὲ ὅμως ὀψέ ποτε, φησι, τῇ Θετταλικῇ, προσῆγέ σοι περιελόμενος τὴν ἁλουργίδα·] Principio lectio codicis Voſſiani recipienda: Σὺ δὲ οὐδὲ τὴν χεῖρα· Themiſtius de eadem re, Or. II. p. 37, B: καὶ οὐδὲ τὼ χεῖρε προσενεγκὼν ἀφαιρεῖται τὴν ἁλουργίδα κτλ ἰδιώτην ἀποφαίνει τὸν συλήσαντα τὸν βασιλέα· Ubi codex Ambroſianus habet — ἀποφαίνει τὸν ληρήσαντα τὴν βασιλείαν· Proxima est elegans formula & bonis Scrip-

toribus frequentata. Lucianus Ver. Hist. T. II. p. 140: ἄκουσα μὲν εἶπε δὲ ὅμως. Alciphron I, 38: ὀψὲ μὲν ὅμως δέ. Themiſtius Or. X. p. 133, B: μόλις μὲν οὖν καὶ χαλεπῶς, ἀλλὰ συνεπείσθη καὶ εἶξε. Libanius T. I. p. 155, D: ὀψὲ μὲν ἀλλ' ὅμως. Orat. Parental. in Julianum §. 79. ap. Fabric. B. G. VII. p. 305: ἄκων μὲν — εἶξε δὲ ὅμως ταῖς ἀνάγκαις. Choricius Or. in Procop §. 8. ap. Fabric. VIII. p. 846: ὀψὲ μὲν εἶλε τὸ θήραμα: ubi forte μὲν mutandum in γοῦν. Similia quaedam notavit Vir doctus in Obſ. Misc. Nov. Vol. III. p. 19. De Proverbiali dictione locis a Spanhemio notatis addantur Zoſimus I, 21: τῇ Θετταλικῇ λεγομένῃ πειθανάγκῃ χρησάμενος. Suidas V. Πειθανάγκη· Καὶ εἶξα τῇ Θετταλικῇ πειθανάγκῃ. Apud eundem est ſimplex etiam πειθανάγκη: ut apud Syneſium Or. de Regn. p. 26, A. Translate Pſellus Oper. Daem. p. 90: Λακωνικὴν πειθανάγκην fingit.

P. 32, C: Φίλοις συνεργεῖν ἐπαγγειλάμενοι, ἀπῄεσαν πολλάκις ἀπὸ τοῦ βήματος, τοῦ δήμου θορυβήσαντος, ὠχροὶ καὶ τρέμοντες.] Hac in comparatione Conſtantii cum praeſtantisſimis Veterum Oratorum, praeiverat Juliano Themiſtius Or. II. p. 37, B: καίτοι Περικλῆς ὁ Ξανθίππου — πολλάκις ἀπὸ τοῦ βήματος τῶν Ἀθηναίων κατέβη, ἀπαλλάξας ὡς οὐκ ἐβούλετο. Porro dubitari vix poteſt quin Julianus loco συνεργεῖν reliquerit συνηγορεῖν aut συνερεῖν.

P. 33, A: Τίς οὖν ἡ ῥώμη γέγονε τῶν λόγων; τίς δὲ ἡ πειθὼ τοῖς χείλεσιν ἐπικαθημένη, παντοδαπῶν ἀνθρώπων συνειλεγμένων, τὸ κέντρον ἐγκαταλιπεῖν ἰσχῦσαι ταῖς ψυχαῖς;] Sum-

ta haec ſunt e celebrato loco Eupolidis Comici de Pericle, de quo loco quae notaveram expromſi in Animadverſionibus ad Plutarchum de Ser. Num. Vind. p. 7. ſequ. Ceterum verſus Comici jam emendaverat H. Grotius Exc. Com. p. 499. De iisdem quaedam prodidit Ang. Politianus Miſc. Cap. XCI. Mentionem quoque fecit Quinctilianus, eos ad Xenophontem accommodans, Inſt. Or. X, 1. p. 903.

Ib. B: νίκην παρασχεῖν τῷ μεγέθει μὲν ἐνάμιλλον ταῖς ἐκ τῶν ὅπλων προγενομέναις, εὐαγῆ δὲ καὶ καθαρὰν, ὥσπερ ἱερέως ἐκ τοῦ Φωτῶντος, ἀλλ' οὐ βασιλέως ἐς πόλεμον ἔργον γενομένην, καὶ σιγμῷ· Ταύτης ἐκείνας τῆς πράξεως μακρῷ λειπομένης καὶ Πέρσαι θρυλλοῦσι.] Primum quidem legendum προσγενομέναις, partis, acquiſitis. Herodian. VII, 3: δόξαν ἐπὶ τροπαίοις προσγενομένην· Spanhemius ſuspicabatur Julianum e ſacris Chriſtianorum libris duxisſe illud de victoria Conſtantii dictum, quo eam *puram & incruentam, tamquam ſacerdotis a Deo misſi*, dicit. Atqui nullum veſtigium in Juliani ſcriptis exſtat, quo appareat eum oratorium colorem e ſacris Chriſtianorum vel Judaeorum libris duxisſe; contra etiam, dedita opera illud fugisſe videtur. Similiter Plato Epist. VII. p. 725, E: βασιλέα δὲ τῶν τοιούτων δικῶν μὴ ἐξεῖναι δικαστὴν γενέσθαι, καθάπερ ἱερέα φόνου καθαρεύοντα. Et hoc quidem a Themiſtii loco parallelo ſumtum est, Or. II. p. 37, C: ἀλλ' Ὀρφέα μὲν συναριθμοῦμεν τοῖς σοφοῖς καὶ θαυμασίοις (Ambroſ. θεσπεσίοις) ἀνδράσιν, εἴτε πιθανὸς ὁ Ὀρφεὺς ὅτι ὄρνιθας καὶ βοτὰ ἐκήλει τῇ δυνάμει τῆς μουσικῆς· τὸν δὲ πραΰναντα (Am-

broſ. addit καὶ ἀλέξοντα) καὶ μαλάξοντα ἄνδρας λεόντων αἰθαλεστέρους, ἐξημερώσοντα οὕτω καλῶ, ὡς σεμνοτέρῳ ὀνόματι καλλωπίζοντες (Ambroſ. καλλωπίζοντα.) ὑμνοῦσι μὲν οὖν Σπαρτιᾶται ἀναπαιστόν τινα καὶ ἔλεγον νόμον, δι᾽ ἧς Ἀρκάδων ἐκράτησαν μετὰ τὴν ἐν Λεύκτροις συμφοράν· ταύτης δὲ οὐκ οἶδα ἣν ἄν τις φαίη νόμον ἱεροπρεπεστέραν καὶ εὐγενεστέραν, οὐδὲ φιλοσόφῳ μᾶλλον προσήκουσαν. Quo loco pro εὐγενεστέραν legendum eſſe ἐναγεστέραν, & ante ſuspicatus ſum, & poſtea codice Ambroſiano firmatum reperi. In eadem comparatione verſatur Themiſtius p. 38, A: οὕτω δὲ ἄρα βασιλεὺς προφυλάξεται τὸ δαιμόνιον καθαρὰς φυλάξαι καὶ δικαίου φόνου τὰς χεῖρας μᾶλλον (ἢ addit Ambroſ.) Φερεκύδου καὶ Πυθαγόρου. Porro turbatam in proximis orationem ita reſtituendam conjecit Petavius: — ἐργαζομένην· Καὶ μὴν ταύτης εἰκόνα κ. τ. λ. Acute profecto. At neſcio quid Spanhemio in mentem venerit, quum vulgatam ita tueretur, ut ςιγμὴν de κέντρῳ, ſeu *aculeo orationis*, acciperet. Si retinendum ſit ςιγμὴν, intelligi debet *minima pars*, *minima ſimilitudo*: tum vero locum habere nequit εἰκόνα ἀπολειπομένην, ſed habendum pro gloſſâ, quae ex margine in orationem venerit. Hoc ſenſu est apud Demoſthenem Midian. p. 401, B: ἆρ᾽ ἂν εἴ γ᾽ εἶχε ςιγμὴν ἢ σκιὰν τούτου ὧν κατεσκεύαζε κατ᾽ ἐμοῦ, ταῦτ᾽ ἂν εἴασε. i. e. *Itane vero haec conceſſiſſet, ſi vel punctum aut umbram eorum, quae in me moliebatur, oſtendere potuiſſet?* Forte καὶ ςιγμὴν mutandum in καὶ ςρατηγοῦ aut in ἐκστρατευομένου. Exſtat στιγμὴν item vitioſum apud Pauſaniam

IX.

IX, 15: p. 740, in τιμῆς mutandum cum Sylburgio.

P. 33, C: πρὸς δὲ τὸν ἀσεβὲς μὲν ἢ παράνομον οὐδὲν εἰργασμένον, ἄπιστον δὲ τῇ γνώμῃ φανέντα, ἐλέγχοις, οἱ τὴν ἀπιστίαν ἐκείνου δείξουσι.] Legendum e Voſſiano libro ἐλέγχοις σοι κ. τ. λ: tum δεῖξαι pro δείξουσι. Pendent haec ab antecedenti ἐγὼ σοὶ γέγονεν. Senſus est: *Adverſus Vetranionem, qui impium quidem & ſceleratum nil perpetraverat, ſed animum oſtenderat infidelem erga te, certamen tibi fuit argumentis, quae perfidiam ejus convincerent.* Igitur punctum abſolutum inter κύριος & πρὸς in minus mutandum.

P. 33, C: ὁποῖον τὸν Φωκικὸν (πόλεμον) ἀκούομεν στῆναι.] Petavius corrigit συστῆναι; quod praetulerim, ſi libri ſcripti conſentiant: his tacentibus, non auſim vulgatam repudiare. Ἵστασθαι etiam ſignificat *eſſe*, ut recte monuit Dorvillius ad Chariton. p. 303. Herodotus VII, 9: πολέμους ἵστασθαι, *bella gerere.* Ib. 152: ἐπειδή σφι πρὸς τοὺς Λακεδαιμονίους κακῶς ἡ αἰχμὴ ἑστήκεε· *poſteaquam contra Lacedaemonios infeliciter bellaſſent.* Dionyſius Hal. A. R. II. p. 110: δι' ἃς ὁ πόλεμος εἱστήκει *propter quas bellum ortum erat.* III. p. 180: ὁ πρὸς τὰς Λατίνων πόλεις ἀνεστηκὼς τοῖς Ῥωμαίοις πόλεμος. legendum συνεστηκώς, reſtituta litera, quam antecedens abſtulit: ut apud Plutarchum T. II. p. 781, B: ὠφελείας ἄοικος, verum est ὠφελείας σύνοικος. Ibid. p. 958, A: ἔστη ποτὲ ὁ ἄνθρωπος ἄνευ πυρός. *fuit aliquando homo ſine igne*: haud ſcio an legendum ſit ἔζη.

P.

P. 33, D: τοὺς μὲν ἀνῄρηκεν· τοὺς δὲ ἐπεχείρησε συλλαβεῖν.] Libanius Or. de Ulciscenda Juliani Nece. §. 10. ap. Fabric B. G. VII. p. 158: οἱ μὲν ἀπέθνησκον, οἱ δὲ ἔμελλον· De formae elegantia expoſuit T. Hemſterhuſius ad Lucian. T. I. p. 449.

P. 34: Ἀνδράποδον γὰρ ἦν τῶν ἐκείνου προγόνων, τῆς ἀπὸ Γερμανῶν λείας λείψανον δυστυχὲς περισωζόμενον· ἄρχειν δὲ ἡμῶν ἐπιχειρεῖν ᾧ μηδὲ ἐλευθέρῳ προσῆκον ἦν νομισθῆναι, μὴ τοῦτο παρ' ἡμῶν λαβόντι·] Colores apparent Platonici ac Demoſthenici. Plato Menex. p. 402, F: ἄρχειν ἡμῶν — ἐπιχειρεῖς τῶν πρεσβυτέρων τηλικοῦτος ὤν· Meno. p. 19, B: σεαυτοῦ οὐδ' ἐπιχειρεῖς ἄρχειν ἵνα δὴ ἐλεύθερος ᾖς. Demoſthenes item duplici eoque nobili loco de Philippo Macedone Philipp. III. p. 48, A: οὐ μόνον οὐχ Ἕλληνος ὄντος οὐδὲ προσήκοντος οὐδὲν τοῖς Ἕλλησιν, ἀλλ' οὐδὲ βαρβάρου ἐντεῦθεν ὅθεν καλὸν εἰπεῖν· ἀλλ' ὀλέθρου Μακεδόνος, ὅθεν οὐδ' ἀνδράποδον σπουδαῖον οὐδὲν ἦν πρότερον πρίασθαι. Hinc emendandus Libanius Declam. XVI. T. I. p. 464, C. ubi Philippus Demoſthenem alloquens inducitur: ἥκεις εἰς Μακεδονίαν· εἰς Πέλλαν· ὅθεν; οὐδὲ ἀνδράποδον ἐμοί σε ὁ δῆμος Ἀθηναίων ἔδωκε. Quod bona fide reddit Morellus: *venis in Macedoniam? adis Pellam? unde? nec mancipium te mihi dedit populus Athenienſium.* In promptu est corrigere & ſupplere — εἰς Πέλλαν, ὅθεν οὐδὲ ἀνδράποδον σπουδαῖον ἦν πρίασθαι. Ἐμοί σ. ὁ δ. Ἀ. ἔ. Demoſthenes Olynth. III. p. 13, B: ὑπήκοος δὲ ὁ ταύτην ἔχων τὴν χώραν αὐτοῖς βασιλεὺς, ὥσπέρ ἐςι προσῆκον. βάρβαρος Ἕλλησι. Quod ipſum Orator ſumſit ab Euripide Iphig. Aul. 1400:

Βα-

Βαρβάρων δ' Ἕλληνας ἄρχειν εἰκὸς, ἀλλ' οὐ βαρβάρους,
Μῆτερ, Ἑλλήνων· τὸ μὲν γὰρ δοῦλον, οἱ δ' ἐλεύθεροι.

Reſpexit ad Tragici dictum Ariſtoteles Rep. I, 1: διό φασιν οἱ ποιηταὶ, Βαρβάρων δ' Ἕλληνας ἄρχειν εἰκὸς, ὡς ταὐτὸ φύσει βάρβαρον καὶ δοῦλον ὄν· Conſulatur etiam Valckenarius Diatrib. Fragm. Eur. p. 211. De Magnentio locus ſimilis eſt Themiſtii Or. II. p. 33, D: ita ex Ambroſiano codice legendus: ψυχὴ κακοῦργός τις τε καὶ ἔμπληκτος ταύτης ἦν αἰτία τῆς ἀταξίας, ἐπιθεμένη ἄρχειν ὧν οὐ προσῆκεν αὐτῇ γένει, καὶ παρωσαμένη τὴν ἔμφρονα μοῖραν καὶ τοῦ σπέρματος τοῦ ἀρχικοῦ πάντα χρήματα ἐτάραξε· Vulgo — ὧν οὐ προσῆκεν ἦν· αὐτῇ γέμων καὶ παρωσαμένη κ. τ. λ.

P. 34, B: Ἐπιλείψει με τἀκείνου διηγούμενον ὁ χρόνος ἀδικήματα καὶ τῆς τυραννίδος τῆς καταλαβούσης τὸ μέγεθος· Ἀλλὰ τῆς παρασκευῆς τῆς εἰς τὸν πόλεμον, ἣν κατέλαβε μὲν ἐπὶ τοὺς Βαρβάρους, ἐχρήσατο δὲ ἐφ' ἡμᾶς, τὴν ἰσχὺν τίς ἀξίως παραστήσει.] Formula initio poſita cum elegans eſt, tum optimis Scriptoribus frequens. Iſocrates Demonic. p. 4: ἐπιλίποι δ' ἂν ἡμᾶς ὁ πᾶς χρόνος, εἰ πάσας τὰς ἐκείνου πράξεις καταριθμησαίμεθα· Juncus ap. Stob. Serm. CXVI. p. 598, fin: εἰ γὰρ ἐθελήσαιμι τούτων γε πέρι καὶ τῶν ὁμοίων γίγνεσθαι, ἐπιλείψει με ὁ σύμπας χρόνος· Julianus ſupra p. 28, A: ἐπιλείψει με, καθ' ἕκαστον εἰ πᾶσιν ἐπελθεῖν βούλοιμην, ὁ χρόνος· Auctor Ep. ad Hebr. XI, 32: ἐπιλείψει γάρ με διηγούμενον ὁ χρόνος. Ubi multa contulit exempla Wetſtenius, etiam alterius formulae magis illius uſitatae, ἐπιλείψει με ἡ ἡμέ-

ρα.

μα. Deinde in loco Juliani bis exſtat verbum καταλαμβάνειν; primo recte, ſecundo vitioſe. Nam & res graviores, bellum, tyrannis, morbus, & omnia tempora, dicuntur καταλαμβάνειν, neutre: veluti πόλεμος καταλαμβάνει, *bellum incidit, exiſtit:* quod jam docuerunt H. Stephanus Th. L. Gr. T. II. p. 571. & T. Hemſterhuſius ad Lucian. T. I. p. 16; ubi nec hunc ipſum Juliani locum neglexit. Sed poſtremo loco pro κατέλαβε e Flexienſi & Pariſienſi legendum κατέβαλε, ut ſit *apparatum quem inſtruxit, inſtituit, cujus fundamenta jecit;* aut potius κατεβάλετο, quae ſignificatio in Medio Verbo frequens est, in Activo vix occurrit. Nam quod est apud Porphyrium De Abſtin. III, 10, p. 239: ἀνὴρ μὲν οἰκοδόμος οἰκίας θεμέλια οὐκ ἂν καταβάλλοι, ὅτι μὴ νήφων, οὐδὲ ναυπηγὸς νεὼς τρόπιν μὴ ὑγιαίνων: puto legendum eſſe καταβάλλοιτο μὴ νήφων, non ſolum ductus infrequentia Activi, ſed & loci ſtructura, & imitatione Platonis Legg. VII, p. 633, E: ναυπηγὸς τὴν τῆς ναυπηγίας ἀρχὴν καταβαλλόμενος, τὰ τροπίδια ὑπογράφεται. Ita καταβάλλεσθαι *eſt fundamenta jacere, condere*, apud Polybium X, 24: Plutarchum T. I. Demetrio. p. 910, A: στόλον δὲ νεῶν ἅμα πεντακοσίων καταβαλλόμενος: apud eundem T. II. p. 329, A, *ſectam condere*, τὴν Στωϊκὴν αἵρεσιν καταβαλομένου Ζήνωνος: ibidem p. 484, B: καλὴν κρηπῖδα καὶ μόνιμον ὁμονοίας καὶ εἰρήνης καταβαλλόμενος: apud Lucianum T. II. p. 458, & alios quos memoravit J. Wetſtenius ad Epist. ad Hebr. VI, 2. T. & Abreſchius

Dil.

Dil. Thucyd. p. 680; ad. L. VI, 26, p. 460, 461, qui malit ξυγκατέβαλε *fundamenta jecit*, prae vulgata ξυγκατέλαβε *muro circumdedit*. Si prius eſt verius, de quo non ſtatuo, certo ξυγκατεβάλετο ſit. Dicitur etiam καταβάλλειν *arator ſemen*: veluti exſtat proprie apud Xenophontem Oecon. XVI, 11: καρπὸν δ' οὔπω καταβαλεῖν ὥςε φύεσθαι: item Pollucem II, 6; ac per translationem apud Demoſthenem Or. Adv. Timocratem. p. 482, A: ἀλλ' οὐδὲ σπέρμα δεῖ καταβάλλειν ἐν τῇ πόλει οὐδένα, ὦ ἄνδρες δικαςαί, τοιούτων πραγμάτων· Neque tamen hac ratione movear, ut in Juliani loco Activam Mediae formae anteponam.

P. 34, C: Κελτοὶ καὶ Γαλάται, ἔθνη καὶ τοῖς πάλαι φανέντα δυσανταγώνιςα, πολλάκις μὲν ἐπιῤῥεύσαντα καθάπερ χειμάῤῥους ἀνυπόςατος Ἰταλοῖς καὶ Ἰλλυριοῖς· ἤδη δὲ καὶ τῆς Ἀσίας ἁψάμενα τῷ κράτει τοῖς ἐνόπλοις ἀγῶσιν ἁλόντες ἡμῖν ὑπείκουσιν, ἐς τοὺς καταλόγους τῶν ςρατευμάτων ἐγγραφόντων καὶ τέλη παρέχοντα λαμπρὰ —] Τέλη ſunt *Legiones*. Reliquam ſententiam probabiliter reddidit Petavius. Attamen locus non una in parte laborat. Primum pro ἁλόντες, & Reiskio & mihi in mentem venit ἄκοντες. Et eſt fere ſimilis ratio Ciceronis Or. Pro Fontejo. 8: *Galli — qui optima in cauſſa ſunt, equites, frumentum, pecuniam, ſemel atque iterum ac ſaepius invitiſſimi dare coacti ſunt: ceteri partim ex veteribus bellis agro multati, partim ab hoc ipſo bello ſuperati ac ſuppreſſi ſunt.* Deinde haud ſcio an verior ſit alia lectio ὑπείκουσιν, quae eſt in editione Flexienſi, margine Pariſienſis & Lip-

Lipſienſis, pro ὑπείκουσιν· Similis eſt permutatio in loco Polyaeni I, 27, 3: εἰς τὴν ἀποικίαν τὴν ἐν Συρακούσαις ὑπείκουσαν. Alia fertur lectio ὑπήκουσαν: neutra vera eſt. Legendum ὑπείκουσιν aut ἀπῴκησαν, judice Valckenario, qui correctiones mihi ſuas in Polyaenum, margini exempli Masviciani inſcriptas, deſcribendas conceſſerat. Denique legendum ἔς τε καταλόγους. —

P. 34, D: ἐπιδούσης αὐτοῖς τῆς χώρας πρὸς πλοῦτον καὶ εὐανδρίαν.] Spanhemius monet, vocem εὐανδρία apud Euripidem Suppl. 913, non de *hominum multitudine*, ſed de *fortitudine* dici. Hoc loco monuiſſe opportunius erat, vocem non ſolum notare *fortitudinem*, ſed etiam *bonum virorum proventum*, ſive *fortitudine*, ſive *multitudine*, ſive *pulchritudine*. Xenophon M. S. III, 3, 12: οὐδὲ εὐανδρία ἐν ἄλλῃ πόλει ὁμοία τῇ ἐνθάδε συνάγεται. Andocides Adv. Alcibiad. p. 133. Or. Gr. Ed. Reisk. Vol. IV. τυγχάνω νενικηκὼς εὐανδρίᾳ καὶ τραγῳδοῖς· ita enim legendum vidit Taylorus, & jam ſuſpicatus eſſe videtur Valeſius ad Harpocrationem V. Εὐανδρίας ubi plura, docuit. Alia protulerunt viri docti ad Heſychium in hac Voce. Sic εὔανδρος γῆ dicitur Attica terra ab Ariſtophane Nub. 299. Sed Julianus hoc in loco ſequitur conſuetudinem probatorum Hiſtoricorum, qui hanc dictionem frequentant: veluti Dionyſii Hal. A. R. I. p. 72: τοῦ πολιτικοῦ πλήθους ἐπίδοσιν εἰς εὐανδρίαν ἐσχηκότος. III. p. 141: πολλὴν ἔσχον ἐπίδοσιν εἰς εὐανδρίαν τε καὶ πλοῦτον καὶ τὴν ἄλλην εὐδαιμονίαν Ibid. p. 172: πολλὴν ἔσχεν ἐπίδοσιν εἰς εὐανδρίαν τε καὶ πλοῦτον καὶ

τὴν

τὴν ἄλλην ἅπασαν εὐδαιμονίαν. Plutarch. T. II. p. 322, A: οὐδὲ ἐς εὐανδρίαν καὶ πλῆθος ἐπίδοσιν· Ib. p. 824, C. Dioni Caſſio LVI, 2. p. 809. *a multitudine* diſtinguitur: οὐκ εὐανδρίᾳ μόνον ἀλλὰ καὶ πολυανθρωπίᾳ ὑπερέφυμεν·

P. 34, D: Ἠκολούθουν δὲ αὐτῷ κατὰ τὸ ξυγγενὲς σύμμαχοι προθυμότατα Φράγγοι καὶ Σάξονες] Reprehendit Spanhemius Petavium vertentem κατὰ τὸ ξυγγενὲς *affinitatis nomine*, quod *ob cognationem*, *gentilitatem*, reddendum fuiſſet. Atqui in hoc non adeo argutandum erat; & Petavium reprehenſione ſolvit uſus Latinitatis. Potius monendum erat de forma Thucydidea. Ita enim L. VI. p. 474, D. Ed. Wechel: ἀξιοῦντες σφίσι κατὰ τὸ ξυγγενὲς βοηθεῖν· L. I. p. 5, B: κατὰ τὸ ξυγγενές· p. 835 B: Ἰώνων αὐτοὺς ἡγεμόνας σφῶν γενέσθαι κατὰ τὸ ξυγγενές. L. III. p. 132, A: Quod item imitatus est Dionyſius Hal. A. R. VI. p. 412: μέλλοντα Ἀντιάτας βοηθεῖν Κοριολανὸς κατὰ τὸ συγγενές. I. p. 18. VIII. p. 485. Item communi forma διὰ τὸ συγγενές, I. p. 401.

P. 35: Σκηπτὸς ἔδοξε πᾶσιν ὁ φερόμενος ἀπὸ τῶν Ἄλπεων, σκηπτὸς ἀφόρητος ἔργῳ, καὶ ἄρρητος λόγῳ] Locus & ſententiarum ſublimitate efficax, & vehemens oratorio impetu, quo Magnentii e Gallia in Pannoniam ingruentis impetus veluti oculis ſubjicitur. Formam dictionis aliunde petivit; nam & ante Julianum cum alii forte, tum Jamblichus certe ea uſus est, M. Aeg. III, 29. p. 100: οὔτε λόγῳ ῥητὸν, οὔτε ἔργῳ φορητόν ἐστι.

Et post Julianum in primis eloquens homo Johannes Chryſoſtomus Homil. Adv. Judaeos III. p. 416, B: καὶ ἕτερα μυρία βασανιστήρια οὔτε λόγῳ ῥητὰ οὔτε ἔργῳ φορητά. Ex eadem forma duxit Ariſtides T. I. p. 261: οὔτε λόγῳ ῥητὸν, οὔτε ὄψει βεβαίως καταληπτόν. Calliſtratus, Statua V. p. 496: οὐδὲ λόγῳ ῥητόν.

P. 35, C: Οὕτω τὸ πράττειν εὖ παρὰ τὴν ἀξίαν ἀφορμὴ πολλάκις γίγνεται τοῖς ἀνοήτοις μειζόνων συμφορῶν.] Sententia ſumta eſt a Demoſthene Or. Olynth. I. p. 4, A: καὶ γὰρ Δὲ οὐδὲν ἀπεικὸς ἔπαθε· τὸ γὰρ εὖ πράττειν παρὰ τὴν ἀξίαν ἀφορμὴ τοῦ κακῶς φρονεῖν τοῖς ἀνοήτοις γίγνεται. Quam deinceps complures imitati ſunt. Ariſtides T. I. p. 391: ἐστὶ μὲν οὖν παλαιός τις λόγος, ὡς οὐ ῥᾴδιον τὸ εὖ πράττοντας εὖ φρονεῖν. Plutarchus T. II. p. 100, A: οὐ γὰρ μόνον τὸ [εὖ addendum, vulgo omiſſum] πράττειν παρὰ τὴν ἀξίαν ἀφορμὴ τοῦ κακῶς φρονεῖν τοῖς ἀνοήτοις γίνεται, ὡς Δημοσθένης εἶπεν· ἀλλὰ τὸ εὐτυχεῖν παρὰ τὴν ἀξίαν ἀφορμὴ τοῦ κακῶς πράττειν, τοῖς μὴ φρονοῦσιν. Libanius ſubinde T. I. Declam. XIII. p. 406, D: ubi Demoſthenes ipſe legatos regios alloquens inducitur: ἡ δὲ κοινὴ τυράννου παρὰ τὴν ἀξίαν εὖ πράξαντος. Item Declam. XV. p. 433, B: ſub Demoſthenis perſona: καὶ ἔγωγε ἐνεθυμήθην, ὡς τὸ παρ' ἀξίαν εὐτυχεῖν ἐξίστησι πολλάκις τοῦ φρονεῖν. Declam. IV. p. 270, D: ἀλλ' ὑβρίζειν ὕβρεις ἐκείνων ἀνέπεισεν ἡ παρὰ τὴν ἀξίαν εὐδαιμονία. Declam. VIII. p. 328, C: τοὺς παρὰ τὴν ἀξίαν εὖ πράξαντας. Non dubium, quin hic Demoſthenis locus frequentiorem apud poſteros hanc dictionem reddiderit: veluti apud

Lu-

Lucianum T. I. Timon. p. 111. τοῦτο γοῦν καὶ δοκεῖ κερδαίνειν μηκέτι ὄψεσθαι πολλοὺς παρὰ τὴν ἀξίαν εὖ πράττοντας· Prometh. p. 186: κατηλεήσατέ με παρὰ τὴν ἀξίαν δυςτυχοῦντα. Merced. Conduct. p. 679: [illegible] παρὰ τὴν ἀξίαν δυςτυχοῦντα. Ipſa quidem ſententia e re & natura fluxit: formam per imitationem e Demoſthene poſteriores duxerunt. Sed Demoſthenes haud ſcio an a Thucydide profecerit, L. III, 39: εἴωθε δὲ τῶν πόλεων, αἷς ἂν μάλιστα καὶ δι' ἐλαχίστου ἀπροσδόκητος εὐπραξία ἔλθῃ, ἐς ὕβριν τρέπειν· τὰ δὲ πολλὰ κατὰ λόγον τοῖς ἀνθρώποις εὐτυχοῦντα ἀσφαλέστερα ἢ παρὰ δόξαν, qui locus item celebratus eſt. Utriusque exemplum propoſitum fuiſſe videtur Philoſtrato Vit. Soph. I, 19. p. 512: αἱ γὰρ εὐπραγίαι τά τε ἄλλα τοὺς ἀνθρώπους ἐπαίρουσι, καὶ τὸ μηκέτι καρτερεῖν, ἃ πρὶν εὖ πράττειν ἀδεῶς ἦν λογισμῷ ἐκαρτέρουν· In ejusmodi locis φρονεῖν est *bene aut male ferre fortunam*: ſic Aeſchylus dixit Agam. 91[illegible]: κακῶς φρονεῖ. Iſocrates Panath. p. 258. A: εὖ φρονεῖν.

P. 36, A: Ἐτάττοντο μὲν ἀμφοτέρας ἱππεῖς ἑκατέρου πεζοί τε ἐν μέσῳ] Ita plane gemino loco ipſe Julianus de eadem pugna ad Murſam Conſtantii adverſus Magnentium, Or. II. p. 57. B: τότε δὴ βασιλεὺς τούς τε ἱππέας ἑκατέρωθεν τάττει τοῦ κέρως ἑκατέρου: deinceps utrumque genus equitum Conſtantii diligenter deſcribitur. Itaque primum hoc loco reſtituendum ἑκάτεροι, *utrumque equitum genus Conſtantii*. Nam ἑκατέρου, neque capi poteſt de Conſtantio & Magnentio: neque de *cornu*

utroque, κέρως. Etenim pro ἐπικαίρως Julianum reliquiſſe ἐπὶ κέρως utroque loco, jam in Epiſtola Critica p. 7. notatum, nunc verbo monuiſſe ſatis est. Nam quae alia, praeter illa tum expromta, ad majorem correctionis confirmationem pertinent, expromentur in nova, quam cogito, Epistolae Criticae editione.

P. 36, C: Οἱ βάρβαροι δὲ τὴν ἐπάνοδον ἀπεγνωκότες εἰ πταίσαιεν, ἢ ἐνίκων δράσαντές τι δεινὸν τοὺς πολεμίους, ἠξίουν.] Est hic fere in tali argumento locus communis. Sophocles Ajace, 566:

ἀλλὰ δή τ' ἰὼν
Πρὸς ἔρυμα Τρώων, ξυμπεσὼν μόνος μόνοις,
Καὶ δρῶν τι χρηστὸν, εἶτα λοίσθιον θάνω·

Plutarchus T. II. p. 30, C: ὡς βαρβαρικοῦ τοῦ ἱκετεύειν καὶ ὑποπίπτειν ἐν τοῖς ἀγῶσιν ὄντος· Ἑλληνικοῦ δὲ τοῦ νικᾷν μαχόμενον ἢ ἀποθνήσκειν· Ita Spartani a Thebanis oppugnati, apud Polyaenum II, 1, 29: γενναῖόν τι δρῶντες ἢ κρατεῖν ἢ ἀποθνήσκειν ᾑροῦντο. Ita Caracalla fratri Getae inſidians, apud Herodianum IV, 4, 5: ἀλλ' ἐγὼ δρᾶσαί τι ἢ παθεῖν γενναῖον, διὰ ξίφους χωρήσας καὶ φόνου. Paucis ante hunc locum verſibus, Petavius recte reſtituit ἐφ' αὐτὴν pro ἐφ' αὐτῇ.

P. 36, C: Τοῖς μὲν οὖν ξὺν τῷ τυράννῳ τοσούτων στερρὰν φύσεις καὶ πρὸς τὰ δεινὰ τοῦ χωρεῖν ὁρμῶσι πολλὴ προθυμία.] Complura ſunt corruptelae indicia. Primum conſuetudo

tudo & uſus bene loquentium requirebat Genitivum θράσους; deinde post *tantum audaciae* friget illa *multa alacritas*: denique nexus orationis turbatus est. Omnes, quas multas ingresſus ſum, emendandi vias non est quod referam. Unam commemorabo, non dico veram, ſed & ceteris, & ſine dubio vulgata lectione, meliorem. Arbitror adhuc, ita hunc locum leniſſima correctione ad antiquam lectionem revocari poſſe, ut legatur: Τοῖς μὲν οὖν ξὺν τῷ τυράννῳ τοσοῦτον περιῆν θράσους καὶ τοῦ πρὸς τὰ δεινὰ ὁμόσε χωρεῖν σπουδῇ καὶ προθυμίᾳ. Vetus lectio ΌΜΟ'ΣΕ ΣΠΟΥΔΗ̃ ob literarum ſimilitudinem facile abire potuit in ΌΜΟ'ΣΕ ΠΟΛΛΗ̃. Dativum recepi e Flexienſi editione, quae habet πολλῇ προθυμίᾳ. De dictionis ὁμόσε χωρεῖν uſu docuit Ruhnkenius ad Tim. V. Ὁμόσε. Porro, licet Nominativus θράσος non abhorrere videatur a ratione, conſtans tamen elegantiorum uſus requirit *Genitivum*. Ita Julianus ſupra Or. I. p. 9, B: τῇ μὲν γὰρ εὐγενείας τοσοῦτον περιῆν. p. 35, C: τοσοῦτον αὐτῷ περιῆν ἀνοίας καὶ θράσους. Or. II. p. 64, B: Παρθυαίοις μὲν τοσοῦτον περιῆν ἐλπίδος. Demoſthenes Mid. p. 387, C: οὐδ' ἐνταῦθα ἔστη τῆς ὕβρεως, ἀλλὰ τοσοῦτον αὐτῷ περιῆν. Epistola Philippi R. p. 62, B: τοσοῦτον ὑμῖν περίεστι τοῦ πρὸς ἐμὲ μίσους. Dionyſius Hal. A. R. VIII. p. 485: τοσοῦτον δ' ἄρα μοι περιῆν τοῦ μηδὲν ἀδικεῖν. Plutarchus T. I. Romul. p. 33, A: τοσοῦτον αὐτῷ περιῆν πολιτῶν. Marcell. p. 304, E: τοῖς δ' ἄρα τοσοῦτον τοῦ φρονήματος καὶ μεγαλοψυχίας περιῆν.

Mario. p. 418, D: *τῆς δὲ τοσοῦτον περιῆν ὑπεροψίας καὶ θράσους.* Lucull. p. 516, B: *οἷς γε τοσοῦτον περιῆν τῆς εἰς τὸν στρατηγὸν ἀσελγείας.* T. II. p. 80, D: *τοσοῦτον περιῆν αὐτῷ φρονήματος.* Lucianus T. III. p. 630: *ὥρας — τοσοῦτον — αὐτῇ περιῆν·* Aelianus H. A. V, 34: *τοσοῦτον δὲ ἄρα τῷ κύκνῳ περίεστιν εὐθυμίας.* Ib: 50: *τοσοῦτον αὐτοῖς τοῦ θάρσους περίεστιν·* XIV, 16: *τὸ δὲ ἄρα μελῶν περίεστι τοσοῦτον κράτος:* corrigendum: *τῷ δ. α. μ. π. τ. κράτους·* V. H. II, 13: *τοσοῦτον ἄρα περιῆν τῷ Σωκράτει τοῦ* [ita legendum cum Perizonio pro *τῆς*] *κωμῳδίας καὶ Ἀθηναίων καταφρονεῖν.* Philoſtratus Icon. II, 33. p. 858: *τοσοῦτον αὐτῇ περιεῖναι τῆς τέχνης.* Heliodorus Aethiop. VIII. p. 387: *ᾗ τοσοῦτον περίεστι τῆς γοητείας·* Conſtantius Or. de Themiſtio p. 22. D. *τοσοῦτον μοι* [*τοῦ* addendum] *γινώσκειν τὸν ἄνδρα περίεστιν·* Aphthonius p. 35. Ed. Upſal: *ᾗ τοσοῦτον εὐδαιμονίας περίεστιν·* Rhetor Antiquus ap. Fabric. B. G. IX. p. 592: *τοσοῦτον δὲ τῷ Γοργίᾳ περιῆν τὸ κάλλος* [f. *τοῦ κάλλους*] *περὶ τὴν φράσιν·* Ariſtaenetum, I, 1, ad eandem rationem reſtituit Abreſchius, & formae bonitatem exemplis quibusdam vindicavit p. 526. Latini quoque eandem frequentarunt formam. Caeſar Bell. Civ. II, 31: *quantum alteri ſententiae deesſet animi, tantum alteri ſupereſſe dicebat.* Suetonius Tito 1: *tantum illi ad promerendam omnium voluntatem vel ingenii, vel artis, vel fortunae ſuperfuit.* Atque ad hanc legem haud ſcio an exigendus ſit locus Livii II, 27: *adeo ſupererant animi ad ſuſtinendam invidiam.* Si

a.io

adeo animi, in Genitivo accipi poſſet pro *tantum animi*, non dubitarem corrigere *ſuperabat*, ſcilicet *illis*, de quibus dictum erat; ut e Graeco ductum videretur τοσοῦτον περιῆν αὐτοῖς θυμοῦ. At illud quum ne ipſi quidem ſummo viro J. F. Gronovio, vel obſervatum fuerit, vel placuerit, eo me magis par eſt tanti viri rationem probare; ita tamen, ut verba ex ipſo illo uſu accipiam, ac ſi Graeca esſent περιῆν αὐτοῖς τοσοῦτος ὁ θυμός· quae ipſa quoque forma non infrequens eſt apud Graecos. De verbo *ſuperesſe* quaedam tradidit Burmannus ad Val. Flacc. V, 237.

P. 37., B: Τρόπαιον δὲ ἀνέστησας ἐπὶ τῇ νίκῃ τοῦ πατρῴου λαμπρότερον· ὁ μὲν γὰρ τοὺς τέως ἀμάχους δοκοῦντας ἔργῳ ἐκράτει γέροντος δυστυχοῦς· σὺ δὲ ἡβῶσαν καὶ ἀκμάζουσαν οὐ τοῖς κακοῖς μόνοις οἷς ἔδρα, τῇ νεότητι δὲ πλέον, τὴν τυραννίδα, παρασχήσω τοῖς ὑπὸ σοῦ παρασκευασθεῖσι παραταξάμενος.] Filius Conſtantius cum patre Conſtantino componitur eique anteponitur. *Pater Licinium ſenem vicit legionibus veteranis & invictis: filius Magnentii vigentem tyrannidem vicit exercitu novitio, aut certe ab ipſo inſtituto.* Vigebat haec tyrannis non ſolum male factis, id eſt, rebus geſtis contra Conſtantium & fratrem Conſtantem, ſed multitudine robuſtorum juvenum. Ita videtur hic locus accipiendus. Nam Themiſtius etiam ubi dicit tres tyrannos a Conſtantio everſos esſe. Orat. II. p. 34, B: ita eos diſtinguit, τοὺς μὲν πρεσβυτέρους, *Vetranionem*: τοὺς δὲ ἀκμάζοντας, *Magnentium*: τοὺς δὲ νέους, *Silvanum*. Ergo nec hoc loco debent aetates

tes ἀκμάζουσα & νεότης, confundi: quas jam in prima Animadverſione Bibl. Crit. Vol. III. P. I. p. 36, distinximus. Νεότης est *multitudo & proventus juvenum*, εὐανδρία, qua Galliae florebant: ut modo dixerat Julianus p. 34 C, D. Ἀκμάζειν νεότητι est *vigere juvenum proventu & robore.* Forma est Thucydidea II, 20: τοὺς γὰρ Ἀθηναίους ἤλπιζεν ἀκμάζοντάς τε νεότητι πολλῇ καὶ παρεσκευασμένους ἐς πόλεμον ὡς οὔπω πρότερον, ἴσως ἂν ἐπεξελθεῖν.

P. 37, C: τὰς ἀκοὰς σαφῶς ἀπιστοτέρας ἔχουσι τῶν ὀμμάτων.] Dictum Herodoti I, 8, in proverbium abiit. Julianus eo aliquoties utitur: veluti Or. V. p. 145, C: Ep. XXII. p. 389 B. item alii notati a viris doctis ad Herodoti locum, & ad Lucianum T. II. p. 38.

P. 38 A: ἆρ' ἐνταῦθα πάλιν ἀφήσομεν τὴν διήγησιν; ἢ πάντως τὸ τέλος ἀποδοῦναι τῶν ἔργων ποθοῦσιν ἄξιον.] Haec univerſe quidem bene reddidit Petavius: *utrum inſtitutam hic orationem omittemus? an potius rebus ipſis geſtis finem ſuum & exitum, vobis praeſertim id optantibus, imponere debemus.* Sed ſingulatim quaedam erant animadvertenda. Primum illud πάλιν, quam vim habet? Nec enim putem ad antecedentia referri, quaſi quaerat, *an iterum, prouti in antecedenti parte orationis, ſeriem narrationis per digreſſionem intermittemus.* Nec Petavius vertendo reddidit. Putem, legendum πάλαι & cum ποθοῦσιν conjungendum, ut ſcriptura antiqua fuerit — τὸ τέλος ἀποδοῦναι,

τῶν

τῶν ἔργων πάλαι ποθοῦσιν ἄξιον: *vobis dudum exſpectantibus rerum geſtarum finem abſolvere, oportet.* Ita ipſe Julianus loco gemino Or. II. p. 73, C: —. ἐπειδὴ ὁ λόγος φερόμενος ἥκει, πάλαι ποθῶν τὴν ξύνεσιν καὶ τὴν εὐβουλίαν ἐπαινῶν, ἀποδοτέον. Deindè in ἐνταῦθα ἀφήσομεν τὴν διήγησιν est Iſocrateus color; forte ex Euagora p. 285, B: εἰ καὶ μηδενὸς ἄλλου μνησθείην, ἀλλ' ἐνταῦθα καταλίποιμι τὸν λόγον. Et ſic ſupra Julianus p. 30, B ἀφήσω τὴν διήγησιν. Porro ἀποδοῦναι τὸ τέλος vertit Petavius *fi-em im onere*, ut videatur maluiſſe ἐπιθεῖναι τὸ τέλος. Itaque tenendum, ἀποδοῦναι longe eſſe elegantius, & cum Dativo ποθοῦσιν congruentius. Julianus Or. II. p. 59, C: ἀποδοτέον τὸ τέλος τῆς μάχης, *riferendus, enarrandus, abſolvendus est finis pugnae.* Plato Tim. p. 523, D: τὸν ἑξῆς λόγον οὐδένες ἄν, ὑμῶν ἐθελόντων, ἱκανώτερον ἀποδοῖεν. Plutarchus T. I. Lycurg. p. 40, A: ἀποδοῦναι τὴν διήγησιν. Ariſtides T. I. p. 103: πολλῶν δὲ ἐπιῤῥεόντων, καὶ πάντων αὐτὸ ἕκαστον εἶναι ἐπειγόντων, αἱροῦμαι τὸ τῇ φύσει δεύτερον —— ἑξῆς ἀποδοῦναι. Ibid. p. 109. 299: τὸν ἐξ ἀρχῆς ἀποδῶμεν λόγον. T. II. p. 251. Longinus Subl. 39. Ex hac ſignificatione verbi aliae fluxerunt, quas partim tetigit H Stephanus Theſ. G. L. T. I. p. 922, partim praetermiſit. De quibus dicere nil ad nos: aut ſi ad nos, nil ad hunc locum. Illud non alienum ſit monere, hanc, de qua nunc agimus, ſignificationem profectam eſſe a propria vi *re-ide-i di*, qua is, qui inſtitutam orationem abſolvit, quaſi *debitum audientibus exſolvere*, putatur.

tatur; Plato Rep. X. p. 518, A: ἆρ' οὖν ἀποδώσετέ μοι ὃ ἐδανείσασθε ἐν τῷ λόγῳ. Politic. p. 173, G: καλῶς καὶ καθαπερεὶ χρέος ἀποδέδωκάς μοι τὸν λόγον, προσθεὶς τὴν ἐκτροπὴν οἷον τόκον καὶ ἀναπληρώσας αὐτῷ. Cujus loci venuſtate complures alii ad imitandum invitati ſunt. Ariſtides T. I. p. 381: ὥσπερ ἄλλό τι χρέος ἀποδοῦναι πάντα τὸν λόγον. Plenius Themiſtius Or. I. p. 4, B: ἐγὼ δὲ ὥσπερ νόμισμα ἀποδώσω, προσθεὶς τὴν δύναμιν τοῦ ὀνόματος ὥσπερ τόκον. Joh. Chryſoſtomus Homil. Antioch. VIII. p. 101, D: μετὰ τόκου πάντως ὑμῖν ἀποδώσομεν τὸ χρέος.

P. 38, D: ἀποτειχιζομένης ἐν κύκλῳ τῆς Ἰταλίας ὑπὸ τοῖς ὄρεσι πλὴν ὅσον ἐξ ἡμισείας ἡ θάλασσα τεναγώδης οὖσα, καὶ τοῖς Αἰγυπτίων ἕλεσι ἐμφερὴς, ἄβατον καὶ νηίτῃ στρατῷ πολεμικῶν ἀνδρῶν καθίστησιν.] Quum ὑπὸ in aliis ſcriptis libris deſit, in promtu est colligere, quod Reiskius etiam vidit, vulgatam lectionem & vitioſam & e duabus melioribus conflatam esse; aliis libris, ſine ὑπὸ, ſimpliciter τοῖς ὄρεσι habentibus, aliis ὑπὸ τῶν ὀρέων. De *paluſtri regione* ad Aquilejam opportune Strabonem laudat Spanhemius. Potest & Herodiani admodum ſimilis locus adhiberi ad nostrum argumentum, VIII, 7, 1: ἐπέστη Ἀκυληΐᾳ, διαβὰς τὰ τενάγη κ. τ. λ. Vocem τέναγος, exquiſitioris uſus, bene explicuit in Lexico Jonico Portus. Rarioris etiam uſus est Adjectivum τεναγώδης. Ita Julianus, ubi in eodem argumento verſatur, Or. II. p. 72, D: τῆς Ἰταλίας ἀποτειχισθείσης ὄρεσί τε συνεχομένης λίαν δυσ-

βάτοις

βάχεσι καὶ θαλάσσῃ τεναγώδει, ἅτε ἐξερεύντων ποταμῶν μυρίων, οἳ ποιοῦσιν ἕλος προσεοικὸς τοῖς Αἰγυπτίοις ἕλεσι. Polybius I, 75: τεναγώδη γενομένην τὴν παρὰ τὸ στόμα πάροδον· Diodorus Sic. III, 60: ἐκπεσεῖν δὲ κατὰ τὴν Ἰνδικὴν εἰς ἄμμους καὶ τεναγώδεις τόπους· Polyaenus. III, 9, 63: καταπλέων ἑκατὸν τριακοντόροις, ἔνθα τεναγώδης αἰγιαλὸς ἦν. Dio Caſſ. XLIX, 10: ἐς αὐτὴν τὴν θάλασσαν ἐπεσβαίνων πάντα τὰ σκάφη, τότε ἐς τὰ τεναγώδες ὀκέλλοντα κατεπίμπρη. Aelianus H. A. XVI, 12: de Indico mari: ἐν τοῖς κατακειμένοις χωρίοις καὶ τοῖς τεναγώδεσι. Xenocrates de Alimentis ap. J. A. Fabric. B. G. T. IX. p. 467: πίνναι — ἐκ τῶν τεναγωδῶν λαμβανόμενοι.

P. 39, A: πάλαι τε ἡμῖν ἐξεῦρε (ἡ Φύσις) τὰς τέχνας δι' ὧν εἰς εὐπορίαν τῶν τέως ἀπόρων δοξάντων καθέστηκεν, καὶ ἐπὶ τῶν καθ' ἕκαστον ἔργων τὸ πολλοῖς ἀδύνατον εἶναι φαινόμενον, ἐπιτελούμενον πρὸς ἀνδρὸς σώφρονος.] Si ſanus est locus, quod non magnopere contendo, ἐπιτελούμενον referendum ad καθέστηκε, ut ſit ſenſus: *natura inventione artium nos conſtituit in facultate rerum antea difficilium, atque in ea conditione, ut vir prudens id quod aliis fieri non poſſe videretur, efficere poſſet.* Haec ſi cui ratio durior & nimis, ut ita dicam, Thucydidea videatur, hic Reiskii ſequatur conjecturam, ſtatuentis post φαινόμενον excidiſſe ἐπέδειξε.

P. 39, D: οὕτως οὐδὲν πρὸς πονηρίαν ψυχῆς ἄνθρωπος, ἀλλ' ὁ θεὸς ἐξεῦρε καθάρσιον διὰ τοῦ σώματος·] Merito vitii ſuſpectus fuit locus Petauio, qui eum adeo in Latina interpretatione omiſit. Ac Spanhemius pro ſano ha-

bens

vertit: *adeo nihil homo, quo animi pravitatem elueret, ſed Deus corporis opera expiationem reperit:* & magna cum eruditionis copia docet, veterum opinionem fuisſe, labes animi expurgari quibusdam religioſis & Deorum numini conſecratis καθαρμοῖς. Atqui hoc nimirum Petavius non ignorabat: & tamen locum, ut erat, corruptum judicabat. Videamus nexum cum antecedentibus & ſequentibus, quod plurimum valet ad conſequenda veſtigia verae cum ſententiae tum etiam lectionis. Magnentius ex Italia fugit ἐκκαθαιρόμενος τοὺς φόνους καὶ τὰς πρόσθεν ἀδικίας, *expians priores ſuas caedes & injuste facta, purgans ſe illis inquinatum ſceleribus*: at in Gallias quum venisſet, crudelioribus etiam ſe caedibus inquinavit. Non dubito quin totum hunc locum Julianus adumbraverit ex antiquisſimo illo more, quo is qui caedem perpetrasſet, eam expiabat voluntario exſilio & fuga. Frequens ejus rei mentio, veluti apud Homerum Od. Ψ, 118: ad quem alia opportune notavit Duportus in Gnomol. Homer. p. 284. Sic Ulisſes, interfectis procis, debuit, auctore Plutarcho T. II. Quaest. Gr. p. 294, C: μεταστῆναι καὶ φεύγειν ἐκ τῆς Κεφαλληνίας καὶ Ζακύνθου καὶ Ἰθάκης ἐφ' αἵματι. Libanius T. II. Legat. ad Julian. p. 165, A: τοῖς μὲν ἀνδροφόνοις εὕρηται καθάρσια τὸ μύσος λύοντα· κἂν ἀφείς τις τὴν τοῦ παθόντος πατρίδα ἑτέρωσε δράμῃ, τὸν βοηθήσοντα καὶ παραμυθησόμενον εὗρε. Philoſtratus Vit. Apollon. VI. p. 234. VII. p. 305, de Acarnane quodam, qui cum Alcmaeone

one comparabatur: ἐκ τούτου ἐνέφυ γραφῇ, μὴ καθαρὸς εἶναι ὁ Ἀλκμαίων οὗτος, ἔργα δὲ αὐτῷ ξυνειδὼς οὐ φορητὰ τῆς μὲν ἄλλης γῆς ἐξίστασθαί τε καὶ ἀποφοιτᾶν ὡς μεμιασμένης ἑαυτῷ. Manifeſta ſunt veſtigia imitationis Thucydideae; ubi ſimiliter dicitur de Alcmaeone II, 102: ὡς τῆςγε ἄλλης αὐτῷ μεμιασμένης. Alios enumerare longum ſit. Hunc igitur morem Julianum reſpexiſſe non eſt dubium. Jam videamus, an ab hoc initio profecti ad ſaniorem lectionem pervenire poſſimus. At vulgata quidem habet quoddam concinnitatis lenocinium, quo θεός & ἄνθρωπος, item ψυχὴ & σῶμα, componi videntur. Neque tamen minus, me quidem judice, hoc lenocinium repudiandum eſt. Equidem, re in omnes partes diligenter conſiderata, videor mihi talem reperiſſe lectionem, qualem ſi in libris frequentatam nacti eſſemus, minime reprehenderemus: οὕτως οὐδὲν πρὸς πονηρίαν ψυχῆς ἄνθρωπος ἀλλόκοτος ἐξεῦρε καθάρσιον ἢ διὰ τοῦ αἵματος: *adeo illud hominis portentum* [Magnentius] *non invenit piaculum quo animi labem expiaret, niſi ſanguinem & novas caedes.*

P. 40, A: αὐτὸν καθάπερ ὀλυμπιονίκης περὶ τῷ τρίτῳ παλαίσματι καταβαλών] Docte Spanhemius Athleticum notat morem & natum hinc proverbium: opportune quoque monet, locum hunc expreſſum eſſe e Platone Euthydem. p. 277, C: ἐπὶ τὸ τρίτον καταβαλῶν ὥσπερ πάλαισμα ὥρμα ὁ Εὐθύδημος τὸν νεανίσκον. Julianus in eodem argumento verſans Or. II. p. 74, C. καὶ τόγε τελευταῖον καὶ τρίτον πάλαισμα περὶ τὰς Κοττίας Ἄλπεις.

ἐβα-

βασιλεῖ μὲν παρέσχεν ἀσφαλῆ καὶ τοῦ μέλλοντος ἄδειαν τὴν ὑπὲρ τῆς νίκης ἡδονήν. Item de Diogene Cynico Or. VI. p. 197, C: τρίτου ἐπὶ τὸ τελειότατον ἐλθεῖν τῶν παλαισμάτων ἀποδυσάμενον πρὸς τὰς τῶν πολλῶν δόξας. Quod vero Spanhemius laudat ex Aeſchylo Eumen. 592: Ἓν μὲν τόδ' ἤδη τῶν τριῶν παλαισμάτων, ut multa Tragicorum dicta, imitatus eſt Plato Phaedr. p. 348, G: τῶν τριῶν παλαισμάτων, τῶν ὡς ἀληθῶς Ὀλυμπιακῶν, ἓν νενικήκασιν.

P. 40, D: τὴν Ἀντιόχου πόλιν ἐπώνυμον ἀπονομάζουσαν ἀκούω πολλάκις] Dubitari nequit, quin aliquid deſit. Petavius plura reddidit quam quae in verbis continentur, & tamen illud quod ſententia requirit: — *illam urbem audio, quae ab Antiocho rege nomen accepit, ſibi de tuo nomen aſſumere.* Plura forte exciderunt. Sed minima, quoad fieri poteſt, adjectione locus reſtituatur addito ἑαυτῇ σοῦ post πόλιν.

P. 41, A: εἰς ἀθάνατον ἀσφαλείαν καταστήσας] Dicitur de operum firmitate & amplitudine, quam urbi Conſtantinopoli adjecit Conſtantinus conditor urbis. Dictio eſt Demoſthenica Or. Philipp. IV. p. 57, D: ἀθάνατος ἔνεκ' ἀσφαλείας. Rem ipſam geminis locis tetigit Themiſtius Or. III. 47, C. IV. p. 58, B.

P. 41, B: ὁμονοῶν δὲ πρὸς τοὺς ἀδελφοὺς διετέλεσας τὸν ἅπαντα χρόνον] Fluxit hoc ab Iſocratis conſuetudine, qui ſimiliter dixit Euagor. p. 392, D: ὁμονοοῦντες ἅπαντα τὸν χρόνον διετέλεσαν.

P. 41, G: οὐδεὶς ἐστιν ἠλίθιος ὃς οὐκ οἴεται μηδὲν ἐκείνου μεγα-

μεγαλοψυχίᾳ καὶ τῇ πρὸς τὰ καλὰ φιλοτιμίᾳ λειπόμενοι, οὕτως ἐγκρατεῖς καὶ σώφρονες τῷ πατρὶ καὶ τοῖς ἀδελφοῖς προσενεχθῶσι] Conſtantii erga patrem & fratres pietatem opponit factis Cyri & Alexandri: quae comparatio est locus communis antea tractatus a Libanio Or. in Conſtantium T. II p. 114, D. Ac de Cyro quidem jam ab Iſocrate Euagor. p. 281, A. Verba Juliani corrupta ſunt in ὡς οὐκ, quod ſententiae repugnat, & locum facere debet alteri lectioni in margine notatae ὅστις. Plena forma dicendum erat οὐδείς ἐστιν οὕτως ἠλίθιος ὅστις οἴεται, *nemo adeo ſtultus est, ut putet te nulla in parte, animi magnitudine & honestatis ſtudio, Cyrum & Alexandrum ſuperasſe, qui tam temperanter & modeste erga patrem & fratres egeris.* Sic Libanius T. I. p. 198, A: τίς οὕτως ἠλίθιος ὅστις οὐκ ἂν εἵλετο, *quis adeo ſtultus, ut non praeferat?* Illud ὡς οὐκ aliis locis recte ponitur & e ſententia Auctoris: veluti ſupra p. 35, B: οὐδεὶς οὕτως ἀφύως τολμηρὸς ὡς οὐκ ἐθέλειν· Nullam eſſe frequentiorem Ellipſin in Graeca Latinaque lingua quam particulae οὕτως & ſimilium, *adeo*, *ita*, apud particulam ὥστε *ut*, nemo est qui ignoret. Sed in hujus loci forma οὕτως omitti minus est frequens: quamquam omiſit Julianus Or. VII. p. 205, A: οὐδὲ εὐτυχεῖς ἐσμεν ὥστε τὰς ἀκοὰς καθαρὰς ἔχειν· In hac phraſi vulgo Infinitivo utuntur Graeci, ut ſecundum pervulgatam conſuetudinem dicendum fuisſet, οὐδείς ἐστιν οὕτως ἠλίθιος ὥστε οἴεσθαι: exquiſitius dicunt ὅστις οἴεται pro ὥστε οἴεσθαι· Iſocrates Euagor. p. 215, C: οὐδεὶς γάρ ἐστιν οὕτω ῥάθυμος ὅστις ἂν δέξαιτο·

Dion

Dion Chryſ. Or. XXI, p. 272, D: οὐδεὶς γὰρ οὕτως [illegible] καὶ [illegible], ὥστε [illegible]. Or. XLI. p. 501; D: οὐδεὶς γὰρ οὕτως [illegible], ὥστε [illegible]. Or. XLVI. p. 521, D: τίς οὕτως [illegible] καὶ [illegible], ὥστε [illegible] ζῆν [illegible]· Libanius T. I. p. 180. B: οὐδεὶς οὕτω [illegible], ὥστε [illegible] οὐχ [illegible]. Adeo tenax hujus formae fuit Lyſias, ut Indicativum ſervaret, ubi antecedentia Infinitivum poſtulabant, Orat de Eratoſth. Caede, p 3: [illegible] — οὐδένα οὕτως [illegible], ὥστε [illegible] τυγχάνειν· Sed ut modo vidimus οὕτως omitti, ita etiam ὥστε omittitur a Libanio Orat. Bongiovann. X I. p. 203: τίς γὰρ οὕτως [illegible] ἢ [illegible] οὐκ ἂν [illegible] τοῦτον καταλάβοι τὸν λόγον· Et quandoquidem ſemel in hoc argumentum ingreſſi ſumus, abſolvamus reliquam partem. Adhuc de ſimplici diximus comparatione quae Poſitivo Gradu continetur, ac formula οὕτως ὥστε ſignificatur. Altera eſt compoſita comparatio. quae Comparativo Gradu continetur, formula μᾶλλον, vel ἧττον, ἢ ὥστε, ſignificatur; in cujus uſu item variae locum habent Ellipſes, quarum obſervatio valet ad locos Auctorum recte interpretandos. Ita ὥστε omittitur apud Platonem Leg. X. p. 664, D: βελτίους ἢ κατὰ τὸ [illegible] τούτων [illegible] [illegible]. Xenophon Cyropaed. V, 2, 4: ἰσχυρότερα πάντα ἢ προσελθεῖν· *omnia munitiora, quam ut ad ea accedi poſſit.* Libanius T. II. Or. III. p. 110, D: ἐλάττων ἂν ἢ φέρειν, *impar oneri ferundo.* Or. IV. p.

168;

168, A: ἀμείνους ἢ δεῖσθαι συγγνώμης, *meliores quam ut venia indigeant.* Hanc formam tractavit Valckenarius ad Herodotum III, 14. Utrumque ἢ & ὥστε omittitur apud Dionem Chryſ. Or. III. p. 50, A: ἐπεὶ δὲ ἀσθενέστεροι φέρειν ἐσμὲν τὴν μεταβολήν· & Libanium T. I. Declam. XIX. p. 491, A: ἐπεὶ δὲ ἀσθενέστεροι κωλῦσαι τὰ δεινὰ ἐφάνημεν. Porro in hac forma nonnumquam loco Comparativi ponitur Poſitivus; quod idem eſt ac ſi μᾶλλον aut ἧττον omittatur. Quod ipſum plures habet vias. Nam aut ἢ omittunt, retento ὥστε· veluti Euripides Andromach. 80: Γέρων ἐκεῖνος ὥστε σ' ὠφελεῖν παρών· *Senior est quam ut te praeſens juvare posſit.* Xenophon Cyropaed. IV, 5, 8: ὀλίγοι ἐσμὲν ὥστε ἐγκρατεῖς εἶναι αὐτῶν. Mem. Socr. III, 13, 3: ὕδωρ — ψυχρὸν ὥστε λούσασθαι· *aqua frigidior quam ut quis ea lavari posſit*: quem locum primo corruptum putabat Ernestus, deinde recte vindicavit. Plato Protag. p. *195, B:* ἡμεῖς γὰρ ἔτι νέοι ὥστε τοσοῦτον πρᾶγμα διελέσθαι. Plutarchus T. I. Pericl. p. 157, E: ὦ Ἐλπινίκη, γραῦς εἶ ὡς πράγματα τηλικαῦτα δρᾶσαι: quod item repetit in Cimone p. 489, E: γραῦς εἶ — γραῦς, ὦ Ἐλπινίκη, ὡς τηλικαῦτα διαπράττεσθαι πράγματα· Aut utrumque, ἢ & ὥστε, omittunt. Herodotus VI, 109: ὀλίγους γὰρ εἶναι στρατιῇ τῇ Μήδων συμβαλέειν· VII, 297: ἐόντας αὐτέων ὀλίγων στρατὸν τῶν (f. τὸν) Μήδων ἀλέξασθαι. Thucydides I, 50: νῆες ὀλίγαι ἀμύνειν· *naves pauciores quam ut vim propulſare posſint.* Est etiam ubi utrum-

que retinetur, veluti apud Syneſium Ep. CXLII. p. 279, B: μικρὰ γὰρ ἡ ὥρα τὸ τελέσαι.

P. 41, D: πρῶτος ὁμιλήσας, πολλῶν ἐπιχειρούντων καὶ πρὸς τἀναντία ξυμπείθειν ἐπιχειρούντων· ῥᾷστα δὲ καὶ πρὸς ἀσφάλειαν τὸν ἐν χερσὶ πόλεμον διοικησάμενος, ἐλευθέραν ἔγνως τῆς ἀρχῆς τὰ κατειλημμένα] Obverſatus est Juliano locus ſimilis Themiſtii in eodem argumento verſantis Orat. IV. p. 62, B: ᾧ ἐξὸν εἰρήνην ἄγειν πρὸς τυράννους, πολλῶν νουθετούντων, τῆς ἑαυτοῦ ῥᾳστώνης ἐπίπροσθεν ἐποιήσατο τὴν Ῥωμαίων ἐλευθερίαν· ita & antea correxi, & postea vidi in Codice Ambroſiano exſtare: vulgo legitur ᾧ οὐκ ἐξὸν, & ἀθετούντων pro νουθετούντων.

P. 42, D: Τὴν δὲ εἰς τὰ λοιπὰ δαπανήματα μεγαλοπρέπειαν μὴ πολὺ λίαν ἔργον ᾖ φράζειν·] Item ductum e Themistio Or. IV. p. 62, B: μεγαλοπρέπειαν δὲ τὴν μὲν ἐν δαπανήμασι τί ἄν τις λέγοι.

P. 43, A: πλουτοῦσι μὲν γὰρ ἅπασαι διὰ σε, τὸν ἔμπροσθεν ἐνδεεῖς οὖσαι καὶ τῶν ἀναγκαίων·] Legendum vel τὸ ἔμπροσθεν, *antea*: vel, quod magis etiam placet, διὰ τῶν ἔμπροσθεν· id est, *urbes tuo beneficio divites ſunt, quum priorum injuria ne res quidem neceſſarias habuiſſent*. Ita infra proxime, τῶν ἔμπροσθεν ἁμαρτήματα ſunt *priorum tyrannorum injuriae*.

Ibid: πολλοὺς μὲν στερομένους πάλαι τῶν ἑαυτῶν κτημάτων, τοῦ πατρῴου κλήρου συμφορᾷ περιπεπτωκότος, ἐν δίκῃ καὶ παρὰ δίκην, ἐπειδὴ πρῶτον ἐγένου κύριος, τοῖς μὲν καθάπερ δικαστὴς ἀγαθὸς τὰ τῶν ἔμπροσθεν ἁμαρτήματα διορθωσάμενος κυρίους εἶναι τῆς αὐτῶν οὐσίας παρέσχες· τοῖς δὲ ἐπιεικὴς κριτὴς γνω-

ϕερόμενος, ταῦτα μὲν ὧν ἀφῄρηντο, πάλιν ἐχῄρισε κ. τ. λ.] Hujus loci non una pars est animadvertenda. Duplex hominum genus ſignificatur, erga quod ſe beneficum praeſtitisſet Conſtantius. Utrique ſuas opes & facultates, ſub prioribus ſive Imperatoribus ſive tyrannis, amiſerant judicio, alii juste, alii injusto, ἐν δίκῃ καὶ παρὰ δίκην. Qui injusto judicio eas amiſerant, iis Conſtantius easdem reſtituit, tamquam bonus judex, priorum judicum, ſive Imperatorum ſive tyrannorum, errores corrigens. Qui juſte ſua amiſerant, iis ſe Conſtantius aequum arbitrum praebens, eadem reddidit: ſtatuens ſatis eos poenarum dedisſe, qui ſuis bonis tamdiu caruisſent. Haec est univerſe ſententia: videamus de quibusdam partibus. Dicuntur hi homines ſpoliati fuisſe ſuis facultatibus, *quod eorum patrimonium injuria dilapſum fuisſet ſumma cum calamitate*. Ita, ſi ſana est lectio, & vertendem est, & vertit Petavius. Ita tamen languet & vacat illud τῶν κτημάτων; quippe, cui patrimonium dilabitur, ei perire partem posſesſionum, per ſe intelligitur: neque tamen necesſe est, ei omnes perire posſesſiones. Deinde περιπίπτειν hoc ſenſu non frequentatur, ſed ἐμπίπτειν. His ego rationibus ductus puto, Julianum ita ſcripsisſe: — στερομένους τῶν αὐτῶν κτημάτων τοῦ τε πατρῴου κλήρου, συμφορᾷ περιπεπτωκότας ἐν δίκῃ καὶ παρὰ δίκην· id est: *qui ſpoliati esſent ſuis posſesſionibus, atque in calamitatem incidisſent partim justo partim injusto ſuo*

δίκη. De differentia, quae eſt inter δίκην & κρίσιν, [illegible] Grammaticos. Uterque judicat ac decernit, ſed δίκη de re quae in jus vocatur, κρίσις de aliis quibuscunque rebus ac certaminibus: ille ſecundum leges, hic aequitate. Ita intelligendus Xenophon Sympoſ. V, 10: τὸ δὲ σὸν, (ἀργύριον,) ὥσπερ τὸ πλῆθος, [illegible] καὶ δίκης καὶ κρίσις. [illegible] Denique περιπίπτειν συμφορᾷ incidere in calamitatem, ſimpliciter ſine Genitivo dicitur, idque communi elegantiorum Scriptorum conſuetudine. Andocides Or. de Myſter. p. 197: δεινοτάτῃ συμφορᾷ περιπεσών Thucydides II. p. 136, A: ξυμφορᾷ περιπεπτωκότες Iſocrates Evagor. p. 284, C: οὐ τὴν αὐτὴν ἔχει γνώμην τοῖς ταῖς τοιαύταις συμφοραῖς περιπίπτουσι. Idem frequenter, veluti Archidam. p. 109, D. De Pace p. 236, D. 260, C. 264, C. Panathen. p. 472, E. 401; C. 422, C. Plataic. p. 436, C. 444, D. Permutation. p. 465. D. Demoſthenes Orat. Adverſ. Midiam p. 399, B: ταῖς ἐσχάταις συμφοραῖς ὑπὸ τούτου περιπέπτωκε. Aeſchines Orat. Adv. Timarch. p. 187, C: συμφορᾷ περιπεσεῖν. Joſephus A. J. V. p. 162, F: ἔδει γὰρ αὐτὸν συμφορᾷ περιπεσεῖν VII. p. 223, F. X. p. 331. F. 332, C. Dion Chryſ. Or. LX. p. 577: περιπεσόντα τῇδε τῇ ξυμφορᾷ Plutarchus T. II. De Exilio. p. 607, F: ταῖς μεγίσταις συμφοραῖς περιπεσεῖν.

P. 43. C: τί χρὴ νῦν ὑπομιμνήσκοντα περὶ μικρὰ διατρίβειν δοκεῖν; ἄλλως τε καὶ πάντων ὄντος καταφανοῦς, ὅτι μηδὲ

πώποτε

πώποτε, πλὴν Ἀλεξάνδρου τοῦ Φιλίππου, τοσαῦτα βασιλεὺς τοῖς αὐτοῦ φίλοις διανέμων ὤφθη.] Ita oratio conſtituenda est, recepto ἄλλως e varia lectione, pro vulgato ἀλλ' ὅμως. Petavius vitium, non item medelam, animadvertit: Spanhemius utrumque ſilentio praeteriit. Sententia haec est: *quid me nunc oportet haec commemorantem in obſcurae diligentiae reprehenſionem incurrere? praeſertim, quum nemo quisquam ignoret, neminem umquam regem, excepto Alexandro, tanta liberalitate, quanta tu fuisti, erga ſuos amicos fuisſe.*

P. 44, A: τοῦτο καὶ Ὧρόν φασι τὸν Πέρσην γάμβρον ὄντα βασιλέως παρὰ τοῦ κηδεστοῦ παθεῖν ἀχθομένου τῇ παρὰ τοῦ πλήθους εἰς τὸν ἄνδρα τιμῇ.] Neque Hori Perſae cauſſa ejusmodi, neque nomen adeo in tali re, memorantur in Veterum libris; ut Spanhemio etiam, eruditisſimo viro, nova & inaudita hujus rei mentio acciderit. Neque tamen de obſcuro quodam homine cogitandum, *aut de Ocho* comminiscendum. Illustri exemplo & voluit & debuit uti Julianus. Atqui tota res manifesto refertur ad Xenophontis Cyrum: hic erat gener Cyaxaris, Cyrop. VIII, 5. 58: & Cyaxares aegre ferebat, Cyrum in tanto apud populum amore esſe, *V*, 5—8, & deinceps. Igitur minime dubium esſe debet, quin pro καὶ Ὧρον legendum ſit Κῦρον.

P. 45, B: Σωφροσύνης δὲ ὑπὲρ τῆς σῆς κ. τ. λ.] Copioſus est in hac parte laudum Conſtantii Libanius Or. Baſilic. p. 135 D: σωφροσύνην μὲν εἰς τοσοῦτον ἤσκησεν, ὥστε καὶ τῇ προσηγορίᾳ τῆς ἀκολασίας αἰσχύνεσθαι·

 Quod

Quod hinc ſumſit Themiſtius. Or. I. p. 5, A; ἀκηλεπίαν δὲ μὴ καὶ τοὔνομα αὐτὸ λυποῦμεν λέγοντες.

P. 45, C: μάρτυς δ' πατὴρ γέγονεν ἀξιόχρεως, σοὶ τὰ περὶ τὴν ἀρχὴν καὶ τὰ πρὸς τοὺς ἀδελφοὺς διοικεῖν ἐπιτρέψας, μόνῳ ὄντιγε, πρεσβυτάτῳ τῶν ἐκείνου παίδων·] Petavius mavit ὄντι mutare in οὔτι· in eaque criſi adſentientem habet Spanhemium. At locus ita videtur juvandus — ἐπιτρέψας μόνῳ, ὄντι γε οὐδὲ πρ. Elegans est haec breviloquentia: *tibi ſoli mandavit curam & imperii & communium cum fratribus negotiorum; qui ne maximus quidem natu eras filiorum: tantum abest ut unicus fueris.* Quod ultimum ſubaudiendum est. Ita ſimpliciter οὐδέ nonnumquam a Graecis poni, docuit Berglerus ad Alciphronem I, 32. Conſtantinus moriens unum Conſtantium ad ſe vocavit: maxinum & minimum natu, Conſtantinum & Conſtantem non vocavit. Ita Julianus etiam Or. II. p. 94, B: & Libanius Or. Baſilic. p. 105, A.

P. 46, D: Ὅσα γὰρ ἐκείνοις ἀπαγορεύουσι οἱ νόμοι, — ταῦτα ὁ λόγος ἀπαγορεύει ταῖς ἐπιθυμίαις παρά σοι] Ducta est comparatio λόγου & νόμου ex illo Xenocratis nobili dicto de Philoſophis, quod exſtat apud Plutarchum T. II. De Virtut. Mor. p. 446. F: μόνοι ποιοῦσιν ἑκουσίως διὰ τὸν λόγον, ἃ ποιοῦσιν ἄκοντες οἱ λοιποὶ διὰ τὸν νόμον· Ita enim, addito διὰ τὸν λόγον, legendum ex alio loco Adv. Colot. p. 1124, E. Haec imitationi notandae ſufficiant. Nam de omnibus aliis modis, quibus λόγος & νόμος, *ratio* & *lex*, conjunguntur, infinitum est referre.

P.

P. 47, A: Οὐ γάρ ἐςιν εἰκὸς τοσαύτην ἀρχὴν καὶ δύναμιν μὴ παρὰ τῆς ἴσης διοικουμένην καὶ κρατουμένην Φρονήσεως πρὸς τοῦτο μέγεθος ἀφικέσθαι καὶ κάλλος πράξεων· ἀγαπητὸν δὲ εἰ καὶ τύχῃ μόνον δίχα Φρονήσεως ἐπιτρεπομένη ἐπὶ πολὺ μένει·] Ita locum exhibui, non ut in libris editis legitur, ſed ut eum leniſſima, quoad fieri poteſt, ratione conſtituendum putavi. In Petavianis editionibus eſt — κρατουμένην Φρονήσεως ἐπὶ πολὺ μένειν· cetera omnia deſunt: quae, quamvis in codice Anglicano reperta, tamen ſpuria cenſuerat Petavius. At Spanhemius eadem in Voſſiano codice reperta, germana judicans, in orationem Juliani recepit; nudc quidem & ſimpliciter, ut neutiquam cum reliqua oratione congruerent: praeterea, caſu an conſilio, omiſſis illis verbis ἐπὶ πολὺ μένειν; ut omnis ſententia labefactaretur. Jam hac noſtra lectione & probabilitati & ſententiae conſultum eſſe, cum hinc patet, tum *magis etium* e proxima patebit animadverſione. Credibile eſt Julianum quaedam duxiſſe a Cyropaediae initio, quod in eodem argumento verſatur. Quod ibi eſt, Cyrum potuiſſe ἐπὶ τοσαύτην γῆν ἐφικέσθαι τῷ ἀφ' ἑαυτοῦ Φόβῳ, probum & ſanum eſt; ne quis forte aut ibi e Juliano ἀφικέσθαι, aut hic e Xenophonte ἐφικέσθαι, corrigere tentet. Apud Xenophontem ἐφικέσθαι eſt *pertingere, pervenire in tantum intervallum; timore ſui ad tam disſitas gentes potuit pertingere, eas continere in officio.* Ἀφικέσθαι ἐπί τι reſpondet Latinorum *pervenire ad aliquid, potiri aliqua re.* Sic Thucydides II.

p. 112, A. Plutarchus T. I. Romul. p. 35, C: ἐπὶ πλείονα ἀθροιζομένης ἀφίξονται δυνάμεως. Plane Libanius ſimiliter & accommodate ad praeſentem locum T. II. Or. De Vita ſua, p. 20, A: urbs Conſtantinopolis πρὸς τοσοῦτον ἥκουσα μεγέθους καὶ κάλλους —— οὐδὲ φυλάξαι παρὸν εἰδείη καλόν· αὐτὴ δὲ (Nicaea) καὶ ἄκων κτήσασθαι.

P. 47, B: Ἀνθῆται μὲν γὰρ τῇ τύχῃ προσχόντα πρὸς βραχὺ ῥᾴδιον· διαφυλάξαι δὲ τὰ δοθέντα ἀγαθὰ δίχα φρονήσεως οὐ λίαν εὔκολον· μᾶλλον δὲ ἀδύνατον ἴσως· Ὅλως δὲ εἰ χρὴ καὶ περὶ τούτων (τῶν) ἐναργὲς φράζειν τεκμήριον, πολλῶν καὶ γνωρίμων οὐκ ἀπορήσομεν.] Haec deinceps conjuncta ſunt cum antecedentibus, quae proxime tractavimus; ut eo certius, qui ea legat, quisque illud ſuperius additamentum recipiendum intelligat. Τῶν, uncinis incluſum, ejiciendum est, cum ſuo nomine, tum variae lectionis in margine notatae auctoritate. Porro, haud ſcio an ſpurium ſit ἴσως. Nam & friget, & ex conſuetudine bene ſcribentium, ὅλως cum ἀδύνατον jungendum erat. Putem Julianum ſcripſiſſe — μᾶλλον δὲ ὅλως ἀδύνατον· Εἰ δὲ χρὴ καὶ περὶ τούτων —. Poſtea forte ὅλως excidit, ac librarius deinde ad marginem notavit ἴσως· ὅλως: ut moneret, *forte* ὅλως *addendum eſſe*: denique utrumque in orationem receptum hanc vulgatam lectionem peperit. Sed hoc fingere est, inquit. Immo totum hoc Critices negotium est *fingere*; modo ita fiat, ut ne a veriſimilitudine aberret. Sed hoc cuicuimodi ſit, certe forma valde est

fre-

frequens Plutarcho, cujus in conſtituenda Juliani ſcriptura non repudianda est auctoritas: T. I. Romul. p. 33, D: μυθῶδές ἐςι, μᾶλλον δὲ ὅλως ἄπιςον· Camill. p. 141, D: ἦν δὲ ἀπορία — μᾶλλον δὲ ὅλως ἀδύνατον ἐδόκει. T. II. Symp. VIII. 8, p. 129, A: ἀλλότριον, μᾶλλον δὲ ὅλως πολέμιον τῇ φύσει τοῦ ἀνθρώπου ςοιχεῖον· De Anim. Procreatione in Tim. p. 1025, A: πῦρ καὶ ἡ γῆ χαλεπὴν πρὸς ἄλληλα κραθῆναι φύσιν ἔχοντα, μᾶλλον δὲ ὅλως ἄμικτον καὶ ἀσύςατον· Adv. Stoic. p. 1084, A: ἐξοικίζοντες ἐννοίας, μᾶλλον δὲ ὅλως ἀναιροῦντες. Adv. Colot. p. 1123, E: μηδὲν ἐγγὺς εἶναι, μᾶλλον δὲ ὅλως ἐπέκεινα τῆς αἰσθήσεως ἀπῳκίσθαι· Item aliis locis: T. II. p. 558, C. 559, A. 562, C. 814, E. 1071, D. 1082, A. 1091. D. Ipſa quidem-ſententia adeo vera & manifesta est, ut a natura potius quam ab imitatione ducta videatur; tamen a quibusdam ita tractata, ut imitatio appareat. Exempli auctoritatem pono in *Euripide Electr.* 948:

Ὁ δ' ὄλβος ἄδικος καὶ μετὰ σκαιῶν ξυνὼν,
Ἐξέπτατ' οἴκων, σμικρὸν ἀνθήσας χρόνον.

Deinde ſententiam ornavit, amplificavit, ac celebravit Demoſthenes Or. Olynth. II. p. 7, B: ubi, *imperium non benivolentia, ſed vi & fraude, partum, parvo momento ac brevi tempore perire*, dicit: ἀλλὰ τὰ τοιαῦτα εἰς μὲν ἅπαξ καὶ βραχὺν χρόνον ἀντέχει, καὶ σφόδρα γε ἤνθησεν ἐπὶ ταῖς ἐλπίσιν, ἂν τύχῃ· τῷ χρόνῳ δὲ φωρᾶται

καὶ περὶ αὐτὰ καταλῆξει· Quem locum Juliano haec ſcribenti obverſatum fuiſſe hoc etiam indicium est, quod mox dicit, Conſtantio imperii diuturnitatem a benivolentia ſubditorum veniſſe. Imitati certe ſunt & alii, & Plutarchus T. II. De Iſ. & Oſ. p. 360, C; βραχὺν ἤνθησε ἡ δόξα χρόνον, κ. τ. λ. Choricius Or. II, 12. ap. Fabric. B. G. T. VIII. p. 869: — μικρὰ πρόφασις καὶ τὸ τυχὸν ἐναντίωμα πάλιν ἀνέτρεψε τὰς σπονδάς· Τὰ γὰρ εὐνοίας χωρὶς καὶ πόθου συνιστάμενα σαθρά τε καὶ σφαλερὰ καὶ βραχὺν ἀνθήσαντα χρόνον ἀπομαραίνεται. Cum Juliano convenit Syneſius Or. Regn. p. 15, C: ἑκάστῳ ἐπικράτειαν ἐπὶ μέγα προήγαγον δι᾽ ἐπιμελείας ἄνθρωποι κτώμενοι τ᾽ ἀγαθά· καὶ γενόμενοι ζηλωτοὶ χαλεπῶς ἂν ἔτι τὴν τάξιν τηροῖεν ἄνευ φρονήσεως.

P. 48, A: Λείπεται δὲ λοιπὸν —— μιμεῖσθαι τὴν θείαν ἐν ἀνθρώποις φύσιν.] Vel ex pleonaſmo est accipiendum, vel ita ut λοιπὸν *jam* ſignificet, de qua poteſtate ſupra monuimus. Similiter dixit Johannes Chryſost. Orat. I. in Paul. Apost. p. 32, in nupera Valckenariana editione: λείπεται δὲ πρὸς τοὺς ἀγγέλους αὐτὸν ἐξετάσαι λοιπόν· ubi non alterutrum abjiciendum, ſed utrumque retinendum est.

P. 48, C: Τὸ μικρὸν μετὰ τὴν τοῦ τυράννου δυστυχῆ τελευτὴν ἐν Γαλατίᾳ γενόμενον, κοινὴν ἁπάντων ἔδειξε στρατοπέδων τὴν εὔνοιαν· τὸν θρασυνόμενον, καθάπερ ἐπ᾽ ἐρημίας, καὶ τὴν γυναικείαν ἁλουργίδα περιτιθέμενον, ὥσπερ τινὰ λύκων ἐξαίφνης διασπασαμένων·] Significatur Sylvanus, qui, paulo post interfectum Magnentium, in Gallia imperium affectans

ſtans mox oppreſſus eſt. Hunc igitur Sylvanum re & exitu cum illo in fabulis Pentheo comparat Julianus, haud obſcuris hoc quidem loco notis, manifeſtioribus etiam gemino loco Or. II. p. 98, D; quem expoſui Epiſtola Crit. p. 11.

P. 49, A: ὑπὸ τῆς τῶν ὑπηκόων εὐνοίας ἐς τοῦτο μεγέθους ἀρθεὶς καὶ πράξεων.] Licet huic lectioni nil ad ſanitatem deeſſe videatur, neſcio tamen quomodo, ut aliis locis Juliano frequentatum, ita hoc loco ſcriptum fuiſſe arbitror, ἐς τοῦτο μέγεθος ἀρθεὶς πράξεων, vel ἐς τοῦτο μέγεθος ἀρθεὶς καὶ κάλλος πράξεων· Sic paulo ſuperius p. 47, B: πρὸς τοῦτο μέγεθος ἀφικέσθαι καὶ κάλλος πράξεων· Ceterum, ſimiliter fere dixit Zoſimus, Juliani, ut virtutum laudator, ita orationis imitator haud infrequens, I, 1: ἐς τοσοῦτον μέγεθος ἤρθησαν τύχης· Quod item reſtituendum eſt Onoſandro I. p. 6: εὐπραγήσαντες ἤρθησαν εἰς δόξαν· vulgatur vitioſe ἠγέρθησαν·

CENSURA.

LIBANII *Sophiſtae Orationes & Declamationes, ad fidem Codicum Mſpt. recenſuit & perpetua Adnotatione illuſtravit* JO. JACOBUS REISKE. *Volumen Primum. Altenburgi. Sumtibus & Literis G. E. Richteri.* 1784. 4 *Maj. pagg.* 312.

Si Veterum Scriptorum, ut ipſe quisque melior praeſtantiorque est, ita editionibus frequentatus esſet; Libanii profecto editiones & plures & meliores habuisſemus. Magnum enim in hoc Scriptore esſe momentum ad elegantem Graecarum Literarum rationem, norunt Atticae venuſtatis ſtudioſi omnes: magnum item ad res Seculi quarti illuſtrandas, documento ſunt ſcripta egregiorum virorum, Gothofredi, Valeſii, Tillemontii, e quibus in hoc quidem argumento posteriores & ſapiunt fere & pendent. Neque tamen adhuc Libanii opera, non dicam diligenter & accurate, ſed probabili mediocritate, edita fuerunt. Eorum triplex est genus. Primum *Sophiſticum*, quod in ficto argumento ad exercitium eloquentiae conſumitur, & Progymnasmatum Exemplis ac Declamationibus continetur. Alterum, in vero argumento poſitum, est *Oratorium*, quod complectitur Orationes

nes ad illius aetatis homines, Imperatores, Caeſares, magiſtratus, alios, aut de iiſdem, vel habitas vel ſcriptas. Tertium, idem haud dubie veri argumenti, est *Epiſtolicum*. Et Epistolas quidem omnes, quot reperiri potuerunt, uno volumine formae maximae, anno hujus ſeculi trigeſimo octavo, edidit Johannes Christophorus Wolfius: ſatis probabiliter, ut, ſi reliquorum operum ſimilem haberemus editionem, novam minus deſiderasſemus. Nam horum, plenior quidem, unica est editio Frederici Morelli duobus voluminibus formae maximae: quorum priore, Anni 1606, *Sophiſtica*, altero, Anni 1627, *Oratoria* continentur. Ac Morello gratia habenda est, quod ut ipſe poterat ita Libanii opera frequentiora reddidit; quamquam & Graeca valde vitioſa exhibuit. & vitioſiorem etiam Latinam interpretationem addidit. Deinde alii docti viri alias Libanii Orationes ex bibliothecarum latebris protractas vulgarunt, veluti Gothofredus, Fabricius in Bibliotheca Graeca, Bongiovannus Venetiis, & ibidem nuper Jacobus Morellius qui unam Declamationem prodidit in Anecdotorum faſciculo. Qui vero post Fredericum Morellum operum Libanii editionem cogitaſſe dicuntur, in Gallia Valeſius, Romae Adamius, propoſitum non effecerunt. Ergo Reiskius rem fecit Literis non ſolum utilem, ſed plane neceſſariam: qui, post editas, Animadverſionum in Graecos Auctores volumine quinto, emendationes Orationum Libanianarum, ipſe

ipſe novam omnium operum editionem inſtituit, nactus codices ſcriptos ſex, Auguſtanos duos, Monacenſes tres, Guelferbytanum unum: quorum ope non ſolum & menda tolleret plurima & expleret lacunas, ſed Orationes etiam ineditas quinque proferret. Ceterum morte occupatus, opus, ſive affectum perficiendum, ſive perfectum edendum, reliquit uxori Ernestinae Christinae: quam ego hoc loco nec memorare ſine laude, nec laudare pro ea ac digna est, poſſum. Igitur Reiskia, eruditiſſima foemina, primo conſilium perficiendae editionis a marito inſtitutae oſtendit edita peculiariter una Declamatione, de qua diximus volumine primo, parte tertia, hujus Bibliothecae: deinde primum hoc volumen ex officina Richteria Altenburgenſi emiſit, ita quidem ornatum, ut aequi judices nec in externo nec interno cultu magnopere quid deſiderent: chalcographicis autem mendis ita purgatum, ut ea non quidem nulla ſint, nec tamen ita gravia, quin ab attento quoque lectore corrigi queant. Ex illo tempore quum ſecundum volumen nondum vel exiiſſe vel exiturum cognoverim, vereor ne bibliopola minus proſpero venditionis ſucceſſu a perſequenda editione retardatus ſit. Quod & ipſius & Literarum cauſſa doleo: eoque mihi magis faciundum putavi, ut per hanc Bibliothecam noſtratium ſtudia ad libri cognitionem provocarem. Ne dicam de illa ratione, quae ipſa quoque haud nihil valere debet, quod haec & ple-

nior

plenior & emendatior editio minori etiam pretio comparatur, quam priores, per quas Libanii opera diſperſa, nec ita integra & emendata, exſtant: quas adeo ſi quis magno etiam pretio emere velit, ne reperire quidem ſaepius poſſit.

Primum igitur materiam ac formam hujus voluminis deſcribamus, deinde peculiariter de laude ac praeſtantia reſtitutae lectionis & patefactae intelligentiae exponamus. Proxima deinceps titulo est Vita Libanii, ex ipſius maxime ſcriptis collecta, non quidem per annos digesta, ſed tamen ſecundum temporis ordinem notata brevibus locis, ſignificata etiam auctoritate ac ſede unde quidque petitum est. Auctorem ejus eſſe Reiskium, quamquam non additum est nomen, tamen non est quod dubitemus.

Sequitur Reiskiae praefatio, eleganter ſcripta; qua operis ratio exponitur. Tum exhibentur *Libanii Orationes*, non illae omnes, ſed viginti & una; nec deinceps eo ordine, quo ſunt in Morelliano ſecundo volumine: nec inde omnes ſumtae, ſed partim etiam e Fabricio & Bongiovanno. Earum haec ſunt nomina & argumenta. I. *De Sua Vita.* II. *De iis qui eum molestum vocaverant.* III. *Ad juvenes, de Oratione.* IV. *Adverſus eos qui ipſum deliraſe dixerant.* V. *Dianae Laudatio.* VI. *De inexplebili cupiditate.* VII. *Divitias injuste partas majorem cauſſam eſſe miſeriae, quam paupertatem.* VIII. *De Divitiis, vulgo, De Amicis.* IX. *In Calendas.* X. *De*

De Plethro, aedificio Antiocheno. XI. *Antiochicus, ſ. Laudatio Urbis Antiocheae.* XII. *In Julianum Imp. Conſulem.* XIII. *Prosphoneticus, ſeu, Salutatio ad Julianum.* XIV. *Pro Ariſtophane Corinthio, ad Julianum.* XV. *Legatio ad Julianum.* XVI. *Ad Antiochenos, de ſedanda Juliani Imp. ira.* XVII. *Monodia in obitu Juliani Imp.* XVIII. *Epitaphius, ſeu Laudatio funebris in Julianum Imp.* XIX. *Ad Theodoſium Imp. de ſeditione Antiochena.* XX. *Ad Theodoſium Imp. de facta reconciliatione.* XXI. *Ad Caeſarium Magiſtrum.*

Interpretatio Latina nulla addita est. Graeco operi Auctoris ſubjiciuntur quavis pagina Animadverſiones Reiskii: quarum duplex est conſilium, ut & corrupta emendentur, & obſcura illuſtrentur: quod plerumque breviter & opportune fit, ut vel mediocriter Graece docti Libanium ſine Latina interpretatione intelligere posſint.

Jam Reiskii operam in una peculiariter ſpectabimus Oratione, Libanii *de Vita ſua*: cui multis locis tenebrae offuſae ſunt; cum ab auctore ipſo, qui ſuas & aequalium res ſaepe ſignificare, quam diſerte eloqui, maluit: tum a librariorum corruptelis & labibus, quae in alia nulla Libanii ſcriptione frequentiores ſunt. Quas tenebras multis quidem partibus minuit Reiskii ſollertia & acumen; ut me quoque excitaverit ad eandem Orationem tractandam, ſi forte, corrigendo interpretandoque reliquarum tenebrarum partem dispellere posſem. Accedit ipſius commendatio argumen-

menti, quod est de vita publica & privata hominis literati & tempus ſuum in juventute docenda conſumentis, multisque locis non ſolum publicas illius aetatis res, ſed ſcholaſticam quoque rationem & Sophiſtarum conditionem ac provinciam, declarat: quae res jucundam in primis cognitionem habent nobis noſtrique ordinis hominibus; qui Latine Profeſſores nominamur; Graece, velimus nolimus, Sophiſtae dicimur, nec aliud niſi σοφιστεύομεν.

P. 1: De Libanio bifariam exiſtimabatur: alii eum feliciſſimum, alii infeliciſſimum, perhibebant. Ab utrisque diſſentit ipſe, docens per totam hanc orationem, ſe partim felicem, partim ſecus, eſſe: & narrans, quidquid ſibi obtigerat per vitam, oſtendit de unaquaque re utrum in proſpera an adverſa fortuna poni debeat. Hujus rationis animadverſione & Reiskius compluribus locis lucem attulit, & nos quibusdam afferemus. Igitur in ipſo initio ait: τούτοιν τοίνυν ἑκατέραιν ταῖν ψήφοιν τὴν τῆς ἀληθείας ἀπενηνεγμένην ἐπανορθῶσαι πειρατέον διηγήσει τῶν τε ὑπαρξάντων ἐμοὶ, τῶν τε νῦν ἔτι ὄντων· Reiskius ante in Animadverſ. Vol. V. ita contexerat — ψῆφον τὸ τῆς ἀληθείας ἀπενηνεγμένον κ. τ. λ. Quod omnino probo; nam in utraque contrariarum ſententiarum erat quid veri, erat etiam quid falſi; igitur falſum, τὸ τῆς ἀληθείας ἀπενηνεγμένον, corrigere ſtudet Libanius. Arguta est dictio; nam ψῆφος φέρεται, ſententia fertur: ſi praeter veritatem fertur, ἀποφέρεται τῆς ἀληθείας. Ceterum & vulgatam in contextu

textu reliquit, & in nota ſubjecta e Codicibus ſuis laudat & probat τὴν (f. operarum error pro τῶν) ψῆφον τὴν τῆς ἀληθείας ἀπεσημειωμένην. Quod, ut indicium religionis, laudo; priorem tamen correctionem probo.

Deinceps dicit: Πρῶτον τοίνυν, εἰ καὶ τόδε εἰς εὐτυχίαν φέρει, πόλεως πολίτην εἶναι μεγάλης τε καὶ εὐδαίμονος· ἀφείσθω μὲν μοι τῆς Ἀντιόχου τὰ μέγεθος. Reiskius e codice ſcripto dedit — ἀφείσθω μέν τις τῆς Ἀντιόχου τ. μ. Equidem, quum in Ferrarienſi editione ſit μέντοι τῆς, putem Libanium ſcripſiſſe ἀφείσθω μέντοί τις τῆς A. τ. μ. Nam in ejusmodi adhortationibus & obſecrationibus μέντοι eleganter ponitur. Sententia ipſa fluxit e nobili dicto, ſive Simonidis ſive Euripidis, apud Plutarchum Demosthen. init. p. 846, B: χρῆναι τῷ εὐδαίμονι πρῶτον ὑπάρξαι τὴν πόλιν εὐδόκιμον. Nam Simonidi tribuit Ammianus Marcell. LXIV. p. 11. *Ut enim Simonides Lyricus docet, beate perfecta ratione victuro ante alia patriam convenit eſſe glorioſam.* Ad quem locum conſulendus est Valeſius.

P. 2. Mor. 2, Reisk: Ἐγὼ δὲ καὶ εἴην εἰδότι τὴν πόλιν ἀκοῇ πάντα ἐπίςασθαι·] Vera lectio ἰδόντι recepta est e codicibus. Proxime μέγιςον εἶναι συνέβη γένος πολιμόν· item e codibus repoſitum pro μεγίςους est: enim frequens Enallage, de qua ſupra diximus ad Julian. Or. I. p. 35. Porro dicit Libanius, genus ſuum clarum eſſe παιδείᾳ τε καὶ πλούτῳ, καὶ χορηγίαις, καὶ ἀγῶσι, καὶ λόγοις ὅσοι φοραῖς ἀρχόντων ἀπαντῶσιν. In φοραῖς conſentiunt omnes libri. Reiskius & antea & nunc maluit

θύραις

θύραις, *qui oſtiis principum occurrunt*; fatetur tamen ſibi etiam nunc locum obſcurum aut mendoſum videri. Niſi Φοραῖς ſit *progenies*, ut ſint *orationes quae conveniunt genti feraci magiſtratibus*; credam Φθοραῖς aut ὀργαῖς ſcriptum fuiſſe ab Auctore: ita infra p. 71, A, ἐξαιρεῖν ὀργὰς ἄρχοντος, *pro reis dicere apud magiſtratum.* Deinceps, ubi Libanius dicit de patris ſui immatura morte ᾤχετο τῷ ἀκμῆς μικρὰ ἐκ πολλῶν κεκομισμένος, recte e veteribus libris Reiskius revocavit pro κεκομικώς· *Igitur mater vidua curam liberorum educandorum ſuscepit*, & *τῶν μὲν μᾶλλον οὐ μάλα ἥπτετο ſed Libanium, inertem puerum, ad ſtudia excitare non poterat.* Ita in textu reliquit Reiskius, quod libri conſentirent; vere tamen monuit, pro μᾶλλον legendum eſſe ἄλλων· Denique lacunae ſignum in fine paginae delevit; quod loco ad integritatem nil deeſſe videretur.

P. 3, M. 3, R. Libanius quindecim annos natus mirificum literarum ſtudium concepit: deliciis ruris & urbanis ſpectaculis miſſis, vendidit etiam columbas, δεινὸν θρέμμα καταδουλώσασθαι νέον, & *totus in libris erat*, λόγος (in Reisk. Ed. operarum vitio est λόγων) γε τὸν σοφιστὴν ἐκεῖνον μαντεύσασθαι περὶ ἐμοῦ πόῤῥωθεν, ἃ δὴ καὶ τετέλεσται· Leve mendum Reiskii acumen effugit: legendum λόγος τε, ut Morellus jam fecit, qui vertit: *Ac rumor fuit, ſophiſtam celebrem*, (potius *illum*, id est, *magiſtrum cujus ſcholam frequentabam*) *de me multa ante vaticinatum eſſe, quae ſane jam perfecta*

 ſunt.

ſunt. Poſtrema illa ſunt Homerica Il. Σ, 74: τὰ μὲν δή τοι τετέλεσται· Deinceps interrogat Libanius, ποῦ δὴ τὴν ὀρφανίαν θήσομεν; quod accipiendum ex illa modo prodita ratione, *orbitatem meam utrum in proſpera an in adverſa fortuna ponemus?* Elegans forma. Sic Plutarchus T. II. Herod. Malign. p. 863: A: ποῦ θήσεις αὐτῶν ἐκείνων συνωμοσίαν; Gregor. Naz. Or. Stelit. II. p. 121, B: τὰς δὲ φυσήσεις — ποῦ λόγου θήσομεν.

P. 4, M. 4, R. *Quum Antiochiae non haberet Sophiſtas, qui ipſius diſcendi cupiditati ſatisfacerent, utebatur tamen iis qui tum erant, prouti ii qui hordaceo pane* (τοῖς ἐκ κριθῶν ἄρτοις) *utuntur inopia melioris.* Ducta eſt comparatio ex illa Dinarchi appellatione, qui κρίθινος *Demoſthenes* per jocum vocabatur. *Sed apud illos magiſtros quum nil proficeret, eſſetque timendum ne caecos duces ſequens in barathrum inſcitiae incideret,* ἦν κίνδυνος, ἡγεμόσι τυφλοῖς ἑπόμενον εἰς βάραθρον ἀμαθίας πεσεῖν: *ingenium a pariundo avocavit,* παύσας τὴν μὲν ψυχὴν τοῦ τίκτειν, *linguam a dicendo, manum a ſcribendo:* ἓν ἔργον μόνον· μνήμῃ τὰ τῶν παλαιῶν ἐκτώμην, *unum agebat hoc, ut ſcripta Antiquorum memoria complecteretur.* Proverbialis eſt dictio, *Caeco duce ſequendo in foveam incidere*: quam venuſte Libanius ad Platonis ſententiam in Parmenide proditam p. 56, B, accommodavit: de qua videatur Animadverſio noſtra ad Plutarchum Ser. Num. Vind. p. 72, item Wetſtenii nota ad Matth. XIV, 15. Porro Reiskius

kius duabus partibus huic loco profuit ope codicum: nam & κείμενον post τίκτειν delevit, & μνήμη τὰ dedit loco vulgati μνήματα, quod ipſe quondam in Animadverſionibus cum ὑπομνήματα permutandum cenſebat.

P. 5, A, M. R. 5: *Libanius puer apud magiſtrum ſedentem ſtans, dum Ariſtophanis fabulam Acharnenſes legit, repentino tonitru perterrefactus, nulla deinde medicorum auxilia petiit; unde mali reliquiae ſemper ei haeſerunt, quod in principiis facile depelli potuiſſet: & haec neglectio* ἐς ῥίζας ἤγαγε τὴν συμφορὰν, ἐκβληθεῖσαν ἂν, ὥς φασιν, ἐν προοιμίοις οὐ σὺν πόνῳ· Magno ſententiae emolumento Reiskius addidit e codicibus ἂν, quae particula vim Conjunctivi aliis Temporibus adjungit.

P. 6, D, M. 6, R. *Libanius dudum Athenarum cupiditate incenſus, jam annum fere agens vigeſimum tertium eo proficiſcitur, inchoata eloquentiae ſtudia abſoluturus. Terreſtre ei fuit iter ad Boſporum usque, idque aegrotanti: ſperabatque ſe, gratia amici cujusdam & hoſpitis, regio vehiculo Athenas venturum: qua ſpe quum excidiſſet, hiberno tempore, jam clauſo mari, pactus cum gubernatore, vela dedit ac proſpero curſu Athenas venit.* Reiskius opportune monet e Gothofredo ad Cod. Theodoſ. VIII, 5, ſignificari currum clabularem, cujus tum utendi facultas a principe ſolebat, per tabulas evectionem indulgentes, impetrari. Atque ſubinde ejusmodi brevibus notulis hiſtoricis Auctorem dilucidiorem facit.

P. 7, M. 6, R: *Athenis Sophiſtae ſuos quisque, tamquam cohortem, proprios habebant diſcipulos, qui omni ſtudio & contentione ſcholam magiſtri diſcipulis augebant, vel veteribus aliunde abductis, vel recens advenis interceptis. Advenam initiabant lavacro, pompa, aliisque ludicris ritibus.* Hujus moris recentior aetas adhuc tenax est: magis adeo, quam veteris elegantiae & venuſtatis. Jucunda ſunt cognitu quae de hoc argumento prodiderunt ipſe Libanius Ep. MLXXI, Eunapius Vit. Soph. in Proaereſio p. 130, 133, & in primis Gregorius Nazianzenus Or. Funebri in Baſil. M. p. 328, 329. *Sed Libanius ita interceptus, ex aliis in alias manus venit, nec Sophiſtam, cujus ſcholam frequentare deſtinaverat, adire aut ab eo adiri poterat: ſed tamquam dolio incluſus tenebatur, veluti Ariſtodemus; donec jurejurando fidem dedisſet ſe in eorum, qui eum tenebant, cohorte manſurum:* οὐ δὲ ἦλθον μεταπεμψόντων, τούτων οὐδ᾽ ὄψιν εἶχον, ἐν πίθῳ μικροῦ καθειργμένος· οἷα τὰ ἐκείνων εἰς τοὺς ἀφικνουμένους τῶν νέων ἐθορύβουν οἱ δεσπότες; ὁ σοφιστὴς μὲν ἐμοῦ, ἐκείνου δὲ ἐγὼ στερόμενος· τοῖς ἔχουσι δὲ λόγος οὐδεὶς τῆς βοῆς ἀλλ᾽ Ἀριστόδημος μέχρι τῶν ὅρκων ἐτηρούμην ὁ Σύρος ἐγώ. Haec Reiskius dramatice accepit, ac ſi Libanius in cuſtodia Sophiſtam ſuum clamasſet, Ἀλλ᾽ Ἀριστόδημος· Sophiſta autem Libanium, Ἀλλ᾽ ὁ Σύρος· Atqui hanc rationem cum loci ſtructura repudiat, tum res ipſa. Neque enim de Ariſtodemo Athenienſi illius aetatis Sophiſta quid conſtat. Et est alius potius Ariſtodemus, quicunque

que is fuerit, antiquus, item cuſtoditus a ſui ſtudioſis & amantibus, cujus mentionem in re plane ſimili facit Libanius Ep. MCCLXVIII, de diſcipulo ſuo Meterio, qui Antiochiam reliquerat: Μόλις λαθὼν τὴν ἡμετέραν πόλιν Μητέριος διέδυ· πολλοὺς γὰρ ἔχων τοὺς ἐρῶντας ὑπὲρ τὸν Ἀριστόδημον ἐτηρεῖτο· perperam interpres, *Ariſtodemi cauſſa hic retentus est*: reddendum, *magis quam Ariſtodemus ſervabatur*. Ceterum Reiskius eadem hac pagina in fine recepit γενομένων pro γενομένην, & ἄλλως pro ἄλλων· utrumque recte, & antea jam in Animadverſionibus proditum, nunc e libris confirmatum.

P. 8, D. M. 7, R: *Tres erant Athenis Sophiſtae, qui ſcholas haberent: unum ut magiſtrum diſcipulus frequentabat Libanius, duos reliquos non niſi publice declamantes audiebat. Atque hoc in ſecunda fortuna ponit. Nam ſi ejus, quem ſibi propoſuerat, Sophiſtae diſcipulus factus eſſet, debebat brevi praefectus cohortis*, χοροῦ προστάτης, *fieri: quod est munus opinione honorificum, re miſerum, quodque Libanium, jam antequam Athenas veniſſet, fama honoris ceperat. Hoc ejusmodi erat, ut praefectus, tamquam dux militiae, cohortem condiſcipulorum armatam duceret in praelium contra adverſariorum Sophistarum cohortes, in Piraeum & Sunium excurreret ad intercipiendos tirones ſtudiorum advenas. Hinc geſtatio baculi, ferri, lapidum, vulnera, judicia Corinthi apud Achajae Praetorem: hinc pocula, epulae, aes alienum. Nam diſcipuli omnia* au-

audebant, *ut Sophiſtis ſuis ſcholas celebriores redderent*, ὅπως τὰ πράγματα τοῖς ἡγεμόσιν αἴρωσιν ita nunc rectius accepit Reiskius, cum antea de Magiſtratibus accepiſſet, quibus per has turbas negotia ſua augerentur. *His igitur factionibus ac moleſtiis non implicabatur Libanius; quod invitus in illa ſchola erat, neque proinde aut ipſe ſponte, Sophiſtae ſui cauſſa, arma ſuſcipere vellet, nec etiam ab ipſo aut ſociis cogeretur, verentibus ne uteretur excuſatione jurisjurandi, qua eum vi obſtrinxe ant* (διὰ τὸ οὐχ ἑκόντα δεδωκέναι: ita vere Reiskius e libris pro vulgato διὰ τὰ οὐχ' ἑκόντα δεδωκέναι. *Adeo ipſe literarum ſtudiis operabatur, ut Athenis nec pilam tangeret, nec ſocius eſſet comisſationum nocturnarum, & fruſtra ei canerent Sirenes, quae alios bene multos exuebant. Et hoc igitur in ſecunda fortuna numerandum* (p. 9, D: καὶ τοῦτο δὲ τῶν τοιούτων — p. 10. A.): *& illud etiam, quod, cum eloquentiam illius Sophiſtae, cui me primo discipulum deſtinaverant, imitaturus fuisſem ob meum erga virum amorem, nunc aliorum meliorumque virorum veſtigia ſequebar, quos & ego tacere malo: & hos quum taceam, non est quod de humili illo & famelico Sophiſta plura dicam. Hoc igitur bene fortuna gubernavit: & praeterea mihi contingebat, ut bonos duces ſequens ne ad corporis quidem curam medicis opus haberent, ſed quotidie conſueta ſtudia tractare poſſem, exceptis paucis diebus feſtis.* Ita locus accipiendus, cujus obſcuritatis pars a Reiskio, pars, ut ſpero, a me dispulſa est; pars vereor

reor ne remaneat. Postrema verba ita Graece ſunt: ὁπόσαι ἡμέραι τοσοῦτοι πόνοι, πλὴν ὅσας αἱ πανηγύρεις αὐτῶν ἐπεσπάσαντο, οὐ πολλάς τινας οἶμαι· minus recte αὐτῶν cepit, & aliquid deesſe putavit Reiskius: αὐτῶν legendum, & referendum ad πανηγύρεις, ut ſit, *praeter eos dies, quos feriae ſuos fecerant, ſibi vindicaverant*.

P. 10. M: 9, R: Libanius Athenis non in throno conſtitutus, ſeu Sophiſta creatus, est, ut vulgo accipitur; ſed destinatus est Sophiſta, ut ex hoc loco diligentius excuſſo apparet. Cujus haec est vis ac ſententia. *Quum juventus factionibus ac turbis graſſaretur, praetor Romanus licentiam compeſcendam ratus, tres illos Sophiſtas muneribus, ſeu thronis, amovere, eorumque locos aliis tradere conſtituit. Destinabantur ſucceſſores Libanius cum duobus aliis: & jubebantur exſpectare donec vocarentur* (ἕως δὴ φανεῖεν καλούμενοι). *Sed non vocabantur, nec thronos obtinebant. Nam interea praetoris ira deferbuerat; ac veteres Sophiſtae manebant in thronis. Igitur laudem duntaxat retulit Libanius ex illa destinatione, ſed plenam illam invidiae & molestiae: nec veteres Sophiſtae, nec destinati juniores, quiescere poterant: hi, ut recens partam laudem tuerentur: illi, ut veterem labefactatam inſtaurarent.*

P. 17, B, M, 15, R: *Conſtantinopoli ſcholam habens Libanius, florens etiam discipulorum frequentia, aemulum nactus est Bemarchium Sophiſtam;*

qui, gratia Conſtantii fretus, magnos gerebat ſpiritus: καὶ πρὸς τῷ Νικοστράτῳ τοῦ Ἰσοκράτους καταφρονῶν, *contemnens & Iſocratem & Nicoſtratum.* Non eſt hic Comicus Nicoſtratus, ut Reiſkius putabat, ſed nobilis rhetor, cujus & alii meminerunt & Hermogenes De Form. Ita planus erit locus.

P. 19, M. 16, 17, R: *Nicomediam revocat Libanium ejus Civitatis Senatus, ut ita veteris Sophiſtae ſuperbiam, oppoſito ei aemulo ac rivali, puniret; ſuadente in primis uno ſenatore, qui affirmabat immortale malum fore Sophistae* ἐμέ τε καὶ τὴν ἀπ' ἐμοῦ τοῦ ἀντιτέχνου μόχθου: ita legendum pro τοῖς ἀντιτέχνοις. *Atqui iste Sophista timens Libanium, non audebat adverſus eum in Declamationis certamen deſcendere, ſed hoc timore adeo memoriam in dicendo amittebat:* τῆς μνήμης ἐξέπληττε, Thucydideum est, II, 87: φόβος γὰρ μνήμην ἐκπλήσσει· quod notavimus Bibl. Crit. Vol. I. P. II. p. 62. *Igitur, quum verbum amplius proferre non posſet, abiit ex auditorio, ita incenſus, quidvis dicens & faciens; ita ut abeuntium complures alii ſub aliis ſe abſconderent, timentes ne fervens adhuc Sophista in eos involaret, eosque diſcerperet.* καὶ ἐκεῖνος, τὰ μὲν ἄλλα πάντα δὲ φθεγγόμενος· ὥστε ὑπ' ἀλλήλων κρύπτεσθαι τῶν διαλυθέντων πολλούς, μὴ ζέων ἔτι προσπεσὼν τῷ διασπάσαιτο· Ita ſententia accipienda; quam antea perperam interpretatus Reiſkius, nunc, agnito errore, ſe non intelligere fatetur. διαλυθέντες ſunt *abeuntes, dimisſi finita oratione:* ut ſaepius. Plane ſimile So-

Sophiſtae factum est in hac ipſa Oratione p. 26. C.

Ibid. *Quinque annos Nicomediae tranſactos reliquis omnibus vitae partibus jucunditate praefert Libanius, corporis ſanitate, animi hilaritate, declamationum frequentia, plauſu, diſcipulorum multitudine & progreſſibus*, ὁρμαθοῖς νέων, ἐπιδόσει νέων: Duo postrema verba Reiskius delenda cenſuit, quod abesſent a Ferrarienſi editione, & ſcholion viderentur Platonicae vocis ὁρμαθός. Ego retinenda cenſeo; nam & in reliquis ſunt libris, & aliud est ὁρμαθός *ſeries, catena*, aliud ἐπίδοσις, *profectus, incrementum*. Ceterum Reiskius quamquam in eo Critices loco, qui in notandis imitationibus verſatur, adeo infrequens est ut eum vix ſemel & iterum tangat, tamen in exquiſitioribus vocibus ac dictionibus nonnumquam auctorem odorabatur. Veluti hoc e Platonis Jone ductum est, p. 145, A: ἐκ δὲ τῶν ἐνθέων τούτων ἄλλων ἐνθουσιαζόντων ὁρμαθὸς ἐξαρτᾶται.

P. 80, M. 77, R. Nicomedia gloriabatur literarum flore, ejusque floris auctore Libanio: & hanc laudem opponebat vicinae & aemulae Conſtantinopoli, οἷα ἡ μὲν ἐκοσμεῖτο θεάτρων ἡδοναῖς, αὐτὴ δὲ φορᾷ παιδείας: ita vere Reiskius φορᾷ recepit pro vulgato eoque vitioſo ἐφορείᾳ. Porro temporis Nicomedienſis jucunditatem deſcribens manifesta & efficaci imagine, inquit: ἐγὼ δὲ ἴσμεν ἀνδρὶ κατακεκλιμένῳ (ita Reiskius ex ingenio pro κατεσκευασμένῳ vel κατασκευασμένῃ) πρὸς πηγαῖς ἀκραιφνέσιν ἰδέ τινα, καὶ ὑπὸ δένδρων παντοδαπῶν ἐπισκιαζομένῳ χώραις, ἀκραιφνεῖ τε καὶ συνεχεῖ εὐωχουμένῳ, κατὰ τὴν Αἰγύπ-

Αἰγύπτιον ἐκεῖνον, ὃς ἐνεσοφίσατο μακρῷ αὐτῷ τὸν βραχὺν γενέσθαι χρόνον· Reiskius: facile veniam inveniet de recepta vera lectione, quae, licet non in libris reperta, tamen unice vera est. Morello nescio quid in mentem venit, qui ad marginem notavit *Pſalm. I*; quaſi vero ſimilis res eſſet; aut, ſi eſſet, Libanius hinc profeciſſet. Argumentum frequentius est quam ut ab imitatione profectum videatur; niſi quod ad formam, certe quod ad materiam. Similiora ſunt illa Platonis Rep. II. p. 423, H, de Muſaeo & Orpheo: κατακλίναντες καὶ συμπόσιον τῶν ὁσίων κατασκευάσαντες, ἐστεφανωμένους ποιοῦσι τὸν ἅπαντα χρόνον ἤδη διάγειν μεθύοντας· & ibidem p. 427, D: κατακλινέντες ἐπὶ στιβάδων ἐστρωμένων μίλακί τε καὶ μυῤῥίναις εὐωχήσονται αὐτοί τε καὶ τὰ παιδία. Quod vero de Aegyptio dicitur, penitus fugit Morellum: nec Reiskius nimirum hoc agebat, ut auctoritates notaret. Significat Libanius commentum Mycerini regis Aegyptii, proditum ab *Herodoto* II, 133: ubi Weſſelingius etiam Libanii mentionem memoravit.

P. 21, A, M. 18, R: *Maxima vero cauſſa jucunditatis, tempore Nicomedienſi, Libanio fuerunt certi amici*; τὸ σαφῶς κεκτῆσθαι φίλους· ὧν οὐδὲν ἔτι οὐ λείπεσθαι τῶν ἀκουόντων ἀγαθῶν, ὁ Εὐριπίδης φησί. Veram eandemque Atticam lectionem ἔτι οὐ pro ἐπιφοῖ e codicibus revocavit Reiskius; qui item infra p. 83, A, e libris dedit, ὁρῶν ὄντα κάπηλον καὶ δὴ ὅ, τι οὐ πωλοῦντα· vulgabatur καὶ ἰδιωτικῶν πωλοῦντα. Malim tamen αὐτὸν

pro

pro οὐδ', eadem & legitima quidem forma. Sic Thucydides III, 46: τίνα οἴεσθε (πόλιν) ἥντινα οὐκ ἄμεινον μὲν ἢ νῦν παρασκευάσεσθαι; *quam tandem arbitremini fore urbem, quae non melius, quam nunc, ſe paratura ſit?* Plato Euthyphr. p. 48, D: οὐδὲν ὅ, τι οὐκ ἀληθὲς εἴρηκα· Theaetet. p. 126, A: Φαμὲν οὐδένα ὅντινα οὐ τὰ μὲν αὑτὸν ἡγεῖσθαι τῶν ἄλλων σοφώτερον, τὰ δὲ ἄλλους ἑαυτοῦ· ita bene corrigendum cenſuit H. Stephanus pro vulgato — οὐδένα ὁντινοῦν τὰ μὲν κ. τ. λ. adferens dictionis exemplum e Xenophonte Cyropaed. I, 4, 25: καὶ οὐδένα ἔφασαν ὅντιν' οὐ δακρύοντ' ἀποστρέφεσθαι· Aeſchines Socraticus, qui dicitur, Dial. II, 8: οὐδεὶς ὅτου οὐκ ἂν ἐντιμότερος εἴη· Notaverat jam de eadem proprietate G. Budaeus Comm. L. Gr. p. 935. Locus Euripidis a Libanio ſignificatus neſcio an ſit Hecub. 309-330. Forte ſimul cogitavit de Platonis ſententia Sympoſ. p. 318, B. Certe utrobique eum *in modum* Achillis mentio fit, qui modus valde cum hoc Libanii loco congruat.

P. 22, D, M. 19, R: Sophiſta Libanium in judicium vocaverat, quod magicis artibus ipſius uxorem occidiſſet; judex ridebat Libanium, quod has occidendi arte non potius in Sophiſta uſus fuiſſet; ἐγέλα, εἰ περὶ γυναῖκα ἐγὼ παρανήλωσα τὸν θάνατον, ὑπερβὰς τὸν σοφιστήν· Vera ſcriptura παρανήλωσα in Animadverſionibus antea e Ferrarienſi Editione vindicata, nunc confirmata codicum conſenſu, recepta est. Idem verbum e codice Augustano restituerat Reiskius Demostheni

Or.

Or. De ordinanda Rep. p. 68, A: ἃ νῦν ἐκ τῶν ἰδίων παραναλίσκετε εἰς οὐδὲν δέον· legebatur προσαναλίσκετε· Lucianus Gymnaſ. 38, T. II. p. 920: οὐδὲ τὴν νεολαίαν τῆς πόλεως εἰκῇ παραναλίσκομεν· Deinceps duos locos expurgavit Reiskius p. 23, C, & 25, A, interpolationibus Morellianis auctoritate codicum ejectis.

P. 27-30, M. 24-26, R: *Nicomedia Imperatoris reſcripto Conſtantinopolim revocatus Libanius, mox experitur urbem ſtudiis literarum minime aptam eſſe; nam & Sophiſta, niſi magiſtratuum potentiorumque limina & convivia frequentaret, nullo erat numero, immo in contemtu & odio: & diſcipuli, quos multos ſecum duxerat, leviores capti urbis luxurie ſtudia deſerebant, meliores Phoeniciam aut Athenas petebant. Nec tamen vel ſic* (οὐδ' ὡς bene Reisk. e codd. pro οὐ δὲ ὡς) *intermittebat publicum declamandi munus: & frequentes aderant Senatores, ſed magis illi ut geſtum & actionem oratoris ſpectarent, quam ut orationem intelligerent; quippe ſenatus majorem partem e militaribus quam literatis hominibus conſtabat. Igitur praetextu peſtis, quae urbem invaſerat, in Bithyniam abit. Inde denuo Conſtantinopolim revocatus, & auditorum frequentia floruit, & luculento ſtipendio auctus eſt. Tum Strategii, recens a Conſtantio Proconſulis Achajae conſtituti, commendatione, Athenas ad Sophiſticum thronum vocatur: quam tamen vocationem accipere ipſe noluit.* In rationibus, quas Proconſul Athenienſibus commendandi Libanii cauſa adhibebat, haec etiam

erat,

erat, p. 30, A: σίτῳ μὲν ἐπεισάκτῳ χρώμενοι διδάσκαλοι πᾶσι περὶ τὸν σῖτον αὐτοὶ καταστάντες ἅπασιν, οὐδὲν ἡγεῖσθε δεινόν· εἰ δὲ περὶ λόγους τοῦτο δράσετε τὰ σεμνὰ ὑμῖν οἰχήσεται: *Cumque omnibus hominibus auctores frumenti ejusque uſus fueritis, non dubitatis nos indignum putatis frumento aliunde importato uti. Eloquentiae vero, cujus & ipſi auctores ac doctores aliis gentibus fuistis magiſtrum aliunde arcesſere dubitabitis?* Legendum, aut οἰχήσεσθαι, ſcilicet ἡγεῖσθε, *gloriam vobis perituram putabitis:* aut οὐ ταὐτὸ pro τοῦτο, *ſin vero in eloquentia non idem feceritis, gloria vobis peribit.* Ceterum dictio est Demoſthenis, qui ſic Or. Midian. p. 325, A; & Leptin. p. 365, C: πλείστῳ τῶν ἁπάντων ἀνθρώπων ἡμεῖς ἐπεισάκτῳ σίτῳ χρώμεθα·

P. 38, B. M. 33, R: *Antiochiae Sophiſticam factitans aemulum habuit veterem Sophiſtam, declamantem quantum poterat, ne a Libanio ſuperaretur: qui usque ad mediam aeſtatem ac ferias caniculares ſe in hoc certamine tuebatur,* ὥσπερ ἵππος ὑπὸ τοῦ ὁμόζυγος ἑλκόμενος· Quam postremam vocem Reiskius recte revocavit e codicibus pro vulgato ἐλαυνόμενος.

P. 42 B, C. M: 37, R: *Juliano Antiochiae degente, unus omnium maxime florebat Libanius, Imperatori idemque veteri discipulo ex quadam refrigeratione ad praecipuum amorem reconciliatus.* Plane Attica ſuavitas est in illis Juliani ad Libanium verbis: σὺ δὲ ἀλλὰ θαμίζειν ἡμῖν quae forte a Platone fluxit Rep. I. p. 410, B: οὐδὲ θαμίζεις ἡμῖν καταβαίνων εἰς τὸν Πειραιᾶ·

χρῆν

χρῶν μέντοι· *Ceterum amicis ſuis multis multa impetrabat a Juliano, quocum ſemper in ſermonibus & orationibus verſabatur. Itaque amici ſui Ariſtophanis negotium Juliano commendabat oratione, qua illum bonum virum in bona exiſtimatione ponebat.* Ita enim accipiendus locus hic: καὶ τὸ τοῦ Ἀριςοφάνους λόγος ἦν, οὐκ ἐῶν κακὸν τὸν οὐ τοιοῦτον δοκεῖν. Morellus, & Reiskius adeo, neſcio quod dictum Ariſtophanis Comici ſignificari putabant. At vero ſignificatur Ariſtophanes Corinthius, Libanii amicus ab ſeoque defenſus in oratione ad Julianum, quae eſt ſeptima in Morelliano volumine ſecundo.

P. 43, M. 38, R: Narratio, de Oratoribus Juliano ſuſceptum conſulatum gratulantibus, miras habet vel tenebras vel corruptelas: per quas tamen partem ſententiae perſpicere mihi videor, qua deinde alii explicanda loci intelligentiam planiorem faciant. *Julianus intelligens fore, ut innumerabiles cum praeſentes jam, tum adventuri, ipſi & collegae conſuli* (σφίσι) *cum laudationibus praeſto futuri eſſent, Libanio praecepit ut feſtum diem oratione celebraret. Ille vero dicens, hoc in utravis Lingua, & Graeca & Latina, non ſuae, ſed aliorum, provinciae eſſe, tamen non otioſus fuit, ſed ejusmodi orationem attulit, ut praeter ipſum nemo ſacro quid dignum dixiſſe videretur: ne is quidem orator, qui inſignem plauſum tulerat: quod priori oratori quidem obtigerat:* (leg. συμβαίνει τῷ προτέρῳ λόγῳ τύχης δ' οἶμαι τινος). *Sed caſu quodam ablegatis alio iis,*

qui

qui iterum plauſuri erant, quibusque expediebat Libanii laudem labefactare; (μὴ τἄμὰ διαβάλλειν, lege δὴ τ. δ.) *ſecundus orator nolens publice dicere, quod eum laudaturi ac plauſuri aberant, intra privatos parietes dicebat, ſeque ipſe laudabat: hinc novam riſui materiam praebuit: quem quum reprehenderet, denuo ridebatur. Ita laudis fraus detecta eſt, quae non detecta fuiſſet* (οὐ Φωραθὲν ἂν bene Reiskius conjicit pro οἱ Φ. ἂν) *ſi cogitaſſet, injustam laudem ſilentio ſervari. Hi ergo duo priores oratores ſe invicem poterant conſolari ſocietate adverſae fortunae. Ego igitur,* inquit Libanius, *tertius ad dicendum acceſſi* (ἀπέδων, ita Reiskius vere e codd. dedit pro ἀπέβην): *& Princeps primum vultu, oculis, geſtu, ſtudium admirationemque meae orationis declaravit: deinde e ſella exſiluit, ut quis horum angarorum dicat, praeter decorum: ſed ut vir gnarus rerum, quibus Regia majeſtas continetur, dicat, intra juſtos fines decori ſe continens.* ὡς δ' ἂν ἀνὴρ εὖ εἰδὼς οἷς ἂν σεμνὴ βασιλεία γένοιτο ἄρα, ἐν τοῖς προσήκουσι μένων· Reiskius ἄρα malit in κάρτα, aut ἀραρότως, mutare & cum poſtremis conjungere: quod non eſt opus: elegans eſt hoc loco ἄρα, *nimirum.* Ἄγγαρον, *bajulum, operarium,* per contemtum vocat Chriſtianum quendam doctorem, & forte ſignificat Gregorium Nazianzenum; cujus tum Orationes Steliteuticae notae erant, in quibus adeo corporis vitia, motus & geſtus, Juliani exagitantur: ſancte, ſcilicet, & pie!

P. 47, D, M. 43. R. Ἀνδὴς δὲ Φίλος προσιών, inquit

quit Libanius de tempore adverſae ſuae valetudinis, *injucundus mihi erat amicus ad me veniens.* Quod haud ſcio an aut ſupplendum, aut certe ſumtum, ſit ex dicto Jonis Chii, e Plutarcho nobis cogniti T. II. De Animi Tranqu. p. 466, D: Φίλων δ' ὃ, τ' ἐλθὼν λυπηρὸς, ὃ, τ' ἀπιὼν βαρύς.

P. 54, B, C, M. 48, R: Imperante Valente, Lupicinus erat Orientis Dux: hic Libanio conciliatus monebat τοὺς τῶν ἑδῶν τούτους καταγελῶντας, τοὺς τοῦ Οὐρανίου κληρούχους, ἀφέντας ἃ ἀλαζονεύονται, τὰ μὰ ζηλοῦντας δρᾶσθαι. Legendum οὐρανοῦ, *coeli*; neque enim de homine, neſcio quo, *Uranio* cogitandum: Chriſtianos doctores ſignificat, *istos templorum contemtores, coeli colonos, qui jactant hereditatem*, κλῆρον, *in coelo ſibi repoſitam eſſe.* Ἕδος de ſuis templis frequenter dicunt ejus aetatis ſcriptores a Chriſtianis alieni. De ſignificatione ejus apud Antiquos expoſuit Ruhnkenius in Tim. Vox reſtituenda eſt Libanio Or. Parental. in Julian. T. II. p. 330, D, apud Fabric. B. G. VII. p. 376: ubi editur εἴδεσιν pro ἕδεσιν. Sed nunc video Reiskium ita jam correxiſſe e codicibus p. 279, hujus editionis.

P. 61, B, M. 54, R: *Sabinus, inimicus Libanii, reſcripto Principis condemnabatur dupli & ignominiae: miles apportabat reſcriptum Antiochiam. Is qui primus ejus rei notitiam acceperat, lubens eam vulgavit: & miles dona frequentia accipiebat ab iis qui hoc nuntio laetabantur. Itaque Sabinus, malus homo, invitus bene*

fecit

fecit militi. Hic ſenſus e certiore interpunctione efficitur: τοῦ πρώτου δὲ μισθουμένου πολλοὺς εἰδέναι ποιήσαντες ἀδοξίαν; μισθὸν ἐποίει τῷ στρατιώτῃ, καὶ ἦν εὐεργέτης·

P. 61, D, M. 55, R: *Libanius unicum habebat natum, eumque ſpurium, Cimonem, quem cupiebat testamento heredem inſtituere. Sed lex vetabat: cujus quidem deinde veniam obtinuit a Valentiniano.* Quod anteaquam fieret, valde de filii ſorte laborabat; Libanius: ὁ νόμος ἐπολέμει τῷ νόθῳ, κληρονομεῖν οὐκ ἐῶν, ἀνελὼν παλαιὸν νόμον ποιοῦντα κληρονόμον· Φίλων μὲν οὖν ἦν ἀφθονία μοι δικαίων· οἳ δ' ὡς ἕνα λάβοιεν ἔμελλον· τοὺς δὲ τοῖς ὧδε δρωμένοις ἐπιθησομένους ἦν οὐ ῥᾴδιον διαφυγεῖν, γραφομένους τὴν ὁδὸν τῆς κτήσεως, ὡς ἀδικεῖ τὸν νόμον· Vidit Reiskius vitium eſſe in verbis ΟΙ Δ' ΩΣ ἙΝΑ ΛΑΒΟΙΕΝ, at de remedio ſe deſperare ingenue profitetur: *nihil hic video*, inquit, *nihil expedio: veteres meas ad hunc locum disputationes, quae ipſi mihi nunc non ſatisfaciunt, inſpiciat, qui volet, loco ſuo, judicetque. Satius est ulcus intactum relinquere, cui mederi non posſis.* Multum in his rebus valet tempus. Et Reiskius multa & gravia vitia ſanaverat. Equidem videor mihi hujus vitii, quod de paucis affirmare audeo, certam reperiſſe medicinam, legendo ΟΙ ΔΩΣΕΙΝ Ἃ ΛΑΒΟΙΕΝ. Intelligit *Testamentum per fiduciam*, quo heres ſcribebatur indubitatae fidei amicus, qui deinde hereditatem iis, quibus volebat testator, traditurus erat. Hoc ait Libanius: *erat mihi copia juſtorum amicorum, qui daturi, quae accepiſſent,*

ſent, Cimoni erant: ſed difficile erat effugere eos, qui hunc modum transferendae posſesſionis, ut injustum, accuſaturi erant.

P. 70, B, M. 62, R: *Callippus aedilis, qui piſtores vexaverat, petebatur impetu plebis, maxime puerorum.* τοσοῦτο κῦμα παίδων ἐπ' αὐτὴν (*domum ejus*) ἐφέρετο κελεύοντες ἐμεῖν ἃ ἐδηδόκει κακῶς· *jubentes eum evomere, quae male devorasſet.* Ariſtophanica ſunt de Cleonis perſona: qui ἐξεμεῖν cogebatur Equ. 1145. Acharn. 6. Paulo post Libanio mors accidit hominis, οὗ τὰ γράμματά μοι πρὸς τὰς ἐπιδείξεις συνέπραττε, βελτίω τε ὄντα τῶν ἐμῶν, ἃ τοῖς ὠδῖσιν ὑπήκουε, καὶ παρέχοντα τρέχειν τοῖς ὀφθαλμοῖς δι' αὐτῶν· Hujus loci ſententiam aliter atque oportebat interpretatus est Reiskius, qui putavit hominem ſignificari, qui Libanium in oratione ac ſtylo juvisſet. Atqui dicitur de ſcriba, qui item ſignificatur infra p. 72, C, D. Hic igitur bonis & perſpicuis literarum ductibus deſcribebat Libanio Declamationes, ut eas inter dicendum facile & curſim legere posſet: quum ipſe Libanius affecto corpore & infirmo, tremulaque manu & labefactata doloribus (τοῖς ὠδῖσιν ὑπήκουε) literarum ductus faceret obſcuros & ambiguos.

P. 77, D. M. 61, 69. R: *Praefectus Antiochiae cyparisſos ſuburbii Daphnae excidere conſtituerat. Igitur Libanius Praefecti quendam compotatorem monuit, ut illi ſuaderet a caedendis arboribus deſistere. Atqui compotator literas ad Praefectum in Phoeniciam dedit,* *qui-*

quibus ei ſignificabat, Libanium minatum eſſe, ſe apud Principem effecturum, ut Praefectus capite plecteretur. Quibus literis Praefectus ira adverſus Libanium incenſus eſt. Haec eſt vis verborum recta interpunctione diſtinctorum: οὗτος δ᾽ ἄνθρωπος ψευδέσι γράμμασιν εἰς Φοινίκην ἐλθοῦσιν (ἀπειλῆσαι γὰρ δή με ἔλεγε κινήσειν τὸ σκῆπτρον ἐπὶ τὴν τοῦδε κεφαλὴν) τοῖς οὖν οὐκ ἀληθέσι τούτοις ὀργὴν ἐν αὐτῷ φυτεύσας. Et antea male, nec melius Reiskius — ἐλθοῦσιν ἀπειλήσας (καὶ γὰρ δὴ μ. ε. κ. τ. σ. ε. τ. τ. κ.) τ. ου. ου. α. τ. ο. ε. α. φ.

P. 82, B: M. 73, R: *Cimon, ſpurius Libanii, Conſtantinopoli domum iter faciens, e rheda excuſſus, pede vulneratus, in aedes fratrum Cilicum delatus ibique curatus eſt.* Cilices hos eſſe Anatolios, patet ex Epiſtola CMXLIII, quam Reiskius laudavit. At in Graecis hoc loco monſtroſum eſt mendum: οἰκία τε τῶν Κιλίκων ἀδελφῶν ἀνεωγμένη τῷ πάθει· πλῆθος τε ἰατρῶν, ἐκείνων συναγόντων, εἰσαγόντων, περὶ τὴν κλίνην καθημένων, ΟΥ'Κ 'ΕΝ ΤΩ͂Ν ΤΙ ΠΟΤΙΝΗΣΑΣΙ. ΠΟΛΛΩ͂Ν ΤΕ ΛΩΙΟΝ ΕΣΤΙ ΤΑ ΑΛΙΜΕΝΑ. Hic profecto auſim contendere, me aut veram aut veriſimillimam ſcripturam reperiſſe hanc: ΟΥ'Κ 'ΕΩ͂ΝΤΩΝ ΤΙ ΠΟΘΕΙ͂Ν 'ΕΣ ΙΑ'ΣΙΝ. ΠΟΛΛΩ͂Ν ΤΕ ΛΟ'ΓΩΝ ΤΑ` ΛΕΙΠΟ'ΜΕΝΑ. Id eſt: *& copia medicorum, fratribus eam congregantibus, introducentibus, ad lectum adſidentibus, non ſinentibus quid deſiderare ad ſanationem. Magna etiam orationis eſt materia in rebus iis, quas ſilentio praetereo.*

Reiskii multae & aliae ſunt in hac Oratione bonae correctiones & animadverſiones; ut facile ſit ad intelligendum, hanc editionem infinitis partibus praeſtare Morellianae, cum operum numero & integritate, tum emendata lectione & difficilium locorum interpretatione.

RELATIONES

BREVIORES.

Quum, in tanta novorum librorum multitudine, ne per breves quidem relationes bonos omnes, a ... pleroſque adeo, memorare poſſimus; delectum rationemque habebimus cum praeſtantiae, tum conjunctionis cum noſtro inſtituto. Et primum dicemus de duobus non quidem editis, ſed edendis, libris, quorum ſuperiore hujus Bibliothecae parte mentionem exſpectationemque fecimus, Theophraſto & Plutarcho.

I. Petrus Fonteinius, vir doctiſſimus mihique amiciſſimus, cui ſuperiorem hujus Bibliothecae partem inſcripſi, diem obiit proximo deinceps anno 1788, die octavo menſis Auguſti. Is juvenis e diſciplina Tiberii Hemſterhuſii prodiens, capto conſilio edendi *Theophraſtei de Characteribus libelli*, quum ad eum libellum ornandum copias porro colligeret, in iisque colligendis reliquam fere vitam ad octogeſimum uſque annum conſumeret, tantum paulatim apparatum coacervavit, quantum haud ſcio an nemo ad tam parvum quidem libellum. Nam & libros editos fere omnes habuit, & collationes ſcriptorum codicum ad triginta: & animadverſionibus ipſe ſuis ſub manu notatis implevit volumen ſatis ſpisſum formae maximae. Ceterum erat haec rudis indigestaque

moles: non auctoris liber, ſeu contextus, correctus & conſtitutus: non variae lectiones ex editionibus notatae: non lectiones codicum ſcriptorum ſuis locis adſcriptae, ſed per triginta peculiares ſchedas, quot erant codices, diſperſae: non animadverſiones ipſius Fonteinii in ordinem redactae, ſed ſubitanea, ut fit, ſcriptione in chartam conjectae, nil certo conſtitutum, idem locus modo tentatus, modo defenſus, modo alia ratione tractatus. Ad hanc farraginem recenſendam ordinandamque ipſe tardior fiebat Fonteinius, cum operae magnitudine, tum ingraveſcente ſenectute. Igitur ſubinde me rogabat, ut, ſi ipſe nondum edito opere obiisſet, ego edendi curam ſuſciperem: denique etiam contendebat, ut, ipſo adhuc vivo, manum operi admoverem. Recepi me facturum, ductus partim amicitiâ, partim emolumento literarum; ne forte, mortuo Fonteinio, ejus ſtudii fructus intercideret. Tradidit mihi majorem apparatûs partem menſe Junio exeunte: ipſe mox obiit ineunte Auguſto. Reliquam partem humaniter tradiderunt heredes. Caverat enim Fonteinius ut quidquid Theophraſteum eſſet a reliquis ſejungeretur libris, qui ipſius teſtamento illati ſunt in *Bibliothecam Teleiobaptiſtarum Amſtelodamenſium*, in quorum coetu ante quadraginta annos concionatoris munere functus erat. Jam apparatûs illius praeſtantia duabus partibus continetur: altera, ipſius Fonteinii animadverſionibus: altera, copiis librorum. In

an...

animadverſionibus multas esſe bonas & opportune notatas dubitare nos haud ſinit Fonteinii in his literis facultas ac diuturnus uſus. In copiis autem librorum bona ſunt & multa & nova: non ſolum lectiones editis meliores, ſed & ſupplementa lacunarum frequentia & egregia: duo etiam Characterum capita antea inedita, quorum exempla quum jam per quadraginta annos penes ſe habuisſet Fonteinius, novitatis ei gratiam praeripuit doctus Italus, Amaduttius, illis ex ipſo codice edendis Parmae anno 1786, novo & inuſitato chaleographico nitore. Dabimus igitur operam, ut brevi, quoad quidem ejus fieri poterit, liber edatur. Atque, ut major etiam editioni accedat commendatio, addentur perditorum Theophrasti operum fragmenta, quae fere ſunt e genere Morali & Historico; ut eorum comparatione eo certius de Characterum libello judicari, ac divinum Theophrasti ingenium, & omnino veteris ſcholae Peripateticae in diſciplina Morali ſimplici ac populari ratio intelligi, posſit. Caſauboni Commentarium non adjicere, prope religioni ſit: adeo est libellus aureus, ut quavis ratione frequentandus & elegantis doctrinae ſtudioſis in manus tradendus videatur, nec eo addito moles, ſed dos, editionis augeatur. Meae quoque animadverſiones accedent, partim jam notatae, partim adhuc tractando opere notandae; ita tamen, ſi, delectu habito, iis edendis operae pretium facturus videar. Quod vero homines ſubinde me interrogant,

 num

num brevi tandem Theophraſtum illum Fonteinianum editurus ſim, moleſti ſunt interrogatores, reſponſio facilis. Si mihi Fonteinius cum apparatu & materia tradidisſet item otium, quo abundabat; propediem ſine dubio exiturum erat opus. Nunc quum ille rudem indigeſtamque mihi reliquerit materiam, in congerendâque materiâ non plus ſit laboris quam in digerendâ; iniqui profecto ſint qui poſtulent, ut quantum ille in vita otioſa per quinquaginta annos effecit, tantum ego per breue tempus in vita occupata efficiam. Ego, ne de aliis meis occupationibus dicam, magnum opus ſuſcepi edendi Plutarchi, in quo abſolvendo dies mihi noctesque laborandum eſt. Eſtque haec Plutarchi editio, quaſi germana filia, prior educanda, ornanda, elocanda. Altera eſt adoptata filia, Theophraſti editio, relicta a patre parvula & indotata, meaeque fidei commendata: quae non inique feret, germanam ſibi praeponi ac priorem in publicum produci; praeſertim quum nec ipſa interea negligatur, ſed ornatus ei ac dos colligatur. Quod quum ita agere conſtituerim, putavi me & amicitiae ſatisfacturum, & literis conſulturum.

II. De nova, quam inſtitui, *Plutarchi* editione dixi ſuperiore hujus Bibliothécae parte, ejusque conſilium ac ſpecimen expoſui. Non ita multo poſt factum eſt, ut hoc meum opus typis deſcribendum edendumque reciperent Viri Illuſtres, Delegati typographiae Oxonienſis. Negotii conciliator fuit

Tho-

Thomas Burgeſſ. A. M. Collegii Corporis Christi Socius, vir amiciſſimus, in Graecis Latiniſque literis verſatiſſimus, idemque editis compluribus doctrinae monumentis clarus. Hoc negotium eam vim habuit, ut iidem Viri Illustres meos in uſus conferri juberent codices ſcriptos Plutarchi Britannicos, eamque operam idoneis doctiſque hominibus mandarent. Igitur hae novae copiae cum primum ad me pervenerint, ad conſtituendam Graecam partem, ſeu contextum, accedam; ut ſuo quasque loco adhibeam, nec in Addenda eas conjicere cogar, ubi ſine uſu fructuque jaceant. Interea tempus non perit, nec deest quod agatur in veteribus copiis inſtruendis & ordinandis. Deſtinata est editioni forma quarta ad modum Vitarum Plutarchi a Bryano editarum; ita ut alia etiam fiant exempla formae octavae, eodem quo majora argumento, pretio minore. Ordo ac diſpoſitio partium fiet ad rationem exempli in ſpecimine propoſiti; niſi quod animadverſiones quae ad interpretationem doctrinae referuntur, certis justisque de cauſſis, ſeorſim exſtabunt; ut vel ſuo quaeque volumini adjici, vel univerſae peculiaribus voluminibus comprehendi, poſſint. Conſilium & opus hujus editionis adhuc ad Moralia Plutarchi ſcripta ſpectat. His demum abſolutis ad Vitas accedemus: quarum item editionem a me recepturos ſe oſtendunt iidem Delegati Viri Illuſtres. Ceterum editione Operum Moralium Plutarchi una etiam careo, & aegerrime

careo,

Graeca Xylandri, Baſileae anno 1574 facta. Cujus exemplum quisquis, quacumque conditione, mihi aut uſui aut mancipio conceſſerit, magno me beneficio afficiat. Quod eos, quibus ejus exempli est copia, ut faciant, vehementer rogo.

III. ΤΙΜΑΙ'ΟΥ Σοφιστοῦ Λεξικὸν, περὶ τῶν παρὰ Πλάτωνι λέξεων. *Timaei Sophistae Lexicon Vocum Platonicarum. Ex Codice. M. S. Sangermanenſi nunc primum edidit atque animadverſionibus illustravit David Ruhnkenius. Editio ſecunda, multis partibus locupletior.* 8. *Lugduni Batavorum, apud Samuelem & Joann. Luchtmans,* 1789. Primam editionem Ruhnkenius fecit anno 1754, aetate adolescens, doctrinâ vir. Erat enim jam tunc, estque etiam nunc, una omnium peritorum ſententiâ, nullas exſtare e Graeco & Grammatico genere Animadverſiones, quae in tanta brevitate & paucitate tantam tam exquiſitae doctrinae copiam continerent. Huc accedebat rationis elegantia ac perſpicuitas, rarae in hoc genere dotes; quae me quidem quondam haec ſtudia ingredientem et in Platonis lectione verſantem, quum caſu in manus mihi incideret ille Timaei libellus, ita continuo ceperunt ac tenuerunt, ut eum Platoni perpetuum comitem adhiberem, plurimumque ad progreſſus juvarer. Nam illa Platonis tamquam e fonte per rivos propagata, & per totum antiquarum literarum orbem diffuſa, vis, tam aperte tamque manifesto expoſita erat, ut nil apud me efficacius fuerit ad ſtudium Platonis alendum

dum ac dirigendum. Quare ſaepe miratus ſum, fuiſſe homines haud indoctos, qui hujus libelli vim non caperent. Fuit qui eum omiſſis Animadverſionibus Ruhnkenianis repeteret: qui, quo conſilio uſus fuerit, ipſe viderit. Fuit alius, Philoſophiae Hiſtoriam tractans, qui quereretur parum eſſe utilitatis in hoc libro ad Platonem intelligendum. Scilicet ignorabat, aut non cogitabat, vir doctus, quid eſſet Grammaticus, quidque ab eo poſtulandum eſſet. Primum oratio Platonis percipienda est, deinde Philoſophia: nec philoſophice intelligi potest, niſi antea Grammatice intellectus fuerit. Neque enim cogitandi ſolum, ſed & dicendi ſummus auctor ab Antiquis habitus est Plato. Itaque nactus est interpretes non modo Philoſophos, qui ejus doctrinam explicarent: ſed & Rhetores, qui orationis artificium exponerent: & Grammaticos, qui voces antiquas & a communi uſu ſejunctas interpretarentur. Sed nemo umquam aut Philoſophus doctrinam, aut Rhetor orationis artificium, antea exponere aggreſſus est, quam Grammaticam rationem percepiſſet. Haec enim reliquarum rerum intelligentiae, tamquam fundamentum, ſubjecta erat. Timaeus fuit Grammaticus, e ſeculo, ut credibile est, tertio. Lexicon ejus an integrum ad nos pervenerit, ſtatui nequit. Certe, multo plures ſunt in Platone voces, quae Grammaticam interpretationem deſiderent. Sed quidquid ejus vel est, vel ſuperest, magnam habet utilitatem

tem ad intelligendum Platonem. Quamquam haec ipſa utilitas infinitis partibus major inest Ruhnkenii Animadverſionibus conformatis ad eam rationem quam modo ſignificavimus. Igitur minime erat postulandum, ut alias e Platone Glosſas ipſe colligeret Ruhnkenius ac Timaeo adjiceret. Ceterum his tantis de Platonis interpretatione meritis cumulum etiam adjiciet edendo Platonis Scholiasta inedito, cujus Contextus jam totus, Commentarius magnam partem, typis expresſus est. Hanc vero alteram Timaei editionem multo esſe locupletiorem vel *hinc* intelligere licet, quod in eadem chartae typorumque magnitudine priorem centum fere paginis excedit: quodque necesſe fuit, in tanta facultate tantoque Veterum uſu, Ruhnkenio per triginta & quatuor annos plurimas optimasque obſervationes etiam ſub manu nasci. Nulla est pagina, quin aliquid novi habeat. Praecipuos locos qui cognoscere vult, videat, exempli gratia, hos. Praefatione, p. 10, de *Clemente*, interprete Glosſarum Platonicarum: p. 12, de *Timai* aetate. Animadverſionibus, de voce Ἄκακος, quam in loco Epigrammatis Anthol. I. p. 17: ἐπέων κακῆς ἦρχεν ἐπεσβολίης, reſtituere tentabat Toupius Cur. Novisſ. in Suid. legendo ἐ. ἀκάκης ἤ. ἐ: omnino & contra ſententiam & Graecorum uſum, qui ἡ ἄκακος dicunt: Ruhnkenius corrigit ἐ χαλεπῆς ἤ. ἐ. Ἀκταίνειν verbum Platoni reſtituitur, atque ita explicatur ut nullum ejus ex toto Graecarum literarum am-

ambitu exemplum non allatum ſit. Videantur porro Voces, Ἀνατείνας τὴν ψυχήν· Ἀγκυλιάδδειν· Βένδις· Δευσιποιός· Διαττᾶν· Ἐπεισφάλλακεν· Ζώπυρα· Θαλλός, ubi Epigramma Aſclepiadis Anthol. VII. p. 587, Τῷ θαλλῷ Διδύμη με συνήρπασεν, quod Toupius probabat, ita feliciſſime corrigitur, Τὼ Φθαλμὼ Διδύμης με συνήρπασεν: quod plane ſimile est illi, *Cynthia primo ſuis miſerum me cepit ocellis.* Deinceps videantur voces, Θέρμη· Ἰδίειν· Ἰπνοπλάθαι· Κοροπλάθοι· Κραιπαλῶντα· ubi nomen *Philyllii* Comici Athenaeo & Grammatico inedito reſtituitur. Porro, Κωλαγρέται· Οὐκ ἄλλως, quo loco diverſae, & in magno de Particulis opere Hoogeveeniano omiſſae, notiones particulae ἄλλως exponuntur. Παρίεμαι, rariſſimum verbum: item in Πατρούχων, derivata verbi πάομαι erudite, cum ex uſu, tum interioris analogiae ratione, explicantur. Πενεστικόν, vox, ornata est accuratiſſimâ disputatione de *diverſis apud Graecos* ſervorum generibus. Egregiae item ſunt acceſſiones in vocibus, Πρὸς τὸ τῆς Ἄγρας· Στρυφνόν. Τάθης· Τὴν ἀλωπεκῆν· Ὑποκορίζεσθαι· Ὦ τᾶν, ubi de *Nicophontis* & *Cteſiphontis*, Comicorum, nominibus permutatis disputatur. Infinitum est omnia recenſere. Vere mihi videor affirmare, vel in ſolis locis huic alteri editioni adjectis plus eſſe reconditae doctrinae quam in ampliſſimis commentariis doctiſſimorum hominum, οἷοι νῦν βροτοί εἰσιν.

IV. M. ANTONII MURETI *Opera Omnia. Ex MSS. aucta & emendata, cum brevi annotatione* Da-

Davidis Ruhnkenii: cujus Praefatio praepoſita eſt Tomo IV. Lugduni Batavorum, apud Samuel. et Joannem Luchtmans. quatuor Tomis, 8. 1789. Quamquam facultas bene Latine ſcribendi & bonorum Auctorum lectio inter ſe conjunctae ſunt, ut illa ſine hac exiſtere non poſſit; reperiemus tamen ſaepe, eas multis in hominibus, multis etiam aetatibus, a ſe invicem disjunctas fuisſe. Inde a renatis literis uſque ad medium fere ſeculum decimum ſeptimum, ſimul cum lectione ſcriptio florebat. Nemo erat literatus quin bene ſcriberet: plurimi adeo aliarum diſciplinarum ſtudioſi ac ſcriptores eandem ſcribendi laudem & ſequebantur & asſequebantur, Theologi, Jureconſulti, Medici, Philoſophi. Secuta ſunt tempora Carteſiana & Wolfiana. Hi, quos diximus, aliarum diſciplinarum ſtudioſi, literas & lectionem fere negligebant: ſcribendi quidem voluntatem retinebant, ſuccesſu ejus carebant. Literati, qui illis temporibus non multi, ſed magni tamen aliquot fuerunt, ita ſcripſerunt, ut ſcribendi laude nullo modo cum ſuperioris aetatis hominibus conferri posſent. Noſtra jam aetate literae ac lectio aliquanto magis coluntur, non item ſcriptio. Haec a multis ac varie negligitur. Non de iis loquor, qui Graecarum Latinarumque linguarum cognitionem ſupervacaneam judicant, ipſasque res e verſionibus, quas vocant, percipi volunt. Neque etiam de iis loquor, qui earumdem linguarum ad legendum cognitionem quidem necesſariam

riam judicant, uſum tamen ad ſcriptionem nullum esſe ſtatuunt; quippe majoris esſe ad communem intelligentiam momenti patrium cujusvis populi ſermonem. Non est hic locus hujus quaeſtionis. Loquor de ipſis Latine ſcribentibus, quique in vita Academica docendo verſantur, atque adeo bene Latine ſcribere, aut volunt, aut posſe debent. Horum alii ipſas literas, alii alias diſciplinas profitentur. Jam ab aliarum diſciplinarum profesſoribus quis adhuc bene ſcribendi facultatem aut poſtulet, aut exſpectet; quum eam ab ipſis literarum profesſoribus & interpretibus negligi videamus? Nam & eloquentia, quae praecipua est pars facultatis bene ſcribendi, a literatis etiam hominibus negligitur: de quo neglectu operae pretium est audire virum ſummum, J. A. Ernestum, in Praefatione ad Opuscula Oratoria: „ *In quo*, inquit, *me nihil ſpero cogitasſe, quod ſit ab his temporibus alienum: quibus literatores doctisſimi, & ſtudioſisſimi quique humaniorum literarum, tantum doctrinae famam petunt, eloquentiae parvam rationem ducunt: cujus facultatem illi principes literarum, qui ante haec duo ſecula fuerunt, ut Veteres taceam, omnium maxime expetendam, ejusque laudem ceteris docti hominis laudibus longe anteponendam, judicabant.*" Atqui eloquentiam lubenter iis remitteremus, ſi modo genus dicendi probum & idoneum ad Veterum Auctorum interpretationem adferrent. Nunc in hac ita verſantur, ut nec perſpicuitatis ad intelligendum, nec ſuavitatis

ad delectandum rationem habeant: ut ſaepe, quid velint, non appareat: ut ipſi multo ſint difficiliores intellectu, quam Auctor, quem interpretantur. Omnino, quo quisque melior est Veterum interpres, eo erit ipſe Veteribus ſimilior: & quo est ſimilior Veteribus, eo ſe altius inſinuabit in eorum ingenium, mores, rationem: quamcumque interpretatur Auctoris ſententiam, eam ſenſu intellectuque ipſe ſuo percipiet ac ſuscipiet: ſusceptam non orationis ignorantia obſcurabit, nec frigescere aut ſordescere ſinet, ſed ſinceram ac recentem in animos legentium transferet, eosque eodem ſenſu intellectuque replebit. Talis est facultatum ſcribendi & interpretandi conjunctio: talis fuit interpres Marcus Antonius Muretus, unus post renatas literas optimis, quos interpretabatur, Veterum ſimillimus. Itaque recte ac vere Ruhnkenius inſtituendae novae editionis hanc ſecutus est causſam, quam in Praefatione prodit, p. 7: *Multi*, inquit, *& hic & alibi produntur libelli e critico genere, quibus adolescentes ingenioſi emendationes & conjecturas in Graecos Latinosque Scriptores exponant. In eorum plerisque eruditionem, acumen, & ſolertiam admiror. Sed iidem partim tam jejune, partim tam inquinate ſcripti ſunt, ut faſtidium & nauſea legentibus oboriatur. Hoc igitur Critices ſtudioſos Mureti exemplo docere volui, poſſe emendationes non ſolum mundo exquiſitoque orationis genere explicari, ſed etiam in ſumma tenuitate rerum, aliqua ſuavitate, quae le-*

ctores

ctores teneat, condiri, omninoque turpiſſimum eſſe, iis, qui Veterum elegantias aliis enarrent, ipſos uti ſermone barbaro & lutulento." Huic vero commendationi prudens addita eſt cautio: „*Etſi*, inquit, *nemo dubitat, quin juventus ad Latinam eloquentiam informanda, in veterum Scriptorum, maxime Ciceronis, lectione continenda ſit; utile tamen eſt unum alterumve e diſertis recentioribus cognoſci, ut ejus exemplo via rationque imitandi facilius intelligatur. Cui conſilio quis poteſt eſſe accommodatior quam Muretus? Nec tamen eundem in ſcholas recipi velim, & tamquam claſſicum Scriptorem praelegi adoleſcentibus: ut in quibusdam Germaniae ſcholis, me puero, fieri ſolebat.*" Equidem ſaepe animadverti, homines, qui primum ad Ciceronis lectionem accedunt, magis capi ac delectari ſcriptis Mureti & ſimilium: non quod horum oratio minus Latina, ideoque facilior, ſit: ſed quod ratio materiaque noſtrae aetati noſtrisque ingeniis magis aptae ſunt. Horum nos lectio, quaſi blanda manu, ad Veteres ducit: estque veluti ἐπίβαθρα, ſeu gradus & aditus, ad Veteres, ſed purus ille caſtusque, unde nil ſordium ad ipſa eorum ſacraria adferamus. Certe, ſi quid ego ad ſcribendi facultatem profeci: quod, pro rei magnitudine, exiguum eſſe, non ignoro: ſed ſi quid profeci, hoc magnam partem debui lectioni operum Mureti: quae me adoleſcentem mira ſuavitate deliniebat, exemplis augebat, & ad Ciceronem alliciebat. Quo major habenda eſt gratia

H 2 Ruhn-

Ruhnkenio, qui in aliis multis occupationibus hanc operam Mureto navavit, ut ejus libros quorum complures jam fere evanuerant, omnes colligeret, ex optimis & antiquisſimis editionibus integros ſincerosque repraeſentaret, iisque edendis plane criticam rationem adhiberet. Jam libros, qui in unoquoque Tomo inſunt, enumeremus. Tom. I. *Praefationes duae priorum Editorum, Jacobi Thomaſii & Joannis Checcotii. Mureti vita ab Andrea Schotto ſcripta. Mureti Orationum volumina duo. Opuscula varia. Epiſtolae ad Lambinum. Epiſtolarum libri tres. Carmina Juvenilia. Poemata varia.* Tom. II. *Variarum Lectionum libri XV. Earundem libri IV. Obſervationum Juris, liber ſingularis. Commentarius in Ciceronis Catilinarias. Scholia in Terentium. Commentarius in Catullum. Scholia in Tibullum, Propertium, Horatium, Ciceronis Philippicas.* Tom. III. *Scholia in Senecam. Commentarius in Ariſtotelis Ethica. Commentarius in Ejusdem Oeconomica. Interpretatio Topicorum Libri VII. & in eundem Alexandri Aphrodiſienſis Commentarii. Commentarius in I & II librum Platonis de Republica. Notae in Xenophontem. Ariſtotelis Rhetoricorum libri duo, Mureto interprete. Scholia in librum I & II, Rhetoricorum Ariſtotelis. Scholia in Ciceronis Tusculanam primam: in ejusdem Officia: in libros V de Finibus: in Orationem pro rege Dejotaro.* Tom. IV. *Commentarius in Taciti Annales. Notae in Tacitum. Scholia in Salluſtium. Commentarius de Origine Juris,*

de

de Legibus, Sectis, cet: & in Titt. de Jurisdict. Notae in Juſtiniani Inſtitutiones. Commentaires ſur les Amours de P. de Ronſard. Auctarium operum. Superest, ut de Ruhnkenii brevi annotatione, quam titulus hujus editionis profitetur, dicamus. Est haec, ſine dubio, praecipua hujus libri dos. Annotatio ſubinde quidem materiam ac ſententias attingit, ſaepius tamen Latinitatem animadvertit. Nam, quo ſimilior Antiquis est Muretus, eo magis operae pretium erat cavere ne quid huic ſimilitudini deeſſe videretur. Itaque ſubinde Ruhnkenius ipſam ſcripturam Mureti reprehendit & corrigit: non quidem in habitu orationis; nam hoc nil magis Latinum eſſe potest: ſed ſingularibus in nominibus, verbis, & formis: de quorum vi, bonitate aut pravitate, jam post ducentos annos certius ſtatui potest; Grammatica ratione a viris doctis culta & aucta, codicibus etiam diligentius excuſſis, & hinc editionum exemplis emendatis. Notulae paucis verbis abſolvuntur, habentque in illa brevitate mirificam ſuavitatem, doctrinae, elegantiae, perſpicuitatis. Posſumus omnino hanc Mureti Ruhnkenianam editionem omnibus veteris elegantiae ſtudioſis commendare, ut ſubſidium inſtrumentumque, cum judicandi, tum ſcribendi, plane egregium.

V. *Elogium Tiberii Hemſterhuſii, auctore Davide Ruhnkenio. Editio ſecunda caſtigatior. Cui duae Richardi Bentleji Epiſtolae ad Hemſterhuſium accedunt. Lug-*

duni Batavorum, *apud Sam. & Joh. Luchtmans.* 8. 1789. Magnus vir, niſi a magno viro, rite laudari nequit. Neque enim laudare alium poteſt, niſi qui ejus virtutum magnitudinem percipiat: neque percipere hanc poteſt, niſi qui eam in ſe ipſe & habeat & cognoſcat. Huc accedat oportet orationis facultas, qua viri laudandi virtutes perſpicue exponantur, ad earumque admirationem imitationemque animi legentium concilientur. Quas quidem dotes in hoc libello conjunctas eſſe, nemo eſt qui dubitet. De quo peculiariter ac per partes exponere, difficile eſt: cum alias ob cauſſas, tum has praecipue duas. Primum, materia ejus quum ea ſit, ut perfecta Critici forma in Tiberio Hemſterhuſio ſpectanda exhibeatur, propterea que abundet ſaluberrimis de Critica arte praeceptis atque exemplis; tantam profecto cum hac Bibliotheca noſtra, quae ipſa Criticam profitetur, conjunctionem habere videtur, ut magis deſcribendus totus, quam excerpendus, ſit. Deinde, forma libelli quum cenſenda ſit artificio ſcriptionis & abſolutione operis Elogiorum generi propoſiti; hoc ipſum opus & artificium breviori tempore & negotio intelligitur ex ipſa totius libelli lectione, quam ex *noſtrâ* cenſurâ. Igitur ejuſmodi cenſurâ facile carebit libellus, cum apud eos qui eum legerunt, tum apud eos qui eum nondum legerunt. Nam ab iis, qui eum legerunt, ut Phidiae ſignum, ſimul & cognitus & probatus eſt. Si qui vero ſint, qui eum nondum le-

ge

gerint: quos, antiquae quidem ſtudioſos venuſtatis, paucisſimos esſe arbitramur: hos, ut eum etiam atque etiam legant, hortamur. Sed quicumque eum legendo cognoverint, duabus certe nobiscum conſentient de rebus: quibus memorandis hac relatione defungemur. Altera ad Scriptorem, altera ad univerſam libelli formam refertur. Ac de Scriptore quidem illa, quae modo in relatione de Muretianis ſcriptis diximus, in eam nos ducunt ſententiam, ut eum in raro illo ponamus genere hominum, qui ſummam doctrinae & Criticae ſcientiam cum ſumma Latinae ſcriptionis facultate conjunxerunt. Fuerint alii ipſa doctrinae & Criticae ſcientiâ maximi viri, quos nemo adhuc ſuperaverit, Caſauboni, Scaligeri, Salmaſii. Fuerint contra alii orationis praeſtantia excellentes complures, Perpinianus, Turſellinus, Facciolatus. Utraque laude qui excellerent, pauci fuerunt: & ex his paucis tres numeramus principes, Muretum, Erneſtum, Ruhnkenium. Jam univerſa libelli forma & ſcriptio ad Nepotis, in vita Attici, rationem accedere videtur: non quod eam Ruhnkenius imitando exprimere ſtuderet: neque enim tanto ingenio alienus potius, quam ſuus, ſit: ſed quod ſua ipſe natura ad ſimplicem illam & nativam venuſtatem duceretur. Est igitur elegantia judicii in delectu ac diſpoſitione materiae, juſta brevitate in ſuos locos digestae, & jucunda varietate diſtinctae, modo narratione factorum, modo notatione morum & inge-

 nio-

niorum, modo admonitione ac praeceptis, modo cauſſarum & naturae obſervatione. Oratio, quae hanc materiam quaſi vestit, est quidam aequabiliter fuſus tenor perſpicuitatis, facilitatis, venuſtatis: qui in verbis ac ſententiis miro quodam contineatur temperamento, lenitatis cum robore, ſuavitatis cum gravitate, ſimplicitatis cum ſublimitate: & veluti imaginem praebeat fluminis magni ac limpidi, leniter quidem, ſed cum vi & efficacia, labentis. Habet denique ſignificationem & quaſi vocem, veri & magni, quae legentem quemvis non durum aut hebetem eodem ſenſu moveat & afficiat. Equidem memini me: quod aliis item accidisſe, ex ipſis audivi: igitur memini me ab hujus libelli lectione quondam ita discedere, ut non doctior ſolum, ſed melior etiam diſcedere mihi viderer. Ceterum, quod in titulo haec ſecunda editio *caſtigatior* dicitur, refertur nonnullis locis ad orationis proprietatem ac perſpicuitatem: poteſtque exemplo esſe aliis minus doctis, quantum ipſis in utraque illa orationis laude ſtudii ponendum ſit. Supereſt, ut de Bentleji epiſtolis dicamus. Scriptae ſunt anno 1708, paulo post editum ab Hemſterhuſio Pollucem, atque e ſchedis paternis cum Ruhnkenio communicatae a Franciſco Hemſterhuſio, Tiberii filio, elegantisſimi ingenii philoſopho, nuper mortuo. Referuntur ad Elogii quendam locum, quem ipſius verbis Ruhnkenii referre, operae pretium est: „ *Brevi post* a Richardo Bentlejo, Bri-

„ tan-

„ tanniae Ariſtarcho, literas accipit, quibus qui-
„ dem opera Polluci navata eximie laudabatur. At
„ eaedem literae Bentlejanas emendationes in Comi-
„ corum loca, quibus Pollux a ſe dictis fidem &
„ auctoritatem conciliasſet, complectebantur. In
„ quibus locis reſtituendis Hemſterhuſius quoque con-
„ ſumſerat ſtudii plurimum, pulcre intelligens, ſum-
„ mam rei in illis verti. Enimvero, lectis animad-
„ verſionibus Bentlejanis, videt, inanem operam
„ ſuam fuisſe, alterum omnia divinitus expediisſe.
„ Quo tum animo Hemſterhuſium fuisſe putas? Ita
„ conturbatus est, ita ſibimet ipſe displicuit, ut
„ Graecas literas in perpetuum repudiare ſtatueret.
„ Nec per menſem unum & item alterum auſus est
„ ſcriptorem Graecum attingere. Hoc ſi alteri eve-
„ nisſet, quam aſtute id disſimulasſet, quam cautio-
„ nem & diligentiam, ne in vulgus emanaret, adhi-
„ buisſet? At ille, ô callidum hominem! id narrare
„ discipulis, & crebris ſermonibus uſurpare ſolebat.
„ Nescio quid alii ſentiant. Mihi nunquam major,
„ quam cum haec de ſe ingenue confitebatur, viſus
„ est Hemſterhuſius. Nam acer animi morſus indi-
„ cat, quos quam altos & veram gloriam appeten-
„ tes ſpiritus pectore gesſerit: erroris confesſio,
„ quantam maximarum rerum fiduciam haberet. Ele-
„ ganter & vere Celſus de ſimili Hippocratis con-
„ fesſione, ait: *Levia ingenia, quia nihil habent, nihil*
„ *ſibi detrahunt. Magno ingenio multaque nihilomi-*

 „ *nus*

„ *nus habitulo, convenit ſimplex veri erroris confeſſio.*
„ Mox tamen Hemſterhuſius, cum dolori ſucceſſiſſet
„ cogitatio, quam inique ſe adoleſcentem cum Cri-
„ tico veterano, eodemque omnium principe, compa-
„ raſſet, & ſecum in gratiam rediit, & cum literis
„ Graecis. At Bentlejanae admonitionis haec vis
„ fuit, ut apud animum conſtitueret, non ante ſe
„ in hunc praecipitem locum committere, quam ar-
„ tium omnium copiam mente & cogitatione com-
„ prehendiſſet, &, quoniam in hoc maxime reprehen-
„ debatur, Comicorum verſus non ante tentare, quam
„ varia metrorum genera Comicis uſitata, penitus
„ percepiſſet. Nec alium, niſi illum ipſum moni-
„ torem ſuum, ſibi imitandum ſumſit. Hunc enim
„ mirabatur unum, hunc in oculis ferebat, hunc
„ omnibus memoriae noſtrae Criticis anteponebat,
„ ne diſſimulans quidem offenſionem, ſi quis talis viri
„ magnitudinem, quam conſequi nulla ratione poſ-
„ ſet, per invidiam allatraret." Sunt omnino illae epiſtolae plane Bentlejanae, cum ingenio, tum ſpiritu. Ingenium exſtat in feliciſſimis & fere divinis emendationibus locorum ex deperditis Comicis, quo in genere unus omnium maxime excelluit Bentlejus: quas, quum in hac brevitate referre non poſſimus, ex ipſo libro cognoſci malumus. Spiritus indicia ex duobus locis ſecundae epistolae cognoviſſe ſufficiat: veluti initio — „ Serio videris laborare, ut a negli-
„ gentiae te crimine purges, quod epiſtolio a me

„ olim

„ olim accepto tam ſero demum reſcripſeris. Nae „ tu parum adhuc me noſti, ſi aut id me credis „ ſuccenſuiſſe, aut adeo iraſci facilem, ut tam operoſa „ excuſatione tibi opus fuerit. Non enim tam „ grande pretium emendatiunculis meis ſtatuere ſoleo; „ ut ſingularem aliquam gratiam inde ſperem, „ aut exigam. Facile enim & quaſi ſponte mihi ſolent „ ſubnaſci: & iniquum plane eſt, quod minimo „ mihi labore conſtet, id poſtulare magnae gratiae „ mihi apponere". Hoc nobis loco in mentem veniebat illud, Διὰ τοῦ τρίβωνος τὸν τῦφον ὁρῶ. Porro, non ſpiritûs ſolum, ſed & ſtomachi, ſignificationem habent brevia haec in fine verba. „ Defeſſus enim ſum „ taedio ſcribendi: quod longe majore mihi opera „ conſtitit, quam emendationes ipſae."

VI. L. C. *Valckenaerii Obſervationes Academicae, quibus via munitur ad origines Graecas inveſtigandas, Lexicorumque defectus reſarciendos: & Jo. Dan. a Lennep Praelectiones Academicae de Analogia Linguae Graecae, ſive rationum analogicarum Linguae Graecae expoſitio. Ad exempla MSS. recenſuit, ſuasque animadverſiones adjecit Everardus Scheidius. Trajecti ad Rhenum apud* G. *T. a Paddenburg & filium.* 8. 1790.

Jo. Daniel a Lennep Etymologicum Linguae Graecae, ſive, Obſervationes ad ſingulas verborum nominumque ſtirpes, ſecundum ordinem Lexici compilati olim a Joanne Scapula. Editionem curavit, atque animad-

ver-

verſiones cum aliorum, tum ſuas adjecit Everardus Scheidius, cujus praemisſa ſunt quoque Prolegomena de Lingua Latina, ope Graecae illuſtranda, adjectusque est Index Etymologicus praecipuarum vocum Latinarum. Voll. II. Trajecti ad Rhenum, apud G. T. a Paddenburg & filium. 8. 1790. Ut aliarum linguarum, ita Graecae, intelligentia duabus continetur partibus: quarum altera verſatur in ſingulis vocibus, altera in harum conſtructione, ſententiarum enunciationibus, & totius orationis conformatione. Ad prioris partis intelligentiam plerique Lexicorum uſu, Auctorum lectione, & ſola quaſi memoria, contenti ſunt: alii, iique accuratioris ſtudii homines, rationem quandam asſumendam esſe cenſent. Haec est illa rite nominata *Analogia*; quod infinitum linguae ambitum λόγῳ, id est, ratione, conſtringit: innumerabilem vocum multitudinem in pauca genera colligit, ad paucas origines redigit: vim ac potestatem cum originum, tum mutationum quae iis augendo accidunt, tum hinc oriundorum verborum ac nominum, aperit: ineptas Grammaticorum Anomalias atque Etymologias circumſcribit; omnia denique ad naturae ſimplicitatem, atque adeo ad veritatem, revocat. Est profecto hujus Analogiae intelligentia & necesſaria ad accuratam Graecae linguae, &, quae ex ea orta est, Latinae, cognitionem: & ejusmodi vim habet, ut ſine ea boni interpretis officium exſtare nequeat,

queat, praeſertim in poetis, Homero, Heſiodo, aliisque, proſae etiam Scriptoribus iis, apud quos frequentes ſunt voces, alibi aut raro, aut nusquam, obviae; ut earum vis non ex uſu, ſed ex ratione, intelligenda ſit. Itaque inde a renatis literis, ut quisque accuratius Graecam linguam tenuit, ita majorem Analogiae rationem duxit, veluti principes illi, Caſaubonus, Scaliger, Salmaſius, alii, qui ejus partes vel attigerunt, vel tractarunt. Sed eadem apud exteros, quod ſciam, ignorata aut neglecta, apud ſolos vigebat Batavos, apud quos eam fere intermortuam inſtauravit Tiberius Hemſterhuſius, ejusque exemplo frequentarunt egregii viri, Valckenarius, Lennepius, Ruhnkenius, alii. Ceterum, iidem viri in Auctorum libris a ſe editis eam ſubinde ad interpretationem adhibebant, peculiariter conſcriptam & in doctrinae corpus redactam non edebant. *Cujus* rei cauſſam cum aliquando ex Valckenario quaererem, ita eum reſpondere memini: Analogiam, ajebat, in ſcholis tradi poſſe, edendo vulgari non poſſe: etenim Eſotericum quid eam eſſe, quod non facile probetur niſi disciplinae alumnis paulatim ei aſſuetis eaque imbutis: novis ac recentibus adhibitam ingeniis, praeſertim ſine voce idonei magiſtri nec probari nec placere; igitur ſe eam conſcribendam aliis relinquere, qui praeceptorum ſubtilitatem & jejunitatem, orationis ſuavitate exemplorumque varietate exhilarent, atque ad ſenſum cap-

tum-

tumque Exotericorum hominum commendent. Addebat porro, Analogiam, ne in ſcholis quidem, ſolam per ſe, niſi forte paucis & ſtudioſiſſimis diſcipulis, tradendam: reliquis, minus verſatis, ſenſim ac per interpretationem Auctorum data occaſione adhibendam: itaque perperam facere magiſtros eos, qui ſcholas Graecas, Auctoribus interpretandis deſtinatas, conſumant in praeceptis Analogiae; praeſertim quum Auctorum intelligentia unicus ſit fructus & finis, cujus cauſſa & Graeca lingua & Analogia percipiatur; quam ipſam ſine uſu ac lectione Auctorum conſtare non poſſe. Haec Valckenarius. Est, profecto, quidam etiam Analogiae abuſus, cum apud magiſtros, tum diſcipulos. Novi magiſtros nullo Antiquitatis uſu praeditos, qui nec Graecum Auctorem recte interpretari, nec in Latina ſcriptione quidquam ſani coloris adferre poſſent, tamen de Analogia valde loquaces: qui ubi, Graecam vocem ab origine ſua, Latinam a Graeca ducerent, Suidam, Heſychium, aliaque Scriptorum nomina & loca, neſcio unde ſubrepta, memorarent, tum demum ſublimi vertice ſidera ferire ſibi videbantur. Venit aliquando ad me adoleſcens in Philoſophia probabiliter verſatus, Graecarum literarum rudis quidem, ſed cupidus tamen, petens a me ut ei traderem illud ab Hemſterhuſio inventum artificium, quo quis, paucis perceptis regulis, intra breve tempus linguam Graecam addiſcere poſſet. Analogiam, inquam

quam, dicis: multum valet ad ſingula verba intelligenda: nil valet ſine ipſorum lectione Auctorum: quorum ſententias & ingenia cognoſcere debemus, ſi quidem ſapere volumus. Tum ille interrogare, quanto quis tempore Scriptores Graecos legere poſſet: ſibi non multum ſuppetere otii, alia gravioraque eſſe negotia. Quid reſponderem? Heſiodeum illud ei ſubjeci, ſenſum quidem & admonitionem dicti:

Τῆς δ' ἀρετῆς ἱδρῶτα θεοὶ προπάροιθεν ἔθηκαν
Ἀθάνατοι· μακρὸς δὲ καὶ ὄρθιος οἶμος ἐπ' αὐτήν·
Καὶ τρηχὺς τὸ πρῶτον· ἐπὴν δ' εἰς ἄκρον ἵκηαι,
Ῥηϊδίη δ' ἤπειτα πέλει, χαλεπή περ ἐοῦσα·

Dixit, ſe deliberaturum: abiit, nec rediit: credo, ſemper deliberavit. Non placebat ei ille *ἱδρὼς*, nec *μακρὸς καὶ ὄρθιος καὶ τρηχὺς οἶμος*. Plane ſibi perſuaſerat, illam, de qua audiverat, Analogiam eſſe quandam quaſi Arithmeticam aut Geometriam, qua ſemel perceptâ omnes ignotos linguae locos, veluti ſolutione problematis, ſibi ipſe aperiret. Sed Valckenarium & Lennepium, quum ipſi ſcholas Analogicas diſcipulis dictatas vivi edere nollent, easdem ipſis mortuis edi voluiſſe, forte quis dubitet. Neque tamen earum editio non utiliſſima judicanda eſt, qua in communem uſum producuntur; quamquam eo habitu careant quem ipſi auctores addendum eſſe cenſuerant, ut & publica

luce,

luce, & reliquis eorum ſcriptis, dignae esſent. Cumque ſcripta earum exempla multorum in manibus verſarentur, verendum erat ne aliquando vitioſe & corrupte ederentur: quod jam ante hos duodecim annos acciderat Lennepiano libello de Analogia: quem, neſcio quis, vitioſisſime edidit. Itaque gratia habenda est Scheidio, viro doctisſimo, qui in his ſcriptis edendis ita operam navavit, ut contextum emendate exhiberet, praemisſa etiam praefatione & interjectis animadverſionibus notulisque de ratione Analogica docte ac diligenter moneret & exponeret. *Argumentum* & materia utriusque libri ex eorum titulis, quos appoſuimus, intelligitur: prior continetur paginis 519, poſterior 1310. Utrumque Graecae linguae ſtudioſis magnopere commendamus.

VII. *C. Valerii Catulli Elegia ad Manlium, Lectionem conſtituit Laur. Santenius, Lugduni Batavorum apud A. & J. Honkoop.* 4. 1788. Catulli eadem est causſa, quae veterum Auctorum complurium: quorum quo ſunt plures editiones, eo est incertior auctoritas ſcripturae & exempli. Inde a frequentata chalcographia editiones hujus Poetae prodierunt ad centum: per quas a multis quidem ille mendis purgatus est; ſed ita ut haud pauciores corruptelae ſuperſint, neque de correctionibus conſtet, utrum ab ingenio, an ſcriptis codicibus, petitae ſint. Jam enim anno 1486 Parthenius, quod vere ait Santenius, deinde alii, ſed in primis Scaliger & Vosſius, ille nimia uſus

fes-

feſtinatione & nimis pro imperio agens, hic ad aliam quamvis eruditionis partem, quam ad Poëticam, tractandam aptior, ingenii ſui inventa quam codicum fidem exhibere maluerunt. Igitur haec adhuc vacabat provincia, ut receptae lectionis quaſi cenſura ageretur, & unius cujusque vocis, ſive ſanae, ſive corruptae, origo & auctoritas quaereretur. Eſt ſane quod laetentur harum literarum ſtudioſi, hanc provinciam ſusceptam eſſe a Santenio: in quo viro ineſſe conſtat egregias dotes jam per alia opera proditas, & virorum doctorum judiciis probatas, ingenii doctrinaeque elegantiam, Criticam diligentiam, carminis Latini cum facultate ſcientiam. Accedit librorum editorum, & in primis ſcriptorum, cum ab ipſo, tum ipſius in uſum ab aliis collatorum, inſignis copia: quam licet in hoc ſpecimine non enumeraverit peculiari indice, tamen ex animadverſionibus tantam eſſe apparet, quantam vix umquam veteris Auctoris editor habuiſſe videtur. Hac igitur ſylva non ſolum *laborioſe*, ut Catulliane dicamus, ſed *docte* uſus est; non ut eam nude ac ſimpliciter annumeraret, ſed ut ei, veluti inſtrumentum, adhiberet illas modo memoratas dotes. Quod vero editionis, quam ante aliquot jam annos plenam integramque promiſerat, nunc non niſi ſpecimen vulgaret, duas adfert cauſſas: alteram, ut de hujus inſtituti ratione judicia virorum doctorum exploraret: alteram, ut eos invitaret ad plura etiam ipſi impertienda adjumenta conſtituendae lectionis. Nos, ut ſpe-

ſperamus. Santenium illa non diu deſideraturum eſſe ſubſidia, per viros quidem literarum amantes, quorum ſibi omnium tam luculento ſpecimine ſtudia & voluntates conciliavit: ita optamus, ne illa nimis etiam diu exſpectet ac requirat, eorumque exſpectatione intermittat aut differat editionem, quae vel per eas, quae adſunt, copias, inſignem commendationem habitura ſit.

VIII. *Ariſtidis Oratio adverſus Leptinem, Libanii Declamatio pro Socrate, Ariſtoxeni Rhythmicorum Elementorum fragmenta: ex Bibliotheca Veneta D. Marci nunc primum edit Jacobus Morellius, ejusdem Bibliothecae cuſtos. Venetiis typis Caroli Palveſii.* 1785. *Veneunt apud Laurentium Baſilium.* 8. pagg. 305. Ingredientes nos de hoc & ſequente libro referre, ſubiit admiratio variae Veterum Auctorum fortunae, quae alios eripuit nobis eorum, alios ſervavit. Qua ex admiratione ſenſim delati in cogitationem indagationemque cauſſarum fortunae illius, easque potisſimum quaerentes in conditione & ingenio ſeculorum deinceps ab Auctoribus ad noſtram aetatem lapſorum; viſi ſumus nobis veſtigia quaedam deprehendiſſe, quibus perſequendis hic locus, niſi explicaretur, certe eum in modum aperiretur, ut elegantiorum hominum cognitione non indignus esſet. Sed horum veſtigiorum quamvis brevis notatio quum longior ſit pro finibus relationis, eam in aliud tempus reponimus: nunc tantum ejus attingamus, quantum

tum cum re praeſenti conjunctum videtur. Ariſtoxenus, diſcipulus Ariſtotelis, magnus in omni doctrinae genere vir, plurima reliquerat ſcripta mire a Veteribus celebrata. Horum quidem Hiſtorica & Moralia, praedita, ut e fragmentis intelligitur, inſigni rerum & orationis ſuavitate, perierunt. Nam quod Moralia Slavice verſa in bibliotheca Pariſina Sancti Germani ſervari perhibet Montfauconus (Bibliothec. Bibliothecarum p. 1042.), hoc quale ſit definire non licet: Graeca certe perierunt. At ſervata ſunt ejus quaedam ſcripta Muſica: neque vero illa e populari & venuſto genere, quod cum Morali & Hiſtorico argumento conjunctum erat: ſed ex interiore ac difficiliore, quod ad elementa artis refertur. Eadem fortunae! ſive ratio, ſive temeritas, abſtulit libros illos ſuaviores & ad communem intelligentiam comparatos Peripateticorum, non ſolum principum *Ariſtotelis* ac Theophraſti, ſed & reliquorum, Dicaearchi, Clearchi, Phaniae Ereſii. Ceterum, quod ſervata ſunt Muſica ſcripta Ariſtoxeni, alia non item, cauſſa repetenda eſt ex ingenio Byzantinorum. Moralis doctrina multo melior uberiorque tradita ferebatur in libris Patrum. At Muſicam ſcire & bene canere, praecipua erat commendatio hominis Eccleſiaſtici. Satis nobiscum benigne fortuna egit in Oratoribus Graecis, cum in veteribus illis Atticis, tum poſterioribus; veluti Dione Chryſoſtomo, Ariſtide, Themiſtio, Libanio. Nimirum, numquam ita corrupta

fuerunt Byzantinorum ingenia, ut, ſi non poſſent, etiam nollent bene ſcribere. Graeca lingua, depravata quidem, vigebat tamen: hac inficete nimis & e communi conſuetudine uti, indecorum ſcribentibus habebatur. Igitur clasſici Auctores, ut leges, non quidem abrogatae, ſed tamen obſoletae, niſi obſervabantur, certe conſervabantur. Oratorum etiam lectionem valere ad Eccleſiaſticam eloquentiam, antiqua erat fama, eaque ad hominum ſenſus confirmata exemplis diſertorum patrum, Baſilii, Gregoriorum, Johannis Chryſoſtomi, quorum nomina non ſine quadam divinitatis opinione & religione audiebantur. Ergo veteris Eloquentiae monumenta erant in eadem exiſtimatione, qua vetus aſylum, non uſu amplius frequentatum, ſed opinione cultum Huc enim, ut fama erat, ſancti illi viri ab adverſariis vexati confugerant, indeque profecti & inſtructi eos profligaverant. Equidem Libanio, cujus tam multa ſuperſunt ſcripta, in primis profuiſſe putem conjunctionem cum illis patribus; quippe illorum familiaris, hujus etiam magiſter ferebatur. Sed veniamus in rem praeſentem. Ariſtidis Oratio, ſeu potius Declamatio, de eadem est cauſſa, qua Demoſthenis Oratio adverſus Leptinem; ſatis quidem illa longa, ſine tamen mutila: plerumque duriore compoſitione difficilis, multis etiam locis corrupta: non eandem ſtili ac doctrinae commendationem habet, quam reliqua hujus Sophiſtae ſcripta. Libanii Declamatio fictum habet ar-

argumentum: fingitur, aliquem Socratis inimicum judicibus ſuaſisſe, ut eum jam condemnatum & in carcere ſervatum disſerere de Philoſophia prohiberent: quam ſententiam disſuaderi hac oratione a quodam ejus familiari. Habet ſane eandem rationis & orationis dotem, quam pleraeque Libanii Declamationes. Ariſtoxeni fragmenta ſunt pars libri ſecundi Rhythmicorum: egregia ſane acceſſio ad ejusdem auctoris tres libros, ſimilis argumenti, Elementorum Harmonicorum editos a Meurſio & Meibomio. Ceterum, plura etiam in hoc volumine ſunt quam titulus operis profitetur: interpretationes, ſeu verſiones, Latinae trium illorum operum, & animadverſiones ad rerum verborumque explicationem accommodatae. Quibus in animadverſionibus Morellius plane nobis probavit & doctrinam, & interiorem quandam Graecae linguae ſcientiam, & rectam Grammaticam Criticamque rationem. Quae ratio quum per complures jam aetates ex Italia exulaverit, ſperandum est eam, egregio etiam Morellii exemplo, tandem revocatum iri.

IX. Ἰσαίου Λόγος περὶ τοῦ Μενεκλέους κλήρου. *Excudebat Johannes Nichols. Londini* 1785. *pagg.* 22. 8. Quod proverbio fertur, nihil eſſe ab omni parte beatum, nobis quidem hoc in loco uſu venit. Etenim, quam voluptatem reperta editaque hac Iſaei Oratione cepimus, eandem mox obruit dolor ex obitu editoris, Thomae Tyrwhitti, egregii viri, Critici

 in

in paucis ingenio doctrinaque excellentis. Qui dolor quo gravior nobis accideret, in cauſſa erat recens tum luctus de Valckenario noſtro nobis erepto, & Toupio paulo ante vita functo, cive Tyrwhitti & in eodem laudis genere ſocio; ut ſub idem fere tempus apud Batavos & Britannos tria clariſſima literarum noſtrarum lumina exſtincta lugeremus. Sed, quandoquidem hic ipſe locus, ut ad priſtinum nos dolorem revocat, ita nec lugendis nec laudandis tantis viris aptus est; age, ad rem propoſitam accedamus. Oratio haec reperta est in codice ſcripto *bibliothecae* Mediceae Laurentianae. Eam germanam eſſe Iſaei, manifesto arguit ſtilus: & confirmat Harpocration, hoc auctore ac titulo eam memorans in voce Ἀγνής: cujus indicio uſus est J. A, Fabricius Bibl. Gr. Vol. I. p. 914. Quamquam ἀγνής, quod pro ἄπαις in hac Oratione ab Iſaeo poſitum perhibet Harpocration, nunc, quod ſciamus, non *legitur*: & forte dudum a Librariis mutatum est in ἄπαις, quod novies nobis occurrere recordamur. Ceterum ſatis integra, nec multis adeo mendis affecta, initio item & fine & reliqua continuitate conſtare, videtur haec Oratio. Brevis peroratio: Ἀλλ' ἐπειδὴ τὸ πρᾶγμα εἰς ὑμᾶς ἀφῖκται, exſtat quoque, notante editore, in H. Stephani editione, ubi perperam adjicitur primae Iſaei Orationi. Paucae Animadverſiones Tyrwhitti ſubjunctae ſunt in ultima pagina. Harum duplex est genus: prius habet notationem locorum,

in

in quibus exprimendis diſceſſum eſt ab exemplo codicis ſcripti: alterum refertur ad locos quosdam corruptos, quos editor conjectura corrigere tentavit. Tres ſunt omnino hi loci, quorum poſtremum non poſſumus facere quin memoremus; quandoquidem eum in exemplo noſtro, quod ejus humanitati acceptum ferimus, ſua ipſe manu correxit. Iſaei pag. 17, haec leguntur verba: ἔθαψά τ' ἐγὼ αὐτὸν, καὶ τὰ τρίτα καὶ τὰ ἔν.τα ἐποίησα: ad quae animadverſio iſta typis expreſſa eſt: *Scrib. f.* καὶ τὰς τριακάδας καὶ τ. *Vid. Harpocrat. in v.* Τριάκας. Quam ita calamo ipſe mutavit: *Scrib. f.* καὶ τὰ τρίτα καὶ τ. Vid. Pollucem VIII. 146. Ariſtoph. Lyſiſtr. 614.

X. *Le Mal, Poëme Philoſophique en quatre Chants. Suivi de Remarques & de Diſſertations relatives au ſujet: par M. Salchli. „ Donec longa dies perfecto temporis orbe, cet." Berne, chez Emanuel Hortin & Compagnie.* 1789. 8. i. e. *Poëma Philoſophicum de Malo, libris quatuor: adjectis animadverſionibus ac diſputationibus illuſtrando argumento. cet.* Carminum laus non ſolum facultate poëtae, ſed argumento etiam cenſetur. Facultas enim quamvis magna, ſi conſumatur in argumento aut amatoriae levitatis, aut comparato ad voluptatum cupiditates incendendas, animique morbos alendos & commendandos, laudem habere nequeat: certe apud eos, qui, quae ſit vera laus, intelligunt. Poëtae facultas duabus contine-

tur partibus. Altera poſita est in doctrinâ: cujus haec est vis, ut argumentum cognitum perſpectumque ſit, non modo ex ipſa ejus natura & ratione, ſed ex rerum humanarum perſpicientiâ & omnis historiae intelligentiâ: unde depromatur copia & varietas exemplorum, quibus argumentum illuſtretur & ad legentium ſenſus inſtruatur. Altera, eaque longe maxima, poſita est in poëtico ſive ingenio ſive artificio: quo argumentum & omnis ille doctrinae apparatus ita disponitur, imaginibus formatur, coloribus pingitur, orationis numerorumque bonitate ligatur, ut poëtae officium exſtet, id est, ut moveat ac delectet; omnino, ut placeat. Jam ad illam normam ſi hoc, de quo agimus, carmen exigamus, ſine dubio in egregiis carminibus numerandum videatur. Argumentum est gravisſimum: refertur ad rerum humanarum conditionem & divinae providentiae gubernationem recte aeſtimandam, animumque adverſus hujus vitae calamitates confirmandum. Doctrina auctoris, cum in philoſophia, tum historia, & vetere & recentiore, tanta est, quanta in paucisſimis, quod quidem ſciamus, recentiorum poëtarum. Ingenium artificiumque poëticum adeſſe, nemo legens dubitabit; niſi quis forte, errore praepeditus, eandem rationem Didactici atque Epici carminis eſſe poſtulet. Poëtarum omnium officium est delectare & commovere: Didacticorum etiam, & praecipue qui-

quidem, docere. Ergo illa doctrinae copia ita explicatur, ut fere Dialecticum in modum a certis initiis ad exitum ducatur, neque tamen quidquam de poëtico ornatu detrahatur. Nam, ut est in docendo cum perſpicuitate ſuavitas, ita opportuna imaginum exemplorumque varietate tenetur ac delectatur animus: ſaepe etiam ſublimiore poëtae volatu aufertur: hoc denique plerumque ſenſu repletur, ut ſibi, diſpulſis opinionum tenebris, ad verae ſcientiae lucem attolli, ſimulque ad fortitudinem & rerum humanarum contemtum erigi videatur.

XI. *Recherches Philoſophiques ſur les Grecs, par M. de Pauw. 2 Tomes. a Berlin & Liege.* 1788. 8. i. e. *Disquiſitiones Philoſophicae de Graecis, cet.* De hoc libro ſupervacaneum forte ſit peculiariter ac per partes exponere, poſt multos Ephemeridum ſcriptores, qui errores ejus reprehenderunt. Qua in re eſt quod noſtrae gratulemur aetati, qua uſus & cognitio Antiquitatis magis jam frequentari videntur; nec ſcriptionis quamvis venuſtae & ingenioſae errores ita diu latuerunt. Auctor magnam ſibi exiſtimationem ingenii pepererat editis duobus ejusdem generis ac tituli libris, altero de Americanis 1770, altero de Sinenſibus & Aegyptiis 1773: utrumque meminimus & vulgo probatum ac celebratum, & a nobis cum voluptate lectum. Sed in eo de Aegyptiis, quippe magis conjuncto cum noſtris ſtudiis, jam tunc hiſto-

ricam diligentiam deſiderabamus. Ceterum, hunc de Graecis, cupide item vulgo exceptum, recentem etiam legimus; quod non dubitabamus quin auctor operae pretium facere poſſet, ſi ad eam, qua valet, rationem philoſophicam adjunxiſſet accuratam rerum Graecarum intelligentiam. Noſtra exſpectatio quem exitum habuerit, breviter memoremus. Auctori propoſitum erat Graecorum indolem, mores, ingenia, ſtudia, & omnino ſtatum moralem, civilem, phyſicum, exponere. Haec enim hiſtoriae pars, ut ipſe nimirum ait, quum a nemine quoquam adhuc recte perſpecta tractataque, ſed affecta & rudi acervo congesta, eſſet; idem ipſe eam tractandam ſuſcepit, ita ut ei Philoſophiae rationem adhiberet, id eſt, ut eam digereret ac dijudicaret ex cognitione naturae humanae, cum univerſae, tum Graecorum, rerumque naturalium, quibus eorum vita continebatur; coeli, aëris, terrae, alimentorum; temperamenti virium corporis animique. Atque hoc in loco intelligenter verſatus eſt auctor, ut pleraque non ingenioſe tantum, ſed & probabiliter, diceret. Neque vero hanc facultatem aequat altera illa, poſita in rerum Graecarum intelligentia: quam in auctore multam quidem & variam, accuratam vero nullo modo, agnoſcimus; ſi quidem ea demum accurata eſt, quae a diligente linguae cognitione, meditatâ continuâque Scriptorum veterum lectione, rectâ item Gram-

ma-

maticâ interpretatione, proficiſcitur. Quo quidem in loco auctor ne philoſophicae quidem rationi, quam profitetur, ſatisfecit. Est enim profecto Philoſophiae pars Dialectica: cujus item partes ſunt interpretatio & probatio: quas ipſe frequenter negligit: illam, dum Scriptorum locis alienum ſenſum adjungit: hanc, dum opiniones ſuas non idoneis, ſaepe etiam nullis, affirmat testimoniis. Itaque bona paginarum pars ſimillima est pergulis pictorum. A Philoſophiae ratione alienus item est aliorum contemtus & vanitas. Quo in genere plane est festivus locus in ipſo ingreſſu libri: *referam*, inquit, *in hoc opere, quidquid magni Historici obliti ſunt & quidquid ignorarunt.* Qui locus, utcumque eum in leniorem partem accipere ſtudeamus, tamen eo redit, ut ſi quis de ſe ipſe profiteatur, ſibi Deos, veluti Tireſiae, dediſſe Οἴῳ πεπνύσθαι· τοὶ δὲ, σκιαὶ ἀΐσσουσιν· id est, *ſoli ſapere: reliqui, tenues volitant umbrae.* Et tamen, propter locos multos bene animadverſos ac notatos, fructuoſa est libri lectio, iis quidem qui uſu & ratione Antiquitatis valeant, ut verum a falſo diſcernant; non item ea facultate destitutis, quos ſcriptio ingenioſa & jucunda incautos facile capiat. Est etiam in auctore laudandum ſtudium illud vindicandae humanae conditionis a ludibrio vanarum opinionum & pravae conſuetudinis: quo certe nomine qui auctori non concilietur, expers ipſe ſit humanitatis. Quo ma-

magis dolemus, ab his dotibus abeſſe illas, quas deſiderari modò diximus. Quae ſi, forte, in alia editione acceſſerint, liber hic rite primario quodam in numero celebrabitur. Sed hoc cuicuimodi ſit, diſcant ſane hoc documento qui in Criticum Hiſtoriae campum committere ſe volunt, quod aliis etiam hujus Bibliothecae locis monuimus, quantum referat Grammaticam rationem mature percepiſſe.

XII. Proximus de quo diceremus erat liber ſane egregius ad ingenii acumen & emendandi ſolertiam: *Animadverſiones in Euripidis Tragoedias: accedunt Emendationes in Stobaeum, ad Nicolaum Schow V. Cl. Auctore Frederico Jacobs.* Qui nos liber item admonet, ut cum harum Literarum ſtudioſis jucundum communicemus nuntium, de Ariſtotelis ac Stobaei novis ac per duo jam ſecula deſideratis editionibus: quas propediem debebimus doctiſſimis viris, e diſciplina Heynii profectis. Nam Stobaei utrumque opus auctum & emendatum e codicibus, maxime Italicis, prodibit: Eclogas edet *Cl. Heeren*, Profeſſor Gottingenſis: Sermones *Cl. Schow*, Danus. Ariſtotelis porro Opera e typographeo Bipontino ſe editurum profeſſus est *Cl. Buhle*, Profeſſor item Gottingenſis. De quibus nos libris alio, ut ſperamus, tempore dicemus.

* * *

BIBLIOTHECA

CRITICA.

VOL. III. PARS III.

Ἡ γὰρ τῶν λόγων κρίσις πολλῆς ἐστὶ πείρας τελευταῖον ἐπιγέννημα.

LONGINUS.

AMSTELODAMI,
Apud PETRUM DEN HENGST,
MDCCCV.

HIERONYMO DE BOSCH,

AMICO ERUDITISSIMO, VETERRIMO, OPTIMO,

S. P. D.

DANIEL WYTTENBACH.

Urbis amatorem Boſchum ſalvere jubemus
Ruris amatores: —

Ohe! jam verſum abrumpere cogor. Ecce, mi Boſchi, hanc ad Te epiſtolam ſcribere inſtituens, hoc Horatianum exordium nactus, & ut mire opportunum apponere pergens, protenus offendo in proximis,

— — *hac in re ſcilicet una*
Multum diſſimiles: at caetera paene gemelli.

Neque enim gemelli, nec hac in re una multum diſſimiles, ſed in aliis multis ſumus. Jam deinceps,

Fraternis animis: quidquid negat alter, & alter:
Annuimus pariter, vetuli: —

convenit in nos hoc, *Fraternis animis vetuli:* at non item alterum: neque enim quidquid alter, negat & annuit alter: ſed, ut multis in rebus conſentimus, ita in multis rurſus diſſentimus. Et tamen, & Tu me amas, & ego Te: & vetus eſt hic amor: nec, niſi ita eſſet, hanc ad Te publice epiſtolam ſcriberem. Quamquam & aliae mihi hujus ſcriptionis cauſſae fuerunt. Quae tandem illae? Primum: Tu vis Tibi tale quid a me ſcribi: idque ſaepe mihi & ſignificaſti & declaraſti. Deinde: ego volo; intelligo enim, me Tibi tale quid debere; quandoquidem Tu mihi politiſſimum tuum carmen *de hominum aequalitate* ante hos duodecim annos dicaſti. Sane, ex illo tempore ſaepe obſervavi & quaeſivi, ſi quid in mearum proventu Muſarum haberem, quod Tibi donarii loco reponerem. Nihil reperiebam. Nam *Plutarchus*, qui mihi unum & perpetuum opus erat, Oxonienſi Academiae debebatur. Et ſi quae alia erant ſubita & ſubſeciva, haec ad alios ſpectabant. Fuit in his, liber *Selectorum ex Hiſtoricis Graecis*: hujus praefatio pertinebat ad lectores diſcipulosque meos. Fuit *Vita D. Ruhnkenii* noſtri: quae ipſius manibus integra illibataque ſervanda videbatur. Et quod nuper repen-

tino

tino impulſu, & quaſi ipſius Platonis inſtinctu, ad ejus Phaedonem edendum me conjeci: nolui Tibi librum inſcribere, cujus nobis non eſſet commune ſtudium. Neque vero privatus fuit infrequens proventus, in antiquis Scriptoribus vel ad meum uſum ita relegendis, ut mihi viderer multis locis ad intelligentiam & emendationem profeciſſe: vel interpretandis ad diſcipulorum inſtitutionem: quo in genere Horatianos quosdam libros, veluti illum De Arte Poetica, Epiſtolam ad Auguſtum, alios, quosdam item Virgilianos, tum Ciceronianos De Officiis, de Legibus, De Oratore, De Divinatione, De Senectute, De Amicitia, Paradoxa, ne dicam de Orationibus & Epiſtolis: hos igitur libros in ſcholis meis interpretatus ſum ad eum modum, qui fere novae editionis inſtar eſſet. Ex his quum ante biennium, illum De Senectute Tibi inſcriptum edere conſtituiſſem, Tuque illam ſpem lubens praeciperes, mox intellexi, ſi quidem non modo aliis, ſed ipſe mihi, ſatisfacere vellem, apparatu variarum lectionum ex antiquis libris opus fore ampliore, quam quem ipſe tempore tam multis laboribus occupato colligerem. Itaque hoc editionum aut abjecimus conſilium, aut certe in poſterum rejecimus: & ſi quid in ſcholarum noſtrarum dictatis novae lucis ineſſet, totum hoc in Bibliotheca Critica, ſi quando eam inſtauraremus, pro-

dere decrevimus. Huc accedebat Hengſtius noſter, ſubinde flagitans ut ſibi Bibliothecae Criticae Volumen Tertium ne inchoatum relinquerem, ſed additis duabus Partibus explerem. Agnovi cauſſae vim & honeſtatem: promiſi me, ſi quando aut Plutarchei operis perpetuitate, aut aliorum ſtudiorum ſatietate, ut fieri ſolet, defatigatus, materiae novitate & variandis laborum vicibus animum alia ſcriptione recreare vellem, materiam ſcriptionis Bibliothecam Criticam ſumturum. Sed hoc ejusmodi erit, ut, ſi forte, expleto hoc Volumine, in eodem ſcriptionis genere pergere velim, non me rurſus in eamdem quadripartiti Voluminis explendi neceſſitatem concludam, ſed integrum mihi reſervem judicium de Partium numero; ut in poſtrema quavis Parte, tamquam finito opere, deſinere liceat. Ἀλλὰ τίη μοι ταῦτα φίλος διελέξατο θυμός; tam diu intermiſſo & vix reſumto penſo, novum etiam animus ſomniat? Atqui cum exceptione haec dicuntur, *niſi quid acciderit:* &, ut omnia noſtra, θεῶν ἐν γούνασι κεῖται.

Caeterum, reſumta ſubito per hoc feriarum otium Bibliothecae Criticae ſcriptione, Tui mihi continuo, mi Boſchi, in mentem venit. Age, inquam, faciamus, ut eadem opera duplex nomen ſolvamus: & librum diu ſtudioſis hominibus debitum abſolvamus, & eum Boſchio inſcribamus:

mus: & quidni Boſchio eodem jure Tertiam Partem, quo Primam Fonteinio? praeſertim meliore conditione. Nam ut Fonteinium, tamquam communem parentem, paterno honore coluimus, ita me & Boſchium caritas & familiaritas quaſi fraterna junxit: & debeo ei viciſſim munuſculum: & contentus erit eo, quod dabo: nec novum reponet, cui ego rurſus novum & ipſe reponere debeam. At Fonteinio ſcripſi gratuita pietate: nil ei debebam: nec mihi reſcripſit, ſed opus impoſuit, Theophraſti editionem. Haec eſt illa in ſuperiore hujus Bibliothecae Parte mihi dicta adoptiva & indotata filia: quam dictionem nonnulli perperam acceperunt. Noſti, auctore Herodoto, I, 93, Lydis morem fuiſſe filias proſtituere, ut, corpore quaeſtum facientes, dotem ſibi futuri matrimonii colligerent. Ab hac ratione mea pietas abhorrebat: quamquam non diſſimile in aliorum ſcriptis edendis ſubinde uſurpatur. Ego adoptivam filiam proſtituere nolui: nemini eam venditavi, nec utendam conceſſi: nullam ejus floris partem nec ipſe delibavi, nec aliis delibandam permiſi; integram virginem, pudice, liberali ſeptam cuſtodia ſervavi: nec niſi in adoleſcentum doctorum, eorumdemque caſtorum & modeſtorum, conſpectum & colloquium eduxi; ſi forte aliquis eorum in matrimonium ſibi eam expeteret. En! inquam, haec eſt adoptiva mea

 filia,

filia, quae dotem quidem non habet eam, quae vulgo dos dicitur, ſed aliam longe majorem: quae nunc nondum apparet, apparebit autem, ſi ad eam colligendam ſtudium & laborem contuleritis: colligenda eſt per Graecarum Romanarumque Literarum ſcientiam, cum ex Veterum libris, tum apparatu & commentario patris formando & expoliendo: ita vobis puella magnam gloriae dotem adferet: ego vobis dux & adjutor operis ero. Adhuc nemo fuit, qui ejus amore caperetur: nec tamen deſunt, qui prae ſe ferant, ſe conditionem non repudiare, ſed deliberare. De quibus, ſi, quod nolim nec fore opinor, ſpes nos defecerit, puella ad Teleobaptiſtas ſe abituram minatur, ubi alatur & fortaſſe, quamvis vetula, in matrimonium collocetur.

Tecum, mi Boſchi, alia mihi cauſſa eſt: non metuo ne Tu quoque adoptivâ me *filia* ferias. Scribo hanc ad Te epiſtolam, ut duplici officio defungar, ejusque debiti conſcientia, quaſi onere, animum levem & religione ſolvam antequam ad plures abeam: quod Socrates in Phaedone dixit, *ἀσφαλέστερον εἶναι μὴ ἀπιέναι πρὶν ἀφοσιώσασθαι.* Sed & ipſa per ſe amicitia hoc a me ſive munus ſive monumentum poſtulabat. Quae ſi, ſecundum Veteres, virtus eſt, nec virtus ſine prudentia eſſe poteſt, prudentiae autem eſt ſe ipſum noſcere; da Te mihi parumper, mi Boſchi, redi

redi mecum in memoriam priorum temporum noſtrorum, ut cognoſcamus a quibus initiis profecta noſtra amicitia, quibus officiis culta & confirmata, & adhuc floruerit, & in poſterum ſe tueatur.

Annus erat MDCCLXXI quum ego adoleſcens, hac in Academia Literis ſtudens, principum ingenio doctrinaque virorum, Ruhnkenii & Valckenarii, conſuetudine & amicitia fruens, nec aliud niſi finito anno reditum in patriam cogitans, cathedram Literarum & Philoſophiae in Amſtelodamenſi Remonſtrantium Collegio, commendatione duumvirorum noſtrorum mihi oblatam, eorumdem hortatu accipiebam. Uterque hujus mihi ſtationis opportunitates praedicabat, in his urbem frequentem Literis & ſtudioſis earum hominibus, quorum plerisque meum adventum haud ingratum fore, certe Petro Fonteinio & Hieronymo *Boſchio*: illum multae lectionis ſenem, Theophraſti Characteres edere parantem, me ſibi adjutorem expetiturum: hunc juvenem Literarum amore ardentem, lubenter mecum in earum ſtudio verſaturum: *& Boſchius facit bonos verſus*, ajebat Valckenarius, *& proſam orationem melius ſcribit quam ſolent vulgo, qui verſus faciunt: en! librum, quem modo edidit*, G. *Hooftii Carmina Juvenilia:* erat enim liber prae manibus: inſpicio, video praefationem pure & elegan-

 ter

ter ſcriptam: continuo de Te bene ſperare coepi.

Mox Amſtelodamum excurro, habitationem aliasque commorationi neceſſarias res proſpecturus. Quibus proſpectis, Fonteinium adeo: qui me comiter excipit, erga hominem non ante viſum propriam ſibi gravitatem humanitate temperatam obtinet: gratum ſibi meum adventum eſſe, gratam conſuetudinem fore: quaerere de meis ſtudiis & Plutarcho, ego de illius Theophraſto: ille mihi narrare de Hemſterhuſio, ego illi de Ruhnkenio & Valckenario: tum mittit qui Te arceſſat in vicinia habitantem. Pergo narrare ſeni. Tu advolas, alacer, fervidus, antiquo more candidus, ſimplex, apertus, inſignis ad benevolentiae effuſionem, ad ſententiam pronunciandam promtus: alloquens ut diu cognitum „*Salve, mi Wyttenbachi, gaudeo te ad nos veniſſe, ſpero nos amicos & familiares fore, ſpero Literis una operaturos.*" „*Et tu*, inquam, *mi Boſchi, ſalve, & ſpero ita fore, ut ais.*" Tum Tu de ſtudiis tuis narrare, Homero, Heſiodo, Theocrito, hos te legiſſe, ſed ad Homerum rediiſſe, hunc iterum & ſaepius & ſemper legendum eſſe: & intonas illud, hunc eſſe, *a quo, ceu fonte perenni, Vatum Pieriis ora rigantur aquis.* Ego, cui hic impetus & ſonus plane novus accideret, „*Agnoſco te*, inquam, *mi Boſchi, plenum*

num Homeri numine: & rite facis: nam, ut Aratus carmen ſuum ab Jove orſus eſt, Ἐκ Διὸς ἀρχώμεσθα, *ita Quinctilianus praecipit initium ſtudii Literarum ab Homero ducendum eſſe: haec ſemper regia via fuit: quam tu viam ſecutus, quantos progreſſus feceris cognovi nuper ex libello tuo, quem vidi apud Valckenarium: qui ait, te bonos verſus facere, & proſam orationem melius ſcribere quam vulgo ſoleant, qui verſus faciant: & ſane mihi videris Ciceronem, Nepotem, Terentium diligenter lectitaſſe.*" Ad haec Tu: „*Ain' tandem, hoc Valckenarius dixit? ain' tandem, hoc tu judicas? atqui ſunt hi auctores, quos quotidie lego, ad quorum exemplum ſtilum ipſe meum formare ſtudeo: tu vero, an etiam verſus facis.*" „*Nondum*, inquam." „*Quare nondum?*" „*Quia nondum alia ſatis didici.*" „*Tu alia nondum ſatis didiciſti? quaenam illa?*" „*Et proſae ſcriptionem*, inquam, *& alias multas Literarum partes.*" „*Et tamen*, inquis, *pulcrum eſt verſus facere!*" „*Eſt omnino*, inquam, *pulcrum, pulcros verſus facere; nec modo pulcrum, ſed paene divinum; quod poeſis in altum evolat ſublimis, proſa autem, ut vocatur, ita eſt pedeſtris oratio, & humi incedit: me quidem nemo inducet ut divinitatem appetam, antequam humanitatem ſatis perceperim.*" Fonteinius placide ſubridens, „*Ita eſt*, inquit: *ſuum cuique judi-*

 cium

cium in his ſtudiis ſervandum eſt: qui bonos verſus facere poteſt, faciat; eſt enim egregium: qui non poteſt, ne faciat: eſt enim non modo malum poema, ſed mediocre etiam, intolerabilis res, judice Horatio: mediocribus eſſe poetis, non homines, non Di, non conceſſere columnae: in aliis rebus mediocritas fertur; proſa ſcriptio, quamvis mediocris, toleratur: quare? quia cogimur proſa uti: verſus facere nemo cogitur: mediocres verſus non niſi in pueris & adoleſcentibus ferendi ſunt, quibus penſi loco datur haec exercitatio, utilis ſane ad numerorum modorumque cognitionem faciliorem, ad ſtudium excitandum, ad ingenium exhilarandum: ſemper equidem ita judicavi, bonum poetam eſſe non poſſe, niſi cui, praeter ingenium & linguae ſcientiam, etiam doctrinae copia adſit, cujus varietate doceat & delectet: tali demum homini concedatur verſus facere, ſi valeat componendi facilitate, nec totos dies in pariundis paucis verſibus deſudet, ſed ad Ovidii ſimilitudinem accedat, cui ſponte ſua numeros carmen veniebat ad aptos: igitur inter eruditiſſimos etiam viros & in poetarum lectione verſatiſſimos plurimi fuerunt, qui a poematis pangendis abſtinerent: veluti noſtrates J. F. Gronovius, J. Perizonius, T. Hemſterhuſius, & qui nunc ſunt, L. C. Valckenarius, & D. Ruhnkenius: exteri, ut puto, J. A. Erneſtus, &

R.

R. Bentleius quamvis omnium μετριώτατος. Ad haec Tu videbaris, & dum loquebatur, & quum deſierat, quaedam objicere velle, ſed ſenis verecundiâ te ipſum cohibere: denique, „ *Sit ut vultis*, ajebas: *nunc a te peto, Fonteini, ut mihi Wyttenbachii copiam facias, eumque hanc veſperam mecum eſſe ſinas, ſi quidem vult & vacat.*" „ *Et volo*, inquam, *mi Boſchi, & vaco.*" Ita Fonteinio ſalvere diximus, ad Te conceſſimus.

Ibi Tu quaſi liberior & Tibi redditus, naturae obſequebaris tuae, tuorum mihi bonorum cognitionem impertiebas, clauſos adhuc ſapientiae theſauros recludebas; ut mihi Socratis in mentem veniret, quem Alcibiades, apud Platonem in Convivio, cum ſtatuis Silenorum comparavit, quae bifariam apertae intus habere deprehenduntur ἀγάλματα θεῶν, deorum ſigna. Oſtendebas mihi annotationes tuas in Homerum, Heſiodum, Theocritum: oſtendebas, in Ciceronem, Terentium, Horatium, alios: quas ego mirans accurate & ad grammaticam diligentiam factas „ *Nae*, inquam, *mi Boſchi, licet jam tibi impune verſus facere; qui nil remittis ex grammatica ſeveritate; quod multis, qui verſus faciunt, accidere videmus.*" Reliquum tempus ad focum, inter Socratica pocula, id eſt minuta & rorántia, & literatos ſermones traduximus. Erant haec inter nos deinceps per-

perpetua: „*En illum Homeri locum prorſus divinum! En tibi illum in alio genere non minus divinum! Quid hunc dicis, longe omnium diviniſſimum, quem Virgilius plane divinitus reddidit? Ah! Virgilium mihi dicis: quem nemo, niſi qui Homerum edidicit, intelligere poteſt: quem ego quum puer tanto ſtudio & admiratione legiſſem, ut nil perfectius, nil mihi magis intellectum putarem Virgilio, magis etiam admirari & intelligere coepi, poſtquam Homerum legiſſem. Sine Graecis Literis nulla eſt ſalus in Latinis, dimidium & lucis & ſuavitatis abeſt, & plane illud Homericum accidit,* Ἥμισυ γάρ τ' ἀρετῆς ἀποαίνυται εὐρύοπα Ζεύς." Haec fere ſimul ambo & communiter celebrabamus. Tum ego: „*Recte ais: nam quid ipſi Latini Scriptores ſine Graecis Literis fuiſſent? Cicero, qui nunc in aliorum Latinorum jactura unus nobis inſtar multorum eſt, quem & in oratoribus Demoſtheni & Iſocrati, & in philoſophis Platoni & Xenophonti opponimus, quo nec doctrinae copia, nec orationis perſpicuitate, ſuavitate, gravitate, quid excellentius eſſe poteſt, numquam ad hanc laudem perveniſſet, niſi a Graecis Literis omnia illa bona in Latinas Literas tranſtuliſſet.*" Hic Tu: „*Noli, de Cicerone ſecus quid dicere: quem ego dies noctesque lego, nec ejus lectione umquam ſatiari poſſum: ut hoc in Epiſtolis eleganter dixit! ut il-*

illud in Orationibus feſtive! ut rurſus illud egregie! Dii boni! qui ita ſcribit, hunc ipſum Deum eſſe oportet." „*Eſt ita*, inquam, *optime Boſchi: nemo omnium me magis tecum conſentit in amore Ciceronis: nec eum ſola doctrina, ſed natura etiam valuiſſe ajo: nec ſine utriusque praeſtantia & conjunctione tantam divinitatem conſequi potuiſſe: eſt illud ipſum quod Plato dixit in Phaedro* (p. 354, C.) εἰκὸς, ἴσως δὲ καὶ ἀναγκαῖον, ἔχειν ὥσπερ τἄλλα· εἰ μέν σοι ὑπάρχει φύσει ῥητορικῷ εἶναι, ἔσῃ ῥήτωρ ἐλλόγιμος, προσλαβὼν ἐπιστήμην καὶ μελέτην· ὅτου δ᾽ ἂν ἐλλίπῃς τούτων, ταύτῃ ἀτελὴς ἔσῃ· *tria eſſe, quibus quis aliquo in laudis genere, item in eloquentia, magnus fiat, naturam, doctrinam, exercitationem: doctrinam appellans* ἐπιστήμην, *ſcientiam, artem, rationem ac viam, quam alii methodum & theoriam dicunt.*" Tum Tu: „*Apage, mi Wyttenbachi, omnes methodos ac theorias! quibus hodie quoque multi, qui ſe philoſophos eſſe volunt, nos poetas alligare cupiunt: nil eſt impudentius illis hominibus, qui nec Latinam linguam, nec verſus facere, ſciunt, & tamen de his judicant, & ſecundum leges ab ipſis latas nos cenſere & regere audent.*" „*Omnium rerum*, inquam, *etiam optimarum, perverſus uſus fieri poteſt: ſed Ciceronem quoque noſti illa tria quaſi fundamenta ponere eloquentiae: & de hac ipſa methodo &*

arte

arte egregios illos rhetoricos libros ſcripſiſſe, De Oratore, Brutum, Oratorem, alios." „*At ego te*, inquis, *ipſo Cicerone auctore confutabo, qui in his egregiis De Oratore libris alicubi affirmat, naturam atque ingenium vim ad dicendum afferre maximam.*" „*Credo equidem*, inquam; *maximam dicit, non omnem, ut artem & exercitationem excludat: & ego te confutabo auctore Horatio tuo, qui dicit, doctrina vim promovet inſitam.*" „*Vah! Horatium mihi opponis? quem recte meum dicis, quem in oculis fero, quem de manibus numquam depono! quaſi vero is illo loco, vel de eloquentia aut poeſi, aut aliarum rerum ſcientia, ac non de virtute loquatur, vel doctrinam aliam dicat quam educationem & inſtitutionem: tune putas Horatium carmina ſua compoſuiſſe ſecundum praecepta alicujus philoſophi aut grammatici, ac non iſta vincula bonitate naturae contemſiſſe, & ingenii impetu in altos nubium tractus evolaſſe?*" „*Ego, mi Boſchi*, inquam, *in judicio de Horatio, ut de aliis magnis Scriptoribus, ſequor Platonem meum: dico, Horatium natura valuiſſe, tum doctrinam & exercitationem aſſumſiſſe, ita magnum poetam exſtitiſſe: item judico de Virgilio, & omnibus magnis poetis: de Cicerone in eloquentia, & de omnibus magnis oratoribus: & item de aliis generibus: nam, quod dixiſti de praeceptis artis, Horatium*

iis

iis ſtuduiſſe res ipſa & ejus Ars Poetica loquitur: jam vero eum Graecis Literis non modo excultum, ſed repletum fuiſſe, & totum a Graeco fonte manaſſe, & ſinguli verſus & tota poemata produnt: igitur, ut in ejus Carminibus ſublimitatem & majeſtatem, in Satiris & Epiſtolis ſapientiam & urbanitatem miror, ita video unde haec fluxerint: agnoſco in illis Lyricos Graecos, Alcaeum, Pindarum, Sapphum: in his Socraticos, Platonem, Ariſtotelem, Theophraſtum, Bionem: in utrisque omnem Graecorum eruditionem: quis enim hujus ignarus Horatium intelligat? ſed exercitatio ac doctrina extrinſecus veniunt, ingenium intrinſecus ab ipſa natura inſitum adeſſe debet: cujus niſi tamquam agri bonitas ſubſit, exercitationis ac doctrinae quamvis bona ſemina fruſtra in eo ſeruntur, ac pereunt."

„*Plane tecum*, inquis, *ſentio: modo ne in doctrinae inſtrumentis numeres iſta compendia rhetoricae & poeticae, non dico antiquorum aut ad antiquam rationem ſcribentium, ſed noviſſimorum jejune & miſere philoſophantium.*" „*Non faciam*, inquam; *modo tu mihi viciſſim concedas, hodieque item comparatum eſſe ut antiquitus, neque poſſe quemquam ulla in Literarum ſcientia & facultate magnum exiſtere, nec bene proſam ſcribere, nec bona poemata pangere, niſi ad naturalem ingenii facilitatem accedat exercitatio &*

doctri-

doctrina, id eſt, ut Veteres perpetuo legamus, & ſaepe multumque ſcribamus, noſtraque ſcripta ſedulo cum Veterum ſcriptis comparemus ad eorumque exempla conformemus." „Atqui hoc ipſum eſt quod & ego factito, & alios factitare hortor: jam nuper aliquot impuli adoleſcentes ad haec Literarum ſtudia capeſſenda: hi tui diſcipuli erunt." „Macte virtute: qui tantopere de Literis mereris: ſane audivi, te hac in urbe haud diſſimilem Socrati item obire & adoleſcentes ad bona ſtudia incitare: ſed de Socrate fuerunt qui dicerent, eum fuiſſe ad προτρέπεσθαι ἱκανώτατον, non item ad προαγαγεῖν, efficaciſſimum ad impellendum, minus efficacem ad prodacendum, id eſt, ad leniter ducendum, & quaſi docendum: ſic enim Cicero ad Varronem accommodavit Acad. I, 3: philoſophiam, inquit, multis locis inchoaſti, ad impellendum ſatis, ad edocendum parum. Tu fortaſſe, mi Boſchi, utraque facultate vales: ego impellendi facultate parum valere me fateor." „Haud equidem, inquis, miror: nam videris mihi aliquantum frigere, nec pro eo, quantum in Literis profeciſti, earum amore ardere." „Unusquisque, inquam, ſuo more ardet: alius vehementius, ut tu: alius lentius, ut ego: velim modo iſtud, quantulumcumque mihi eſt ardoris, cum aliis communicare poſſim: nam ſemel incenſum haud deſperem in ardore ſervare, docendo & doctri-

doctrina, tamquam oleo, infundenda: quare, mi Boſchi,, etiam atque etiam te rogo, ut iſtud diſciplinae munus mecum quaſi partiaris: tu primas partes easque breviores, ſed tamen primas, ſuſcipias impulſoris, ſeu mavis incenſoris; ego ſecundas, doctoris, motum regentis, & ardorem alentis: ſed narra mihi, ſodes, quomodo quem incendas: juvat hoc ſcire & proderit ad meum mihi munus recte tuendum." ,, *Vide*, inquis, *quomodo agam: adoleſcentulos ſtudiis deſtinatos moneo, ut attendant quod ſit momentum ſtudiorum; ſine Literis Graecis & Latinis nullam eſſe in ullo genere ſalutem: oſtendo exempla, homines qui hac via ad ſummam gloriam venerunt, & rurſus, qui, neglecta eadem via, inglorii & contemti manſerunt: fidem & auctoritatem mihi facio apud audientes: credunt: tunc pulcrum aliquem poetae locum iis praelego, ut moveantur & attenti reddantur: hunc iis locum interpretor, verborum vim aperio, conſtructionem necto, ſententias declaro, manifeſte & ſignificanter: ecce, illud, quam venuſtum! en hoc, quam ſublime! viden' hanc imaginem, quaſi picturam oculis ſubjectam! ſentisne? Locum ita pertractatum, denuo iis praelego: & plerumque ita afficiuntur, ut cum poeta in altum evolent, nec relinquere eum velint donec perlegerint."* ,, *Nae tu*, inquam, *Boſchi*, *philoſophus es*, *licet te eſſe neſcias*

& nolis." „ *Quid ita?"* „ *Quia adoleſcentibus alas addis, eosque volare doces: lege Platonem in Phaedro, docentem hoc eſſe philoſophiae proprium munus, excolere & inſtruere alas animi, quibus ex his terrenis rebus ad coeleſtia evolet: ſed cedo, locos quos adoleſcentibus pro alarum quaſi remigio adhibes?"* „ *Ha! Veteres philoſophi: hi alii fuerunt atque iſti hodie dicti philoſophi, qui de Veteribus judicant, nec eos legerunt."* „ *Sic eſt: ſed cedo illos verſus quibus tu adoleſcentes ad ſtudia incitas."* Hic Tu, mi Boſchi, recitabas ejusmodi locos, ea voce & vultu, ut facile agnoſcerem Te ad recentes juventutis animos movendos haud parum valere debere. Caeterum ex alio in alium locum incidebamus, qui nobis quaſi manum injiceret, nosque retineret vel admiratione pulcritudinis, vel dubitatione de vera ſententia & ſcriptura. Itaque continuà deinceps nobis invicem erant haec: *Ut hic mirificus eſt locus! Ut illud egregie dictum! Hoc vero ita, ut nil ſupra! Quomodo tu hunc locum interpretaris? ego ſic. Criticus aliquis ita correxit. Immo corrigere voluit, & locum corrupit. Non amo iſtam mutandi libidinem."* — Ita ſermones nobis ad multam noctem fluxerunt. Aderant duo quidam tui familiares, haud indocti, qui nos libenter audirent.

Abii a Te ita ἐπαιδόμενος, ita Tui amore

captus, ita affectus, ut me a neminis umquam congreſſu affectum abiiſſe memineram. Tum reputans apud me quid illud fuiſſet, quo me tantopere cepiſſes, etiam aliud, praeter ſtudium Literarum, reperiſſe mihi videbar. Nam erat hoc quidem validiſſimum ad amorem invitamentum, ſtudiorum communio. Placuerat mihi, quod Tu, quamvis verſus faciens, tamen proſae & Ciceronis eſſes ſtudioſus: Tibi, quod ego, quamvis non faciens verſus, tamen poetis multum tribuerem. Quos Tu legeras auctores, hos & ego legeram: igitur loci, quos alter proferret, alteri non erant ignoti: & erant ejusmodi, ut noſtrum utrique placerent: haec nobis fuit materia *συμπαθείας*, quae eſt pars amoris. Tu Graecarum Literarum eras cupidiſſimus: ego aliquantum in iis profeceram. Tu me amare videbaris: hoc amorem erga *Te mihi* faciebat; ut eſt proverbium, *ἔρως ἀντέρωτα τίκτει*. Huc accedebat, quod Tu bonus homo eras, & me item eſſe haud dubitares: dicerem, *& ego item bonus eram*, niſi de ſe ipſo haec profeſſio ſpeciem levitatis habere putaretur: magnum enim quoddam hoc eſt, *bonum hominem eſſe*, & vere dicitur *χαλεπὸν ἐσθλὸν ἔμμεναι*: ab aliis tributam ſibi hanc laudem accipere licet: eruditum ſe eſſe, & ipſum profiteri, puerilis eſt vanitatis: nec, ab aliis tributum accipere, invidia caret. Certe amicitia, niſi inter bonos, eſſe nequit.

 Mi-

Migravi Amſtelodamum, eodem anno exeunte. Statim & quotidie una fuimus, & in ſtudiis, & in omni vitae conſuetudine. Mox tertius nobis acceſſit ſtudiorum ſocius Matthias Temminkius, vir optimus, Weſſelingio doctore eximia Literarum & Hiſtoriae ſcientia eruditus, novam editionem Aethiopicorum Heliodori moliens. Hic nobis plane erat, *mitis ſapientia Laeli:* cujus cum lenitate tuus fervor, neſcio quomodo, congruebat. Ita tres, magna voluntatum conſenſione, ſodalitium junximus, & ſermonibus de omni Literarum genere, tum vero lectione Sophoclis, Euripidis, & Ariſtophanis frequentavimus. Hanc rationem per biennium tenuimus. Temminkium reſpublica ſibi aſſeruit: cujus compluribus muneribus magna in temporum varietate, magna fide functum, nunc Leida noſtra fovet in otio literato & pio ſeneſcentem; omnibus literatis optantibus, ut Helidoro ſuo, aut ipſe, aut per alium, publicam lucem impertiat.

Neque vero alterum reticeamus ſodalitium, quod a diebus Martis, quibus ſingulis habebatur, *martiale* cognominare ſolebamus, non quidem illud unice noſtris Literis earumque commentationibus, ſed univerſe doctis & jucundis confabulationibus dicatum, & peramanter junctum: cujus, nobiscum tribus, quinque alii fuerunt ſodales.

Fui

Fuit Fred. Guil. Boerſius, vir ad omnem elegantiam natus, Ruhnkenii noſtri diſciplina ad politiorem Literarum ſcientiam excultus, clarus docta diſputatione *De Anthropologia Stoïcorum:* quibus dotibus acceſſit multiplex lectio, & hominum, cum in patria, tum apud exteros, uſus: animorum obſervatio: ſermo utilium & jucundarum rerum commemoratione frequens, idem perfacetus, ſine offenſione & acerbitate: immo in omni congreſſu urbanitas, & cum benevolentiae ſignificatione amabilitas. Difficillimis reipublicae muneribus ac negotiis magna cum laude ſpectatus, communi rerum converſione afflictus, temporum iniquitatem ſua ipſe conſtantia vicit: nunc animum ingeniumque vetere Muſarum commercio recreat & ſuſtentat.

Huic conjunctiſſimus, ingenio & temporum fortuna perſimilis, Nicolaus Paradyſius, medicus *πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων*, jam tunc juvenis eleganti Literarum & Latinitatis judicio valebat: uſu & ratione medicinae excellens aſſumebat hiſtoriam artis, ut ſciret quid antiquae eſſet doctrinae, quid recentioris: Veterum & ſimplicitatem ſequeretur & auctoritátem tueretur, eamque ab novatorum calamiſtris & cincinnis integram ſervaret: ſimilis *hac in re ſcilicet* Tibi, mi Boſchi, antiquum obtinens: caeterum ſermo, *παῦρα μὲν, ἀλλὰ μάλα λιγέως*,

ex audiendi ſilentio & cogitandi acumine exiſtebat ſubtilis, perſpicuus, ſuis partibus nexus, interſperſus leporibus & aculeis. Nunc ex vetere ſodali novus collega, ſaepe mihi ſodalitii illius dulcedinem & narrat & refert. Sed pergo ad caeteros.

Henr. Conſt. Cras, eodem, quo ego, tempore, privatus item, Leida Amſtelodamum ad ornandam cathedram vocatus: quae fortunae communio primum notitia nos, tum conſuetudine & amicitia conciliavit: ad Jurisprudentiam docendam duo magna adferebat, quibus eam & firmaret & ornaret, adjumenta: alterum, uſum Ciceronis, indeque ductam Latinae orationis bonitatem: alterum, Philoſophiae cognitionem; ut inter principes Jurisprudentiae & ad ejus laudis ſimilitudinem pervenerit, quam Servio Sulpicio tribuit Cicero (Bruto 40, 41.): & *eloquentiae* aſſumſerit tantum ut Jurisprudentiam *facile tueretur*: & artem adhibuerit omnium artium maximam, quae doceret rem univerſam tribuere in partes, latentem explicare interpretando, ambigua primum videre, deinde diſtinguere, poſtremo habere regulam, quo vera & falſa dijudicarentur, & quae quibus poſitis eſſent, quaeque non eſſent conſequentia. Huc accedebat comitas blanda & ſermocinatrix, ut & vulgo libenter audiretur, & perſpicue intelligenterque docendo in di-

diſcentium animos facile influeret; unde factum eſt ut, cum ſua ipſe fama, tum diſcipulorum habitis editisque diſputationibus, Athenaeum noſtrum celebraret.

Jam in vicino noſtro, tuo poſtea in graphiario munere collega, Henrico Calkoenio multa erant naturae bona: ſenſus veri pulcrique acer: animus riſus & hilaritatis ſocius, ut eum numquam in vita ploraſſe diceres: certe diſſimillimus Heraclito, haud diſſimilis Democrito, ineptias vulgi ridens: at miſeris ſuccurrere diſcens, in eoque officio nec operae, nec rei ipſe ſuae, parcens: igitur quum magno fori uſu patrocinium cauſſarum tueretur, omnium conſenſu laudem non modo prudentiae & fidei, ſed & beneficentiae & liberalitatis adeptus eſt. Ipſe quoque civilibus merſus undis, maluit ſua conſtantia munus amittere, quam inconſtantiae opinione ſuſcipienda retinere — *juſtiſſimus unus Qui fuit in Teucris, & ſervantiſſimus aequi. Dis aliter viſum!*

Denique Abr. Ar. Meerſchius, meus in Schola Remonſtrantium collega, fuit ſane multis vir ingenii dotibus ornatus, idemque, ut in materiae varietate, perdoctus. Nam ipſe antea Literas & Philoſophiam docuerat, tunc Theologiam & Hiſtoriam Eccleſiaſticam docebat; ut utriusque cathedrae partes cognitas habere deberet, & haberet ad eum certe modum, quo & diſcentibus ſatis-

tiſfaceret, & apud alios homines docti Profeſſoris exiſtimationem tueretur. Natura ei eam ſermonis facultatem, eum vultum oculorumque ſignificationem tribuerat, ut dictis ſuis multum vel gratiae vel auctoritatis addere poſſet: praeterea in ſcribendo, ſcribebat autem Belgice, ejusmodi valebat compoſitionis proprietate, qua argumenta ab aliis jam tractata, ſua ipſe doctrina & ratione ita retractaret, ut nova & ipſius ingenio nata viderentur. Nam & ſale abundabat & feſtivitate: quibus quum frequens uteretur, ſubinde quoque abuti putabatur. Aliquot ante obitum annis, oculorum viſu captus, calamitatem patienter tulit: quod magnum profecto fuit in homine, qui vitam in Literis ac libris transegiſſet, ſemperque aliquid ſcriberet, quod vel ſuo, vel alieno, vel nullo nomine ederet. Hic unus è nobis fatum jam ſuum implevit: ſit illi *κουφὴ κόνις*! Reliquis nobis Deus O. M. & mutuam benevolentiam ſervet, & reliquam vitam exitumque facilem duit!

Igitur cum illis frequens nobis fuit conſuetudo: at nobiscum duobus invicem quotidianus uſus: eramus unum amicorum par: ſeria, joca, publica, arcana, omnia communia. Ita biennium fuit: quum Tu in graphiario munere & alia vita conſtitutus, melius laxiusque habitatum in aliam domum migrares, in qua & contubernali lo-

locus ſupereſſet. Volebas me Tecum habitare: ego non nolebam: & alii ita oportere judicabant: feci. Ibi tum intellexi, amorem noſtrum tantum fuiſſe, ut contubernio augeri non poſſet. Antea ita mihi perſuaſeram, Te mei, & me Tui ſimillimum eſſe: quod certiſſimo argumento erat, me Tui amore caecutiiſſe: ſi quidem proverbio fertur, amorem caecum eſſe, & amantes caecos reddere: nam eramus multum diſſimiles. Quod ego primo anno ne ſomniabam quidem, poſtea deinceps magis magisque animadvertere coepi. Non ego nos ipſos tunc mutatos eſſe dicam: quamquam alia vita etiam inſcientibus alios mores adfert. Vetus eſt dictum, oppoſita juxta ſe invicem poſita magis apparere. Tu fervidus: ego lentus. Tu verſus factitabas: ego proſae ſtudebam. Tu ſublimis in altos nubium tractus tendebas: mihi ſatis erat, ſi humi tuto incedere poſſem. *Tu multorum*, & in dies plurium, eras hominum: ego paucorum, & in dies pauciorum. Tu amicorum tuorum etiam inimicos amabas; ego contentus eram, ſi ſolis amicis ſatisfacerem. Tu ſubito videbas, quid verum eſſet: mihi ad judicandum tempore opus erat. Tu aliorum animos perſpicere Te ajebas: ego dubitabam, an me ipſe ſatis noſſem. Mitto caetera. Et tamen decem annos una habitavimus. Nam alia erant, in quibus congruebamus; niſi plura, certe efficaciora ad con-

conjunctionem, quam illa ad disjunctionem: virtutis & doctrinae amor in primis: in quo ſemper, ut è diverticulis in communem viam coeuntes, una progrediebamur. Et ſi quando tunc & poſtea meus ἀπλοῦς τῆς ἀληθείας μῦθος durior ad ſenſum tuum accideret, Tuque ei duriorem μῦθον opponeres; ſerius ocyus tamen meam ἀλήθειαν agnoſcebas ac requirebas: qui ſemper uſurparem, ut amicitiae legem, illud ad Antipatrum a Phocione dictum, Οὐ δύνασαί μοι καὶ φίλῳ χρῆσθαι καὶ κόλακι. Nec ſoluto contubernio decrevit amicitia: immo increvit etiam; praeſertim quod ſubinde ad primi illius bienni integritatem, quaſi ad auream Saturni aetatem, revocaretur. Et viguit adhuc, ut communi illo virtutis doctrinaeque amore, ſic mutua benevolentia, mutuis officiis: quorum & ego Tibi ſum teſtis, & Tu mihi; ut iis commemorandis utriusque noſtrum modeſtiae vim facturus videar; cujus, ut omnium virtutum laus in medio cernitur, ea nobis eſt communio, ut neque in altero nimium, neque in altero parum ſit. Et ſemper laudavimus illam Ciceronis ſententiam in libro De Amicitia egregie proditam: *Odioſum ſane genus hominum officia exprobrantium: quae meminiſſe debet is, in quem collata ſunt: non commemorare, qui contulit.* Rurſus nil me dicere de tuis in me collatis officiis, nec noſter amor patitur, nec argumentum

hu-

hujus epiſtolae, quam amicitiae noſtrae dicavi. Quae igitur illa ſunt? Primum omnium, quod, dum juvenes fuimus: nam nunc provectior aetas a juventutis erroribus nos, credo, liberavit: Tu meas ineptias tuliſti, ut ego tuas. Deinde, quod mihi multis partibus prodeſſe ſtuduiſti. Recens me cognitum, ut ipſe amabas, ita operam dabas ut alii amarent, quibus me conciliaſſes: meas laudes praedicabas, meaeque exiſtimationis, ut ipſe ſoles dicere, bucinator eras. Et ſi quando aegrotarem, quod propter caeli & aeris novitatem haud raro fiebat, tanta me diligentia & ſollicitudine inviſebas, tractabas, curabas, ut nil amantius excogitari poſſet. Neque mihi ipſi tantummodo, ſed & diſciplinae favebas meae, neque deſinebas adoleſcentes hortari, ut ei ſe darent: eoque majorem percipiebas laudis & voluptatis fructum, quo majore meae ſcholae frequentia diſcipulorum florerent. Porro quum res mea ageretur, in decernenda mihi nova, in Athenaeo Amſtelodamenſi, Philoſophiae cathedra, tuum inter caeteros amicos in primis eminuit ſtudium, agendo & omnibus viribus contendendo. Cumque aliquoties Amſtelodamo ad alias ſtationes invitarer, Tu continuo me conveniſti, ſuadens, hortans, flagitans, ne obſequerer. Et

hac

hac poſtrema Leidenſi conditione, mihi oblata, ut rurſus mihi praeſto fuiſti! docens, monens, poſtulans, ne luculentam ſtationem, urbem gratam & quaſi adoptivam patriam, multos mei & amantes & ſtudioſos relinquerem: nec prius meis rationibus concedens, quam intellecto conditionis hujus momento ad cauſſam familiae Ruhnkenianae obtinendam. Quod ſi tunc praevidiſſemus, id quod ne per ſomnium quidem ſperare poteramus, Te poſt paucos menſes Curatorem hujus Academiae fore, alia omnia eveniſſent: cauſſam illam per Te a Curatorum Collegio & Senatu Reipublicae obtinuiſſemus: nec aliis ingratum feciſſemus mutanda ſtatione, nec Amſtelodamenſis vitae ſuavitates deſideraſſemus. Sed hoc ita dico, ut me neque conſilii mei, quo honeſtatem voluptati & utilitati antepoſui, nec ſtationis Leidenſis ſuis item laudibus commendatae, umquam poeniteat.

Nunc nos Leida habet, Te Curatorem, me Profeſſorem: Te Amſtelodami, me Leidae habitantem: longius etiam a vetere convictu disjunctos, eadem animorum benevolentia conjunctos. Tu ſubinde Leidam venis. Adventus tuus omnibus jucundus, multis fructuoſus eſt. Ego ejus fructum & jucunditatem in uſurpatione veteris noſtrae conſuetudinis & benevolentiae pono.

Con-

Contentus mea ſorte, quamvis modica, nil amplius opto, quam ut ea mihi conſtans & perpetua ſit:

Hoc erat in votis: modus agri non ita magnus,
Hortus ubi, & tecto vicinus jugis aquae fons,
Et paulum ſylvae ſuper his foret: auctius atque
Dî melius fecere. ——

Sed rurſus aliquantum in his offendo: quippe quae nondum plane ex votis, nec niſi partim, nedum *auctius*, obtigerunt: attamen

bene eſt: nihil amplius oro,
Maja nate, niſi ut propria haec mihi munera faxis.

Veteres Deorum immortalium erga mortales homines beneficentiam tribus muneribus cenſebant: primo, ut eſſent datores bonorum: deinde, eorumdem conſervatores & cuſtodes: denique, averrunci, ἀποτρόπαιοι κακῶν, βασκανίας καὶ φθόνου, malorum, calumniae & invidiae, comitum virtutis & fortunae. Mihi ſervent, quae dederunt in triplici bonorum genere, animi, corporis, & rerum externarum: in externarum rerum magna parte Dii averruncos Profeſſoribus dederunt Curatores.

Et, quod Curatorii tui muneris mentionem

feci

feci, ſi qui fuerunt, qui haud ſcio an fuerint, qui hunc Tibi honorem inviderent; nec invidia illorum obeſſe Tibi potuit, & Tu apud omnes recte ſentientes eam confutaſti doctrina, virtute, benefactis. Doctrinam quid memorem tuam? τόγε δὴ καὶ ἴδμεν ἅπαντες· nec repetam, quae ſupra dixi de tua adoleſcentis in Literis facultate. Hanc maturior aetas auxit, multisque documentis ad publicam notitiam prodidit: cum diſputationibus quibus propoſitum praemium apud Societates Eruditas retuliſti: tum largo cultiſſimorum poematum proventu, in quibus nemo nec antiquitatis colorem, nec orationis Latinae elegantiam, nec lumina doctrinae, nec modorum concinnitatem deſideret: tum denique Hugonis Grotii, immortalis viri, Latina interpretatione metrica Anthologiae Epigrammatum edenda, eique ipſo contextu Graeco cum tuis annotationibus addendo; doctis, ut cum Catullo loquar, & laborioſis. Et quo ipſe ardes Literarum amore, eodem alios incendere ſtudes, has in omni ſermone laudans & celebrans: unum liberalem ingenii cultum in Graecis Latinisque Literis poſitum: unam hanc eſſe ſtudiorum ſalutem: ab his profectum alia omnia facile conſequi: recentiorum linguas non niſi ad vitae neceſſitatem referri: novitiorum argutula & frivola in diſcendi ratione commenta

omni

omni modo cavenda & arcenda ab juventutis inſtitutione: veterem viam tenendam, unde Eraſmos, Scaligeros, Grotios, & totum illum heroum apud Batavos chorum exſtitiſſe. Ita multos adoleſcentes ad noſtrarum ſtudia Literarum impuliſti, eaque in primis Amſtelodami frequentaſti. Omnino virtutem, ut eſt, in actione ponis: odiſti ignavas linguas: valere jubes ratiocinatores illos, qui non ipſi diſcunt, ſed ſubtiliter diſputant quomodo diſcendum ſit. Tu ad rem ipſam properas:

eia!
Quid ſtatis? — Atqui licet eſſe beatis.
Dimidium facti, qui coepit, habet: ſapere aude:
Incipe! qui recte vivendi prorogat horam,
Ruſticus exſpectat dum defluat amnis: at ille
Labitur, & labetur in omne volubilis aevum.

Haec Tu, ceſſantibus, quaſi

Jupiter ambas
Iratus buccas inflet:

Socratis, Antiſthenis, Diogenis inſtar, cum adhortationis vehementia, παῤῥησίᾳ, εὐθυῤῥημοσύνῃ, τραχύτητι· libere loquens: ſcapham ſcapham appellans, aſpere: ſed ſalutari aſperitate: quam, ut ex leniſſimo mitiſſimoque animo profectam, quis-

quisque Tibi ignoſcit. Si porro interrogant, quomodo incipiendum ſit: *More majorum*, inquis, *en ita ego feci!* Atque ſic in caeteris vitae partibus veterem ſequeris morem, veſtitu, cultu, habitu; ut qui Te videat, vetera florentis tempora reipublicae cogitet. Nam ex reipublicae commutatione Tu, quum poſſes, privati commodi nil cepiſti: immo jacturam feciſti muneris graphiarii ſalario ad minorem modum redacto: gratia, qua valebas, uſus es ad afflictis bene faciendum. Haec enim inter caeteras virtutes in Te eminet. Hujus Tu tanto ſtudio ardes, ut ſi quid alii bene fecerint, hoc Te feciſſe malis: & ſi quod Tibi bene factum cum aliis commune ſit, id proprium Tibi eſſe cupias. Haec eſt illa virtus, quae cernitur in officiis erga alios, quam Veteres uno Juſtitiae nomine appellarunt: omnibus bene velle, omnibus bene facere: neminem laedere, nemini nocere: ſuum cuique tribuere: miſeris ſuccurrere: *non ſibi ſoli natum ſe putare: partem noſtri vindicare ſibi patriam, partem amicos: non vivi cum perfectis hominibus, ſed cum iis in quibus bene agitur, ſi ſint ſimulacra virtutis: neminem omnino eſſe negligendum in quo aliqua ſignificatio virtutis appareat: colendum autem ita eſſe quemque maxime, ut quisque maxime his lenioribus virtutibus ſit ornatus, modeſtia*

deſtia, temperantia, & ipſa juſtitia. Et beneficia erga alios tua per omnem vitam multa & varia exſtiterunt. De quibus ut nil dicam, & ut omittam ea, quae Tu in munere Curatorio communiter cum Collegis tuis, Viris Illuſtribus, cum in univerſam Academiam, tum in ſingulos complures Profeſſores contuliſti: in tuos quantum contuleris, ego Tibi ſum teſtis: in his, ut patrem, matrem, duas ſorores, fratrem, & vivos tutatus ſis ac foveris, & mortuos pie dolenterque luxeris. Sinas me duorum ex his nominatim mentionem facere, natu minorum, ſororis Judithae, & Gregorii fratris: quorum mihi Tecum communis in vita fuit amor, communis in obitu luctus.

Illa erat integrum naturae opus, ut animo ita ſermone & cultu, ſincera, aperta, ab omni ſimulatione & artis affectatione abhorrens: nativo decore, puellari candore & ſimplicitate, affabilitate & comitate, amabilis: ſimilis Tibi, inſigni benivolentiae laude & ſignificatione; unde fiebat, ut eam unam in caeteris tuis maxime amares. Solebat cum marito jam ab aliquot annis, apud me ruſticari: quod quum item hilariter, ſuo more, feciſſet anno MDCCXCIII, domum redux gravi morbo intra paucos dies apud Te obiit. Qui tunc, mi Boſchi, tuus fuit, qui meus, dolor?

Scripſi continuo ad Te, conſolari Te ſtudens, monens ut egregias illas conſolatorias epiſtolas Ciceronis, Senecae, Plutarchi, quas quondam illaeſi & integri admirati eſſemus, relegeres nunc ubi ad rem ventum eſſet: caeterum quantocyus ad me venires, ut una lugeremus. Veniſti: comites Tibi erant Gregorius & Nieuwlandius, uterque heu! jam nobis ereptus: qui tunc mecum Te lugentem ſuſtentabant, poſt a nobis una lugendi erant. Nieuwlandius, mox ſequente anno: Gregorius ante hos duodeviginti menſes: illius manes honoravimus in Vita D. Ruhnkenii: huic in hac ipſa epiſtola ſatisfaciemus. Sed redeo in illud tempus.

Veneras ad nos cum lacrymis: has noſtrum alloquium abſtergebat. Nos Te a recentis cogitatione caſus abducere tentabamus: Tu eam conſectabaris: quaerebas, quibus locis ſoror ambulare, morari, delectari conſueviſſet. Haec Tu loca repetebas, illius veſtigia relegens, pedem ponens ubi ipſa poſuiſſet: arbores, quas ipſa amaſſet, ſpectans & contrectans: prata, unde flores collegiſſet, obiens, luſtrans, indeque aerem captans; ſi forte aliquam dilectae animulae auram adhuc in his terris vagantem ſpiritu ipſe tuo exciperes. Ita te tractabas, tibique ſatisfaciebas: & prope confirmatus domum redibas. Ibi vero ipſa do-

domus luctum renovavit: ſolitudo, vacuitas, abſentia cari capitis, ejus imago ac deſiderium, ubique occurrebat; hoc loco, hoc ſolita erat agere, illo illud: hoc tempore hoc, illo illud: quaevis pars domus, quaevis hora diei recordatione veteris conſuetudinis novum vulnus infligebat, rivos lacrymarum excutiebat, Teque ad tantum luctum incendebat, ut alii tuae valetudini metuerent. Omnes tunc ad Te conſolandum venerunt amici, omnes amicae: multi etiam viri docti: ipſe ad me ſcripſit Leida Ruhnkenius, ut Te ſuo nomine, ſuisque verbis ab ipſo adſcriptis, conſolarer. Sed quum omnium conſolationem vinceret magnitudo doloris, Tuque illi jam jamque ſuccumberes: ecce! divinitus medelam attulit tua Muſa, ſpe melioris poſt hanc vitae, & divinae providentiae commentatione: Teque ipſe conſolatus es ſcripta in obitum ſororis elegia, plena doloris, plena amoris: ut ipſe dolorem amor ſedaſſe videretur.

Gregorii mors minus acerba nobis accidit, quod minus immatura cenſeretur; quamquam fuit mihi cum eo non minus vetuſta, quam Tecum, amicitia. Tu mihi eum paucis annis me minorem in diſciplinam commendaveras; qua ille ſex annos utens, in ſtudiis non quidem ardebat, ſed tamen calebat, Platonis & Xenophontis Convivia edere cogitans, jamque commentarios annotationum conficere in-

ſtituens: deinde paulatim refrixit, ſive quod diutius apud parentes aleretur & mollius foveretur, ſive aliam ob cauſſam: taedium certe eum cepit ſtudiorum; ut aliquando illos commentarios in ignem conjiceret, & videns prudensque combureret. *Ibi omnis effuſus labor:* noſtraque ſpes ſimul cum fumo evanuit. Tamen, *quo ſemel erat imbuta recens teſta ſervavit odorem:* retinuit amorem, non ut ſcriberet, ſed ut legeret: veluti lectitabat Homerum, Euripidem, Ariſtophanem, Lucianum, Ciceronem, Virgilium, Horatium, alios: ex recentioribus in primis Muretum, *Erneſtum*, Ruhnkenium, elegantiam & Latinitatem admirans, cujus haud ineptus erat judex. Taceo alia hominis bona, quae Tu item pie & polite cecinisti in elegia funebri manibus ejus dicata. Reliqua vita inde ab aliquot annis ejusmodi fuit, ut labefactata valetudine, amici ei non tam vitam longam, quam facilem exitum optarent: qui ei obtigit ſubitus, d. II. Februarii ſuperioris anni.

Nos vero, optime Boſchi, ita vivamus, ut amici nos noſtri diutiſſime vivere cupiant. Cumque multorum noſtrorum etiam juniorum funera fragilitatis nos noſtrae & mortalitatis ſaepe admonuerint, reliquum, quodcumque ſupereſt, ſpatium ita exigamus, ut ne *dubitemus virtutem extendere factis.*

En!

En! epiſtolam diu Tibi debitam: quae ſi longior & loquacior fuit, Tibi imputabis: ſi quid praeterea aliud in ea Tibi aliisve diſplicuerit, rurſus Tibi imputabis: utcumque bene aut ſecus meritus fuero, hoc totum tuum erit. Tu me dormientem ad ſcribendum excitaſti & impuliſti: ſemel quidem excitatus & impulſus, facere non poteram, quin meo more ſcriberem & excurrerem: aut dormire me ſiviſſes, nec excitaſſes. Accedebat argumenti, quod eſt de amicitia noſtra, ubertas & ſuavitas, quae me inducebat, ut plura etiam, quam initio conſtitueram, ſcriberem. Tum, haud abſurdum putabam, ſcribendi tarditatem longitudine ſcriptionis compenſare, & quaſi debitam pecuniam cum duodecim annorum foenore referre. Denique eſt hoc amantium, ut, quos amant, haud facile alloqui ordiantur: ſemel orſi, haud facile deſinant. Veluti Socrates ſermones & congreſſus cum Alcibiade diu intermiſſos repetens dixit apud Platonem p. 25, D: *ὅρα δή· οὐ γάρ τοι ἂν εἴη θαυμαστὸν, εἰ, ὥσπερ μόγις ἠρξάμην, οὕτω μόγις καὶ παυσαίμην.* Sive communibus noſtris deliciis, Horatio, utar,

Omnibus hoc vitium eſt cantoribus, inter amicos
Ut numquam inducant animum cantare rogati,
Injuſſi numquam deſiſtant.

Ne-

Neque vero ſolis cantoribus hoc eſt vitium: ſed & ſcriptoribus, & oratoribus, & Profeſſoribus. Hinc longae epiſtolae, longae orationes, quas Tu minime omnium amas. Et jam ipſe Horatius nos monet, prouti orſi ſumus in ipſo, ita in ipſo deſinere, & ut antea ſemper, ita nunc ſuum illud erga ſe uſurpare,

Prima dicte mihi, ſumma dicende Camoena.

Vale. Scripſi Tuti d. XIV Julii a. MDCCCV.

BIBLIOTHECAE CRITICAE

PARS UNDECIMA.

I.

ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ ΤΟΥ ΧΑΙΡΩΝΕΩΣ ΤΑ ΗΘΙΚΑ:
PLUTARCHI *Chaeronenſis*, MORALIA: *id eſt, Opera, exceptis Vitis, Reliqua. Graeca emendavit, Notationem Emendationum, & Latinam Xylandri Interpretationem caſtigatam, ſubjunxit: Animadverſiones explicandis rebus ac verbis, item Indices copioſos, adjecit* DANIEL WYTTENBACH. *Hiſt. Eloq. Litt. Gr. & Lat. in Illuſtri Athen. Amſtelod. Profeſſor. Oxonii ex Typographeo Clarendoniano.* 4 *Maj. item* 8 *Maj. & Min. Tomus* I, 1795. *Tomus* II, 1796. *Tomus* III, 1797. *Tomus* IV, 1797. *Tomus* V, 1800.

Haec eſt Plutarchi noſtri inſcriptio: haec Volumina, quae adhuc prodierunt, quae pertinent ad priorem inſcriptionis partem hanc, *Graeca emendavit, notationem emendationum & Latinam Xy-*

landri interpretationem caſtigatam ſubjunxit. Nam poſt editam ſuperiorem hujus Bibliothecae Partem, ubi Plutarchum arte & opera Oxonienſi exiturum narravimus, ita nos hujus operis conformatio tenuit, ut omne noſtrum otium abſorberet. Igitur & nunc nobis faciendum eſt, ut doctis hominibus hujus otii operisque rationem reddamus, quo magis intelligant, quid, quomodo, quantum, quare tantum nec plus, effecerimus.

Initio nobis proponebamus editionem omnibus numeris, quoad ejus fieri poſſet, abſolutam, qualem deſcripſimus Vol. III, Parte I, hujus Bibliothecae, & ſero demum animadvertimus a nobis confici non poſſe, cum per vitae brevitatem, tum per noſtrae facultatis mediocritatem. Cumque Plutarchi ſcripta duobus magnis contineantur voluminibus, altero *Vitarum* altero *Moralium*, id eſt, Diſputationum de variis philoſophiae & omnis doctrinae argumentis: hujus, ut multo difficilioris & mendoſioris, munus, & juvenilibus congruens viribus, primum ſuſcepimus: illius, ut facilioris, confectionem tamquam laboris levamentum, provectiori aetati reſervavimus. Nunc in Moralibus adhuc haerentes haec nos aetas occupavit: Vitarum editionem nondum inchoavimus: apparatum ad eas haud contemnendum congeſſimus. Moralium opus in duas quaſi partes diſtribuimus: quarum prior contineret illas Diſputi-

tationes omnes, cum libris ſpuriis, & perditorum fragmentis, ſubjecta in ſingulis paginis infra Graecum exemplum Latina interpretatione, & interjecta utrisque annotatione emendationum: poſterior complecteretur animadverſiones ad confirmationem emendationum & explicationem locorum difficilium & notandorum comparatas, denique indices rerum & verborum. Etenim hactenus illam antea in hujus Bibliothecae Vol. III, Parte I, deſignatam formam deſerendam duxi, non ut animadverſiones eadem, qua Graecum exemplum & Latinam interpretationem, pagina expromerem, ſed poſt has abſolutas, ſingularibus Voluminibus includerem; hac in primis ratione ductus, ut, ſi mihi ante confectas animadverſiones aliquid accidiſſet, certe potior operis pars, Graecum exemplum purgatum cum emendationum annotatione, ne intercidiſſet: quod Iſ. Caſaubono in editione Polybii eveniſſe dolemus. Harum igitur duarum partium non niſi prior, ſed eadem potior, adhuc prodiit, quinque illis Voluminibus formae quartae: itemque decem octavae formae, diverſae ab illa etiam literarum typis, caeterum duplici genere exemplorum diſtinctae modo & bonitate papyri diverſorum.

Sed quum, conſcripta jam priore parte, ad alteram conſcribendam accederem, incidi in quasdam temporum vel difficultates, vel varietates, quae

me in propoſito opere retardarent. Obiit Ruhnkenius noſter: ego Leidam migravi: nova negotia, literata & illiterata, μουσικὰ & ἄμουσα: tum adverſa fortuna faſciculi chartarum Plutarchearum in Britanniam miſſi, in itinere amiſſi, diu deſiderati, jam conclamati, denique poſt duos annos & dimidium ab interitu retracti. Quae mihi fortuna, jacturae irreparabilis dolore, diu taedium fecit operis Plutarchei perſequendi, nec niſi tarde ac ſero ejus ſtudium renaſci ſivit. Caeterum, ex quo me ad inſtaurandum opus retuli, bipertitas feci penſorum vices, hibernas & aeſtivas; ut per has ruri Scriptores quosdam, maxime Plutarchi habita ratione, relegerem & excerperem: per illas in urbe & juſta librorum copia animadverſiones Plutarcheas conſcriberem. Sed habet utrumque penſum ſuas retentiones & quaſi inhibitiones. Nam in relegendis Scriptoribus nonnumquam ſunt, qui me per aliquot menſes teneant, ut iis tractandis tantum operae impertiam, quantum vix plerique eorum editores impertiviſſe videntur. Et in animadverſionibus quivis fere verſus nobis manum injicit propter frequentiam, ſaepe etiam obſcuritatem, doctrinae Plutarcheae, nec progredi nos patitur, niſi ei curam & diligentis interpretis officium adhibuerimus. Ita fit, ut quo accuratius agere velimus, eo plus temporis inſumendum ſit: moveamus multum, parum promoveamus. In utro-

utroque penſo perpetuitas ejusdem materiae parit ſatietatem: a qua ſe animus, niſi nil omnino agere velit, non niſi novi operis diverſitate recreare poſſit: unde nuper factum eſt, ut eo facilius ad Platonis Phaedonem edendum, & hanc Bibliothecam inſtaurandam, me darem. Huc accedit, quod ex hac noſtra opera nil fere extra Britanniam, apud noſtrates & alios Literarum ſtudioſos apparet. Noſtrae editionis adhuc non niſi prior pars prodiit: quam ipſam pauci cognoſcunt: repetita Lipſiae exempla ſtudio doctiſſimi Schaefferi noſtratibus non ſatisfaciunt externo habitu: Tubingenſia externo item habitu haud multo meliora ſunt, ſine interpretatione Latina, noſtris cum annotationibus non integris, ſed mutilis & interpolatis nomine & additamento editoris. Memini me de his dixiſſe vere quidem, ſed aliquanto acrius quam vellem, in *Praefatione ad noſtras Animadverſiones*, ante hos ſeptem annos Oxonium miſſa, ibique typis quidem expreſſa, cum Diſputatione *de incerta auctoritate libelli De Educatione Liberorum*, ſed neutra adhuc edita. Tota igitur pars poſterior credo ſummum explebit tria Volumina. Horum jam unum conſcripſimus: quod ſe in Britanniam mitti diu recuſavit, metuens fortunam ultimi faſciculi, exſpectans manum deſcriptoris, qui exemplo faciendo interitum caveat. Deſcriptor tandem nobis obtigit: autographum noſtrum in

Britanniam mittemus, quamprimum deſcriptum fuerit. Interea dum nobis opus in manibus ſervabitur, & quaſi *nonum in annum premetur*, mutare licebit quae nondum edita fuerint, augere, demere, corrigere, certe errores minuere.

Nam ſi dicam, in hoc toto opere mille errores relictum iri, parum dicam: & tamen ſi ſperem tot errores facilem veniam apud eruditos judices invenire, aequum & omnibus conceſſum ſperem. At dicat quis indoctior, *Tune mille errores tibi ignoſci vis?* Quidni, inquam, ignoſces, ſi in centum animadverſionibus una fuerit falſa? *Sane*, inquit, *in centum animadverſionibus una falſa juſtam habet excuſationem.* Atqui, ô bone, etiam in centum millibus, mihi mille falſas ignoſces; eſt enim eadem ratio. Et vero probabilem hanc eſſe computationem, prudentibus quidem facile perſuadeam. Cogitent numerum paginarum, ſententiarum, atque adeo verborum, in quae ſingula vel omittendo vel committendo error cadere poteſt. Paginae ſunt formae maximae, in quinque jam editis Voluminibus ad mille & quadringentas; in nondum editis, ad octingentas: hae ſunt bis mille & ducentae. Tum in unaquaque pagina quot ſunt ſententiae, dicta, verba, tot ſunt loci, in quos error cadere poſſit. Hi certe ſunt centeni. Igitur duo numeri, *centum*, & *bis mille ducenta*, invicem multiplicentur, & fient *ducenta & viginti duo millia.*

Jam

Jam ſi quis ad centum quaeſtiones interrogatus, ſemel erraverit, nonageſies novies recte reſponderit; nonne dicamus hunc proxime ad immunitatem erroris perveniſſe? quae eſt ea virtus, quam Graeci ἀπτωσίαν, novitii *infallibilitatem* dicunt. Ad hanc perfectionem me tam prope acceſſiſſe, numquam profeſſus ſum: mihi ſatis eſt mediocritatem obtinere. Secundum illam computationem, licuerit mihi in toto opere bis millies & ducenties erraſſe, & tamen hominis prope perfecti locum obtinuiſſe; nunc in mea mediocritate praeclare mecum fieri exiſtimabo, ſi in centenis quaeſtionibus non niſi duae me fefellerint, & in toto opere non amplius quam quater mille & quadringentos errores admiſero. Horum mihi errorum veniam, ut juſtam debitamque, ab omnibus poſtulabo. Et loquor de numero, nondum de varietate doctrinae, quae tanta eſt in Plutarcho, quanta in veterum Scriptorum nemine. Dicam de Homero & poetis? Dicam de Herodoto & hiſtoricis? Dicam de Platone & philoſophis? Dicam de Demoſthene & oratoribus? Dicam de aliis? Horum ingenia quamvis maxima, tamen materiam tractarunt ſimplicem & unius fere modi. In Plutarcho nullius non argumenti copia eſt & varietas. Primum ipſius orationis Graecae, & proſae & metricae, & dialectorum diverſitas: tum rerum quod non genus? quae non ſpecies & forma?

 omnis

omnis Hiſtoriae & factorum cognitio: omnis, Geographiae, terrarum, regionum, locorum urbium, montium, fluminum. Porro doctrinarum & artium, quae quantaque ſcientia? Philoſophiae non ſolum ipſae partes, Dialectica, Phyſica, Ethica, ſed cujusque ſectae viciſſitudines ac diverſitates. In Mathematicis, Arithmetica, Geometria, Aſtronomia, Harmonica. Deinde in aliis liberalibus, quae dicuntur, artibus, Grammatica, Rhetorica, Pictura, Statuaria, Architectura, Gymnaſtica, Medicina. Et quae in Antiquitatum enarratione cernuntur res, Sacrae, Civiles, Militares, Domeſticae: quarum ſi quis unam partem, aut unius partis unum locum, probabiliter explicat, jam ſibi doctus videtur. Denique omnimodae res & artes, quae in tota hominum vita verſantur, ſcriptoria, ſaltatoria, ſcenica, equeſtris, navalis, vehicularia, veſtiaria, venatoria, cibaria, potoria, convivalis, coquinaria, textoria, ſartoria, ſutoria, & aliae, quas enumerare infinitum ſit. Harum omnium quia ſit mentio, ſive frequens illa, ſive rarior, in Scriptore, ejus quoque editorem peritum eſſe oportebat. Quamquam aequi judices contenti ſunt, ſi plerarumque mediocriter peritus ſit: omnium plane peritum, ut ſupra humanam ſortem, non poſtulant. Philoſophus aliquis fortaſſe hoc poſtulet, ex eorum ſcilicet genere, qui volunt videri, nec ſunt, & ratiunculae ſuae ine-

qui-

quitantes pronunciant, ſe hoc *a priori* videre, ergo & *a poſteriore* ita eſſe, inſtar Jani utrimque oculati, ἅμα πρόσω καὶ ὀπίσσω proſpicientes. Aliter judicant, qui in hoc genere exercitati uſum & experientiam habent. Hi vero ajunt, *nil eſſe homine imperito iniquius:* tantam rerum ſcientiam neminem quemquam hodie ne in ſuae quidem nationis & linguae, & aetatis praeſentis rebus, conſequi poſſe, quantam iſti in rebus Graecis & Latinis ab interprete recentiore veteris Scriptoris poſtulent. Itaque, & nos in noſtra mediocritate nos tuebimur illo, *Eſt quadam prodire tenus, ſi non licet ultra:* & uberius noſtram cauſſam expoſuimus in Praefatione. Fecimus, quantum potuimus: & quantum nos feciſſe, neque nos, neque alios, poeniteat. Reliquimus & futuris editoribus, quod agant. Et hos & alios ea ſperamus fore aequitate, ut ſi in locos inciderint, ubi quid perperam vel commiſimus vel omiſimus, de noſtro errore non triumphent: nedum, ut noſtra recte facta ipſi feſtinantes & errantes pro erroribus vendítent: quorum utrumque mihi in Plutarcho jam accidit. Caeterum haec eo pertinent, ut intelligatur, in ignoſcendis erroribus rationem habendam non modo numeri, ſed etiam varietatis ac difficultatis doctrinae; ut merito videar ab judicibus meis beneficium denarium, id eſt denorum è centenis errorum veniam, petere. Nam qui binario

contentus eſſe potuerit, non credo quemquam adhuc fuiſſe: an futurus ſit neſcio, & poſſum illud Socratis uſurpare, *dii ſciunt immortales, hominum quidem ſcire arbitror neminem.*

Sed Plutarcheorum librorum haec eſt per quinque Tomos diſtributio:

Tomo I: De Educatione Puerorum. De ratione, qua pueri poetas intelligere debeant. Quomodo audiendi ſint philoſophi. Quomodo Adulator diſcernendus ſit ab Amico. Quomodo quis ſentiat, ſe proficere in virtute. Quomodo quis utilitatem capiat ab inimicis. De Multitudine Amicorum. De Fortuna. De Virtute & Vitio. Conſolatio ad Apollonium, in obitu filii. Praecepta Sanitatis tuendae. Praecepta Conjugalia. Septem Sapientum Convivium. De Superſtitione. Apophthegmata Regum & Imperatorum. Apophthegmata Laconica. Lacedaemoniorum Inſtituta.

Tomo II: Mulierum Virtutes. Quaeſtiones Romanae. Quaeſtiones Graecae. Parallela Graeca & Romana. De Fortuna Romanorum. De Alexandri Magni Fortuna an Virtute, Oratio I & II. Bellone an Pace clariores fuerint Athenienſes. De Iſide & Oſiride. De EI Delphico. Cur Pythia nunc non reddat Oracula carmine. De Defectu Oraculorum.

Tomo III: An Vitioſitas ad Infelicitatem ſufficiat? Animine an Corporis affectiones ſint pejores?

res? De Garrulitate. De Curioſitate. De Cupiditate Divitiarum. De Vitioſo Pudore. De Invidia & Odio. Qua quis ratione ſe ipſe ſine Invidia laudet. De his qui ſero a Numine puniuntur. De Fato. De Genio Socratis. De Exilio. Conſolatio ad Uxorem ſuam. Convivalium Diſputationum Libri IX.

Tomo IV: Amatorius. Amatoriae Narrationes. Philoſophum maxime cum principibus viris diſſerere debere. Ad principem ineruditum. An Seni respublica gerenda ſit? Praecepta gerendae reipublicae. De Monarchia, Oligarchia, Democratia. De vitando aere alieno. De Vitis X Oratorum. De Comparatione Ariſtophanis & Menandri. De Herodoti Malignitate. De Placitis Philoſophorum Libri V. Quaeſtiones Naturales. De Facie in orbe Lunae. De Primo Frigido. Aquane an Ignis ſit utilior? Terreſtriane an Aquatilia Animalia ſint callidiora?

Tomo V: Bruta Animalia ratione uti. De Carnium Eſu, Oratio I & II. Platonicae Quaeſtiones. De Animae Procreatione in Timaeo Platonis. Epitome libri de Animae Procreatione. — De Repugnantiis Stoicorum. Compendium libri perditi, Stoicos abſurdiora quam Poetas ſtatuere. Non ſuaviter poſſe vivi ſecundum Epicuri decreta. Adverſus Colotem. An recte dictum ſit, Occulte Vivendum Eſſe. De Muſica. Fragmenta perdi-

to-

torum librorum Plutarchi. Spuria opuſcula, De Nobilitate, De Fluviis, De Homeri vita & poëſi, Proverbia Alexandrina, De Metris.

Hanc enumerationem & hominibus ſtudioſis jucundam fructuoſamque fore ſperamus ad cognoſcendam magnitudinem multitudinemque argumentorum doctrinae Plutarcheae: & nobis haud inutilem ad errorum veniam impetrandam apud reputantes in unoquoque fere horum librorum exſtare illam tantam eruditionis copiam & varietatem, quam paulo antea p. 7, nominavimus.

Jam locos apponere, quibus vel emendando ſanitatem, vel explicando lucem attuliſſe videmur, idem ſit ac Volumina illa quinque exſcribere. Illud, quod a nobis in hac Bibliotheca fieri & poteſt & debet, bipertitum eſt: alterum jam in praefatione egimus, & nunc agemus, ut noſtrum propoſitum noſtramque rationem brevi ac perſpicua deſignatione prodamus, unde alii intelligant quid nos ſpectaverimus, & quid ipſos in noſtri operis judicio ſpectare velimus: alterum alio tempore faciemus, ut de ſingulorum quorumdam librorum vel argumentis, vel locis haud temere noſtro judicio tractatis, ſignificemus.

Igitur argumentum Praefationis referamus: ſed, quoad ejus fieri poteſt, breviſſime; ſi quidem ipſa propter rerum multitudinem, major longiorque, quam aſſolet & volebamus, nobis evaſit.

ſit. Quatuor eam capitibus complexi ſumus.

Caput I, *De conſilio & propoſito Editoris.* Hoc aliud nobis fuit antea, aliud nunc eſt. Nam, quum nobis initio propoſuiſſemus editionis formam omnibus numeris abſolutam, poſtea revocavimus nos ex illius magnitudine, arctioribusque eam finibus circumſcribere coepimus, de quibus diximus in Bibliothecae Criticae Volumine III, Parte I. Nunc ita opus inſtituimus, ut Moralia prodirens duabus partibus: quarum prior contextum, quem vocant, id eſt exemplum Graecum, emendatum, eique ſubjectam interpretationem Latinam Xylandri, & utrisque interjectam notationem emendationum, quinque his Voluminibus complecteretur: altera animadverſiones ad rerum verborumque explicationem comparatas & Indices, paucioribus Voluminibus contineret. Satis eſt de propoſito; quippe quod partim memoravimus ſupra in principio hujus cenſurae: partim uberius cognoſcetur ex

Capite II, quod eſt *De initiis & progreſſu operae ab Editore in Plutarchi ſcriptis collocatae.* Nam edendi Plutarchi prima mihi cogitatio venit a lectione Platonis: in qua ego magno cum ſtudio verſans adoleſcens fere duodeviginti annorum, eique adhibens egregias illas Ruhnkenii noſtri ad Timaeum animadverſiones, ex his cognoſcere coepi quantum eſſet ad omnem veterum Literarum ſcien-

ſcientiam momentum Platonis, quantum ex eo vetuſtatis ac doctrinae hauſiſſent poſteriores Scriptores, quantumque nunc etiam exſpectarent luminis & medelae. Itaque factum eſt, ut ex horum numero quosdam eligerem, quos ex Veterum, maxime Platonis, fontibus corrigerem & illuſtrarem. Hi fuerunt Plutarchus, Julianus, Syneſius: dum interea viciſſim ad Platonem annotarem, quae apud alios lecta ad eum pertinere viderentur. Sed Plutarchi unum mihi propoſueram edendum librum De Sera Numinis Vindicta; quum, ſcripta ad Ruhnkenium Epiſtola Critica, hic me ab aliorum editione & propoſito avertit, & ad unum Plutarchum convertit. Ergo librum illum Plutarchi in ſpecimen novae editionis omnium illius operum edidi, non dubitans quin eam vel ſubſecivis horis intra proximum decennium ad finem perducturus eſſem. Quae me opinio vehementer fefellit. Abiit decennium unum, alterum, tertium: nec niſi *Moralium* illa quinque Volumina prodierunt. Nam continuo ab illa libri *De Sera Numinis Vindicta* editione, in novum incidi vitae genus: profeſſorium me munus ex alio deinceps aliud excepit, unumquodque ſua ſibi novitate omne meum tempus vindicans. Incidebat ſubinde neceſſitas aliarum ſcriptionum, cum editarum, tum ineditarum, quas hic recenſere nil attinet, nec mihi nec aliis ad proficiendum quidem inutilium, Plutarcho debi-

bitam tamen operam intercipientium. Ergo quum Plutarcheo operi tempus tribuerem non quantum vellem, ſed quantum aliae occupationes relinquerent, illud certe mihi faciendum putavi, & feci: ut quidquid illud temporis eſſet, id operi non temere & feſtinanter, ſed ordine & cogitate inſumerem. Prima mihi fuit operis pars, ut Plutarcheum utrumque volumen aliquoties ab initio ad finem relegerem, quo magis ejus rationis orationisque conſuetudine ſenſum imbuerem, & omnem rerum copiam doctrinaeque varietatem memoria complecterer; ne in aliorum Scriptorum lectione me aliquis locus ad Plutarchum pertinens lateret atque effugeret. Quibus lectionibus illud quidem conſequebar, ut cognita rationis orationisque conſuetudine ac proprietate plurimos locos expedirem & emendarem: non item eam recordationis facultatem adipiſcebar, qua omnem rerum copiam multitudinemque in promtu numeratoque haberem, nec me in aliorum Scriptorum lectione multa ad praeſens opus referenda praeterirent. Igitur materiam Plutarchi ex multitudine ad paucitatem redigere ſtudui: dedi me ad excerpendum. Sed omnia fere excerpenda erant; nil non dignum notatu, nil non memorabile videbatur. Et ne ſic quidem proficiebam ad expeditam promtamque locorum excerptorum memoriam. Saepe fiebat, ut in alterius Scriptoris locum inciderem, de quo du-

dubitarem eſſetne ad Plutarchum referendus: notavi eum: & notavi fere omnia, ne quid perire ſinerem. Saepe etiam fiebat, ut rem dictionemve in excerpta relatam reperire denuo non poſſem, niſi pervolutatis omnibus excerptorum ſchedis & totis nonnumquam libris. Unum jam reſtabat memoriae ſubſidium, ut omnem Plutarcheam rerum verborumque materiam ordine literarum redigerem in Indices, ad eosque materiam apparatus ex aliis Scriptoribus collectam ſuo quamque loco annotarem. Hoc egi, & confeci complures Indices, eosque locupletes, ſed praecipuos quatuor. Primus eſt nominum verborumque Graecorum: alter grammaticus, formarum conſtructionis: tertius Auctores, eorumque locos a Plutarcho memoratos, complectitur: quartus eſt rerum & hominum. Nam Indices duo, qui exſtant in editione Graeco-Latina & aliis, alter rerum & hominum, alter Auctorum, isque bis repetitus a Fabricio in Bibliotheca Graeca, altero quidem loco novus, ut ait, & locupletior: hi igitur nil erant ad eam, quam ego ſpectabam, rationem & copiam: ſic meos compoſui, ac ſi illi non eſſent. Indices mei ſemel confecti multum mihi profuerunt ad laboris compendium: ipſa eorum confectio majorem partem temporis a me in Plutarcho collocati abſumſit, fuitque ſupra quam dici poteſt plena laboris ac taedii: cujus mo-

moleſtia ipſam ſuavitatem lectionis librorum Plutarcheorum obrueret: quae ſane lectio unicum iſtius aerumnae fuit ſolatium. Utile fortaſſe ſit ad aliorum admonitionem, quibus aliquando idem ſaxum volvendum erit in edendis magnae molis Auctoribus, ſed longum pro hujus ſcriptionis modo, referre ut enotaverim, annotaverim, excerpſerim, excerpta in Indices referre ſtuduerim breviſſima ratione, primum continuo, tum peculiaribus in ſchedis vel ordine literarum vel ſimpliciter ſcribens, ſcripta transſcribens: ut viae longitudine defatigatus ejus compendium quaeſiverim nec invenerim: ut iterum tentaverim, &, pererratis multis ambagibus, denique ad primam longioremque viam recipere me coactus fuerim. Quoties ego tunc de Valckenario cogitavi! eumque non ſine ratione egiſſe intellexi, cum mihi ab initio ſuſcepti *hujus* editionis conſilii ſuaderet, non univerſa, ſed ſingula quaedam Plutarchi ſcripta, edere, prout ipſe in Euripide factitaſſet. Sed jam in ſtadium ingreſſo & eousque progreſſo turpe mihi ducebam recedere, & quemvis potius laborem exantlandum ſtatuebam, quam editionis propoſitam ſpem laudemque deſerendam.

Sed quum duo ſint boni editoris officia *Emendatio* & *Interpretatio*, ille, de quo diximus, labor pertinebat ad utrumque, maxime quidem ad interpretationis apparatum colligendum, tum vero

ad emendationis eam partem, quae à conjecturâ proficiſcitur. Nam emendationis duplex eſt fons, alter in auctoritate & ſcriptura veterum exemplarium poſitus, alter in conjecturae probabilitate. Et primo quidem, ut fit, ad conjecturam me dabam, quae pariebatur accurata Auctoris lectione: erat eadem laboris pars jucundiſſima, nec labor potius quam condimentum laboris. In manibus habebam parvulum volumen exempli Stephaniani Graeci, habile & ad geſtandum facile: captans aeſtivo tempore amoenitatem ruris & umbram arborum; hiberno, matutinae horae integritatem, nocturnae tranquillitatem: conjiciebam me in lectionem Plutarchi, in ejus me orationem & ſententiam penitus inſinuabam, ſenſus latentes quaſi veſtigiis odorabar & indagabam. Nulla non lectio habuit inſignem inventionis ſuavitatem, qua non aliam majorem Dii mortalibus largiuntur. Modo corruptelam ſanabam, modo obſcuritatem illuſtrabam, ſaepiſſime meum ipſe veterem errorem corrigebam, quo locis ſanis, nondum mihi intellectis, violentum remedium adhibuiſſem. Sed haec ad futurae dotem Editionis ſpectabant. Alius erat longe praeſtantior ingenii animique fructus, ut perſpiciendis philoſophorum cum ſententiis ac decretis ad rerum divinarum humanarumque intelligentiam nonnihil profeciſſe, tum ſapienter monitis ac praeceptis ad vera falſaque

que bona dignoſcenda & recte aeſtimanda, ad praejudicatas opiniones & vanas vulgi laudes contemnendas, aliquanto magis inſtructus & confirmatus mihi viderer: atque ita, vel hac ſpe recreatus, alacrior ad quotidianum opus accederem: vel ad quietem me darem, ut auctore Platone ſuadet Cicero, ea parte animi, quae mentis & conſilii eſt, agitata & erecta, ſaturataque bonarum cogitationum epulis. Ut me memini, illo ſanctimoniae & divinitatis quaſi ſenſu perfuſum, ſaepe meam mihi ſortem gratulari: ſaepe illud uſurpare — *Perſarum vigui rege beatior!* Faxit Deus, ut hic mihi fructus ſit perpetuus! ut ejus certe aliquid in animo haereat, nec turbis ac nugis pervulgatae conſuetudinis ac vitae totus disjiciatur & evaneſcat. Faxit, ut idem fructus per noſtram Editionem ad plures dimanet ac propagetur bonorum Literarum ſtudioſos, Plutarchi & lectione frequentata, & intelligentia magis jam expedita!

Alter Emendationis fons erat in auctoritate veterum librorum, cum ſcriptorum, tum editorum: quos tot tantosque habuimus, quot quantosque haud ſcio an umquam editor veteris auctoris nullus. Nam & editiones omnes habuimus, & collectiones variarum ex codicibus ſcriptis lectionum nondum cognitas: de quibus proximo capite exponitur: tum vero antiquis codicibus ſcriptis uſi ſumus plurimis: Pariſinis duodecim: Venetis qua-

 tuor:

tuor: Moſcuenſibus duobus: Britannicis tribus: Leidenſibus tribus: praeterea ad ſingulares quosdam libros, Florentinis, Vaticanis, Vindobonenſibus: unde non ſolum innumera menda correximus, ſed multas etiam lacunas explevimus.

Caput III. *Hiſtoria ſtudii a prioribus in frequentandis edendisque Plutarcheis ſcriptis poſiti.* Quaerentibus unde & qua via hic Plutarcheorum librorum numerus & ſcripturae contextus ad nos pervenerit, duae occurrunt aetates: altera proxima, quae eſt a prima chalcographica editione: altera remotior ab ipſius Plutarchi aevo repetita, & ad illam usque aetatem deducta.

Sectio I. *Index Scriptorum veteris & medii aevi, apud quos Plutarchi, vel mentio fit, vel loci exhibentur, vel veſtigia exſtant.* Hujusmodi tractatio pauciſſimis adhuc adhibita eſt Auctoribus: neque cum aliqua hiſtoriae copia adhiberi poteſt, niſi fere iis, qui doctrinae ac ſectae auctoritatem habuerunt, quales ſunt Sacri Scriptores & Eccleſiaſtici: & in diverſis generibus, Homerus, Hippocrates, Plato, Ariſtoteles, alii Philoſophi, item Legislatores & Jurisconſulti. Caeteri ita ad nos venerunt, ut, quo itinere quibusque converſionibus per hanc priorem aetatem propagati & ſervati fuerint, ignoretur. Et ſane de Plutarcho pauca dici poſſunt. Diximus tamen haec pauca, quid quoque Saeculo a Scriptoribus de Plutarcho vel me-

memoratum vel adhibitum deprehendimus. Horum nunc ſatis eſt nomina retuliſſe.

Saeculo II. *Lamprias*, Plutarchi filius, in Indice librorum Plutarchi. *Favorinus. Taurus. Artemidorus. Appianus. Gellius. Galenus. Appulejus. Polyaenus. Amyntianus. Phrynichus.*

S. III. *Tertullianus. Clemens Alexandrinus. Diogenes Laertius. Athenaeus. Aelianus. Dio Caſſius. Origenes. Longinus. Porphyrius. Capitolinus. Arnobius.*

S. IV. *Euſebius. Julianus Imp. Eutropius. Himerius. Eunapius*: quibus addendus eſt *Hieronymus.*

S. V. *Theon. Scholiaſtes Nicandri. Heſychius. Syneſius. Servius. Macrobius. Cyrillus Alexandrinus. Theodoretus. Iſidorus Peluſiota. Syrianus. Proclus. Stephanus Byzantinus.*

S. VI. *Joh. Laurentius Philadelphienſis. Sopater. Stobaeus. Damaſcius. Simplicius. Olympiodorus*, quem ultimum ponimus in veteris elegantiorisque doctrinae proventu: qui paulatim exaruit Juſtiniani imperio ac deinceps. Hic Athenienſem clauſit Platonicam ſcholam, in qua floruerant Plutarchus Neſtorii filius, Syrianus, Proclus, Marinus, Damaſcius, unde Simplicius, Olympiodorus, aliique prodierant: philoſophi expulſi: vexati per orbem Romanum avitae religionis cultores, ex quorum numero fere erant

docti homines. Per trecentos annos ſtupor & barbaries omnia obtinuerunt. Ergo in hoc temporis ſpatio plurimorum veterum librorum, in his etiam Plutarcheorum, ponendus eſt interitus: Tamen fuerunt adhuc, qui Plutarchum memorarent, docti homines, *Johannes Philoponus*, & *Agathias*.

S. VII. *Theophylactus Simocatta. S. Maximus. Antonius Meliſſa.* Captâ a Saracenis Alexandriâ anno 641 interiit illa celebratiſſimae famae bibliotheca: cujus interitus non tantam, quantam vulgo putant, literis jacturam attuliſſe videtur, ut, niſi illa interiiſſet, libros ejus, certe eorum exempla, hodieque haberemus. Ac primum quidem credibile eſt, jam ante Saracenorum adventum multos antiquos ejus bibliothecae libros intercidiſſe, deſcribendi officio neglecto: magnam etiam partem librorum, qui tunc erant, fuiſſe novos & eccleſiaſticos. Porro veriſimile eſt, in illis, qui tunc erant, bibliothecae libris, aut paucos fuiſſe, aut nullos, alicujus quidem momenti libros, quorum non alibi apud Graecos eſſent exempla, quibus deſcribendis ad recentiorem aetatem propagari potuiſſent. Socordia Graecorum & contemtus veterum Literarum, multo plus valuerunt ad bonorum librorum jacturam, quam omnes barbari; ut etiam ſi Saraceni vel non cepiſſent Alexandriam, vel omnes libros in Graeciam dimiſiſſent, his nos haud magis frueremur.

S. VIII.

S. VIII. *Johannes Damaſcenus*, in Sacris Parallelis ineditis. *Georgius Syncellus*. *Johannes Malala*.

S. IX. *Photius*, in Bibliotheca.

S. X. *Geoponica*. *Epitomae Plutarcheae*. *Codex Vitarum Florentinus*. *Scholia in plerosque veteres Auctores*. *Suidas*. *Etymologicum Magnum*.

S. XI. *Johannes Euchaita*. *Eudocia* in Violeto p. 361, de Plutarcho locum Suidae repetit, ultimis ejus verbis ἔγραψε δὲ πολλὰ, haec addens ὧν τὰ πλείω οὐχ εὑρίσκεται, *quorum major pars non invenitur*. Digna eſt, quae animadvertatur, notula. Intelligitur, libros hodieque perditos, jam tunc deſideratos fuiſſe. Sane poſteriores, quod ſciam, de nullo eorum ut ſervato mentionem faciunt. Deinde apparet, Eudociam habuiſſe πίνακα, id eſt, Indicem librorum Plutarcheorum, vel Epitomas, unde perditorum nomina cognoſceret. Nec vero intervallo temporis eo, quod fuit inter Suidam & Eudociam, libros illos intercidiſſe dicam. Suidas locum de Plutarcho non ipſe auctor ſcripſit, ſed ex antiquiore deſcripſit. Plurimi libri interierunt ab anno 560 ad 860: poſtea, licet redeunte ſubinde veterum Literarum ſtudio, deinceps alii etiam interciderunt; ſive quod laterent & fugerent quaerentium diligentiam; ſive quod eorum Epitomae adeſſent, & in tanta

deſcribendorum librorum multitudine non omnium deſcriptio neceſſaria exiſtimaretur. *Michael Pſellus. Xiphilinus.*

S. XII. *Euſtratius. Nicephorus Baſilaca. Glycas. Johannes Tzetzes. Euſtathius. Incerti* quidam ſcriptores & compilatores. *Johannes Sarisberienſis. Codices Plutarchei*, Moſcuenſes, Vindobonenſes, Pariſini, D & F. Addendus etiam *Zonaras.*

S. XIII. Capta ſub initium hujus ſaeculi Conſtantinopolis & Graecia a Latinis: quae calamitas plurium etiam bonorum librorum jacturam attulit. Veterum Literarum periti homines feruntur nulli. Recuperato a Graecis imperio Literarum ſtudia paululum recreari coeperunt. Sub finem ſaeculi ſcriptus eſt in Graecia *Codex* membranaceus Vitarum & Moralium Plutarchi anno 1296, qui codex in Pariſienſi bibliotheca exſtat, notatus numero 1671, a nobis litera A: in quo deſcribendo & emendando aliquid operae collocatum fuiſſe videtur a *Maximo Planude.*

S. XIV. *Theodorus Metochita. Thomas Magiſter. Macarius Chryſocephalas. Nicephorus Gregoras. Codices* Plutarchi quibus uſi ſumus: praeſtantiſſimus Pariſinus E; item C & H. Vaticani, Florentini. *Franciſcus Petrarcha*, quaedam ex Plutarcho prodit, quae nos in libris, quos habemus, deſideramus; forte vel opinione pervulgata de-

deceptus, vel ſpurio libello ſimili illi Inſtitutioni ad Trajanum, qua dudum antea Johannes Sarisberienſis deceptus erat.

S. XV. Turci paulatim invaleſcentes tandem Conſtantinopolim capiunt anno 1453. Tempeſtas lente appropinquans, nec ſubito incidens, non tantum librorum interitum attuliſſe videtur, quantum illa initio Saec. XIII Latinorum invaſio. Plutarcheus certe liber nullus intercidit; ſi quidem omnes, qui tunc exſtabant, in illis, quos nunc habemus, codicibus continebantur. Graeci docti homines, & jam antea, & magis etiam poſt captam a Turcis urbem, ad Venetos ſe & in Italiam recipiunt apportatis ſecum bonis libris. Fuerunt Graeci, qui ad Antiquorum laudem contenderent: item Latini horum diſciplina eruditi, & Petrarchae exemplo excitati. Qui de Plutarcho bene mererentur Graeci fuerunt, *Gemiſtius Plethon*, *Beſſarion*, *Michael Apoſtolius*, *Moſchopulus*, *Arſenius*: Latini, qui libros Plutarchi verterent, *Leonardus Brunus*, *Guarinus*, *Leonardus Juſtinianus*, *Franciſcus Barbarus*, *Donatus Acciaiolus*, *Johannes Lapus*, *Nicolaus Sagundinus*, *Franciſcus Philelphus*, *Janus Pannonius*, *Angelus Politianus*, *Raphael & Johannes Regii*. Denique ex hac aetate ſunt, quibus partim uſi ſumus, *Codices* Plutarchi, Pariſini, egregius B, caeteri G, I, L, *M*, N, *Z*: Britannici, Leidenſes, alii.

Ex notatione Codicum ſcriptorum, quatuor recenſiones Moralium deprehendiſſe videmur. Prima eſt ante Saeculum XIII, ex qua ſunt Pariſini D & F, perboni illi: & Moſcuenſes aliquanto deteriores. Altera ſub finem Saeculi XIII, recuperata Conſtantinopoli à Graecis, libris Plutarcheis in unum volumen collectis, & Vitis & Moralibus: cujusmodi eſt Codex A, ſcriptus anno 1296, cum quidem librarii non tam emendatae lectionis, quam collectionis omnium, quae reperiri poſſent, librorum rationem habuerunt. Tertia eſt Saeculi XIV, qualis exſtat Codex E, qui eumdem librorum numerum, ſed ſcripturam magis emendatam, habet ex vetuſtioribus petitam libris; item Palatino-Vaticanus, ex quo Sympoſiacorum collationem habuimus. Quartam cenſemus Codicis B, cui major etiam adhibita eſt emendationis cura quaeſitae ex pluribus & antiquioribus exemplis; numeri & ſummae omnium librorum non item habita ratio. Nam codices Saeculi XV fere omnes in Italia deſcripti ex codicibus recenſionis ſecundae, id eſt Codicis A, adhibitis fortaſſe uno alteroque in libro aliis exemplis, ſunt ejusmodi quales Beſſarionis codices Veneti, unde princeps editio Aldina expreſſa eſt.

Sectio II. *De Editionibus Moralium opera chalcographica factis, Verſionibus, Animadverſionibus, Commentariis.* In hoc loco referendo etiam

etiam breviores eſſe debemus; & ſatis habere genera & momenta rerum paucis notaſſe. Duo ſunt genera, alterum complectitur Editiones, alterum Verſiones, Animadverſiones, Commentarios. Duo item ſunt tempora: primum, ab Aldina Editione a. 1509 usque ad Stephanianam a. 1572, ex eaque repetitas Graeco-Latinas tres formae maximae, Francofurti a. 1599 & 1620, Pariſiis 1624; ſecundum, hinc ad noſtram Editionem.

Aldus Manutius primus Venetiis Graece edidit Plutarchi *Moralia* a. 1509, *Vitas* 1519, ex codicibus Veneris Beſſarionis, idque, ut ex mendoſis, mendoſe. Recuſa eſt haec editio Baſileae: *Vitae* a. 1533 apud Andream Cratandrum & Johannem Bebelium: *Moralia* 1542, ex officina Frobeniana, per Hieronymum Frobenium & Nicolaum Epiſcopium, ſine praefatione aut admonitione; ut cum *Moralibus* quoque praefationem Simonis Grynaei ad Johannem Oporinum Vitis praefixam editores communicare voluiſſe videantur. At in illa Grynaei praefatione nil eſt quod ad Plutarchum pertineat, cujus adeo ne nomen quidem memoratur; ut eodem jure nullius non Scriptoris editioni praemitti potuiſſet. Nec aliunde comperire potuimus quis huic editioni praefuerit, quibus copiis inſtructus ad eam faciendam acceſſerit. Quidquid ejus rei cognovimus, ipſius cognovimus editionis uſu, ac totum fere

fere huc redit, ut affirmare poſſimus, corrigendae ſcripturae provinciam diligenter adminiſtratam eſſe, idque ab homine haud indocto: typographica Aldinae menda, exceptis paucis, ſublata: graviora vetera menda, quae quidem unius aut paucorum depravatione verborum conſtarent, nonnulla, nec multa tamen, correcta; lacunas vero expletas nullas.

Mox fuerunt, qui melioris editionis conficiendae conſilium caperent, certe materiam colligerent. Donatus Jannotius exemplar Aldinum, cui multas in margine emendationes adſcripſerat Nicolaus Leonicus, ab eodem acceptum inſigni lectionum ex codicibus antiquis excerptarum copia locupletavit, & cum M. A. Mureto aliisque viris doctis communicavit. Muretus tranſcripſit in ſuum exemplar Aldinum & Vitarum & Moralium: quod hodieque ſervatur Romae inter libros, qui quondam Collegii Jeſuitarum fuerunt: unde mea cauſſa deſcripſit Joſephus Spallettius, vir doctiſſimus, & ipſe paulo poſt fato functus. Eſt quoque in bibliotheca Leidenſi exemplar Aldinum Moralium cum emendationibus Leonici & Jannotii, ſed minus multo locuples quam Mureti apographum. In eadem bibliotheca Leidenſi eſt Collectio emendationum in Moralia editionis Aldinae, facta ab Andrea Schotto, nil magnopere novae dotis adferens. Longe majoris momenti ſunt lectio-

lectiones *Exempli Turnebiani* bibliothecae Pariſinae, quo nomine ſignificavimus exemplar Aldinum Moralium, cujus in margine Adrianus Turnebus correctiones & varias lectiones adſcripſit. Neque contemnendae ſunt operae exemplaria Baſilienſia tria, in quibus quasdam emendationes annotarunt viri docti, Hadrianus Junius, fratres Canteri, & alius incertus, quem *Anonymi* nomine ſignificavimus.

Secutae ſunt Interpretationes, quas vulgo dicunt *Verſiones*, ſub idem fere tempus: per quas Plutarcheorum librorum vel cognitio apud homines Graecae linguae minus gnaros frequentata eſt, vel ſcripturae ſanitas incrementum cepit. Prima, Gallica *Jacobi Amyoti*. Qui quamvis vere reprehenſus a Bacheto Meziriaco, quod Graecae linguae doctrinaeque facultate parum inſtructus multos errores commiſerit; tamen omnium judicio per hanc interpretationem non ſolum de Gallorum & literis & ingeniis immortaliter meritus eſt, ſed etiam lucis aliquantum attulit ad veram lectionem indagandam; quippe uſus, ut ipſe fatetur, codicibus manu ſcriptis & conjecturis virorum quorumdam doctiſſimorum. Ex his viris praecipuum fuiſſe Adr. Turnebum, ut ab aliis monitum eſt, ita nos intelleximus comparatione Exempli Turnebiani. Altera eſt Latina *Hermanni Cruſerii*: *Vitarum* quidem verſio frequens, repetita in tribus editionibus

nibus Graeco-Latinis: at *Moralium* perrara, qua caruimus hanc praefationem ſcribentes, nec aegre caruimus; quod de ea ex Vitis ſuſpicantes, nullum ad certiorem intelligentiam correctionemve auxilium exſpectabamus: quae nobis opinio poſtea nactis exemplar, confirmata eſt. Caeterum & Amyoti & Cruſerii merae ſunt Verſiones, ſine animadverſionibus ad locos aut corruptos aut obſcuros expediendos. Has multum ſuperavit diligentia *Guilielmi Xylandri*, qui in Plutarchi interpretibus haud dubie princeps cenſendus eſt. Huius opera tribus continetur partibus: Latina Verſione *Vitarum* & *Moralium*: Annotationibus ad locorum cum corruptorum emendationem, tum difficilium explicationem comparatis: Editione Graeca Moralium a. 1574. In Verſione exſtat, & fides, & orationis bonitas, & ſolertia ingenii; qua plurimos locos & illuſtravit & emendavit: quorum in Annotationibus partim mentionem fecit, maximam partem ſilentio praeteriit: ſatis habens in ipſa Verſione bene feciſſe, neque ſingula quaeque bene facta oſtentare ſuſtinens, cum per feſtinationem, tum per quamdam animi modeſtiam. Omnia e ſua ipſe ingenii doctrinaeque facultate attulit: exemplum editum non habuit, niſi Baſileenſe: unum ſcriptum codicem, in quo non niſi Moralia quaedam eſſent, eaque caeteris minus corrupte in editionibus vulgata. Latine *Vitas* edi-

edidit a. 1560: *Moralia* 1570, iterum 1572: eadem Graece Baſileae apud Epiſcopium 1574. Poterat Amyoti Verſione uti, & Stephani editione quae biennio ante prodierat: neutrum feciſſe videtur, ſuis ipſe viribus nitens: obiit mox, a. 1576, aetatis 45, fractis per continuas in re anguſta aerumnas & nimias ſtudiorum lucubrationes, corporis viribus: meliore vir fortuna digniſſimus. Quo magis noſtrum eſt, talis tantique viri, & in hoc Plutarcheo ſtudio quaſi deceſſoris ac doctoris noſtri, memoriam cum benevolentia & grato animo uſurpare.

Venit Henricus Stephanus, non modo typographorum, quos illa aetas multos tulit eruditos, eruditiſſimus, ſed eruditiſſimorum omnino hominum in principibus numerandus. Hic Plutarchi Opera Graece & Latine edidit Genevae anno 1572, *forma* octava, tredecim voluminibus: quorum ſex ſunt Graeca, ut prioribus tribus contineantur *Moralia*, poſterioribus *Vitae*: ſeptem reliqua ſunt Latina. Nam in quarto volumine ſunt aliorum Vitae ab aliis Latine ſcriptae: & duo libelli animadverſionum ad Vitas Plutarcheas: prior Xylandri & Cruſerii ad quemque locum in unam ſeriem junctarum: poſterior Stephani: tum ejuſdem ad Moralium non niſi quinque libellos annotationes: vetus index librorum Plutarcheorum, qui poſtea ſub Lampriae nomine repetitus eſt in Graeco-

La-

Latinis editionibus, ex Hoeſcheliano exemplo auctiore: denique monitum de ſua hac editione. Quam ſubiti ac tumultuarii fuiſſe conſilii, omnia produnt. Nos, quam Stephanus rationem, quos fontes ſecutus ſit, in conſtituendo Graeco Moralium contextu, quum ipſe parum declaverit, hoc nos ejus editionis uſu hujusmodi fuiſſe deprehendimus. Reddidit Aldinam editionem, alio *Moralium* librorum ordine, ut quemque purgando paratum haberet: Aldinum exemplum mendis probabiliter purgatum chalcographo recudendum tradidit: purgaverat illud ex Collectionibus Jannoti, Schotti, Editione Baſileenſi, Exemplo Turnebi, & copiis Verſionis Amyoti: ex duobus his poſtremis etiam ſupplementa lacunarum, maxime in Sympoſiacis, ſumſit. Ita plurimos locos bene correxit, multos perperam mutavit, utrorumque locorum ac fontium diſerta ſignificatione omittenda ſcripturam Plutarcheam dubiam reddidit. Neque vero ſecus factorum reprehenſio laudem bene factorum apud nos obruere debet. Quod contra ſolent multi, qui noſtra aetate veterum Auctorum ſcripta poſt Stephanum edunt: quorum in praefationibus jam fere loci communis auctoritatem obtinet Stephani reprehenſio; ut pauci ſint, quin eum male mulctatum dimittant, ac notatum crimine jactantiae, malae fidei, fraudis. Equidem in Plutarchea illius opera nil iſtiusmodi agnovi. Si quid per-

perperam fecit, ignoſcere debemus & compenſare aliis multis magnisque viri laudibus: fecit enim partim conſuetudine ſaeculi ſui, quo conjecturae & codicum lectiones eamdem auctoritatem habebant, earumque receptarum commemoratio non tanta, quanta noſtro ſaeculo, religione à Criticis coleretur: partim fecit feſtinatione ac ſtudio rei gerendae ac multorum Auctorum editionibus de optimis Literis bene merendi. Fuit enim hic vir unus omnium idem & laborioſiſſimus & efficaciſſimus & eruditiſſimus: qui plures Auctores antiquos edidit, quam iſti reprehenſores legerunt: plura ſcripſit, quam iſti fando audiverunt: majorem doctrinam animo perceptam tenuit, quam iſti ſuſpicione attingere potuerunt. Nobis poſt eum idem ſpatium ingreſſis non illaudatus abibit: eaque nobis & fuit & erit laudatio frequens in hoc opere & veriſſima, ut viri bene dicta ad legentium cognitionem proponamus & celebremus, ſecus dicta, ſi quidem memoranda videantur, memoremus ſine ſuperbia & oſtentatione, ut illis erudiantur legentes, his admoneantur.

Stephanianus contextus deinceps propagatus per tres Graeco-Latinas Editiones formae maximae, paginarum numero & modo pares, tantam aſſecutus eſt auctoritatem, ut ſolus certus & germanus haberetur. Sunt autem hae editiones omnes, eodem modo typorum, forma maxima, duobus

Tomis, altero *Vitarum*, altero *Moralium*, addita cuivis paginae, in parte interiore, Latina verſione, Cruſeriana *Vitis*, Xylandrea *Moralibus*, haud raro diſſentiens a contextu Stephaniano: ſubjiciuntur ad calcem notae Xylandri, ſed ordine librorum Aldino & Baſileenſi, quem Xylander ſecutus erat, Stephanus deſeruerat: quae diverſitas ordinis perquam moleſta eſt legentibus libros Plutarcheos, & inter legendum notas Xylandri conſulentibus: ſequuntur Stephani annotationes: tum Index variarum lectionum ex editionibus Aldina & Baſileenſi, item ex libris T. V. B. P. *id eſt* Turnebi, Vulcobii, Bongarſii, Petavii. Ex his Turnebi liber idem eſt, quem nos Pariſiis contulimus, & *Exemplum Turnebi nominavimus*, ſed negligenter excerptus ab his editoribus: reliqui tres libri, nec qui ipſi, nec qui eorum domini, nec qui omnino totius editionis procuratores fuerint, comperire licuit. Illud uſu cognovimus, hunc Indicem variarum lectionum minime contemnendum eſſe, neque abjiciendum tamquam farraginem quisquiliarum, quod nonnulli dictitarunt. Minime quidem ille comparandus eſt cum noſtrorum codicum antiquitate & praeſtantia: habet tamen plurimas, quae a noſtris confirmentur, lectiones. Primum haec editio prodiit, *Francofurti apud Andreae Wechelii heredes, & Claudium Marnium, & Johannem Aubrium, anno* 1599. Repe-

petitio ejus prima facta eſt item *Francofurti* in officina Danielis ac Davidis Aubriorum, & Clementis Schleichii, anno 1620. Additus eſt etiam, nimirum ut haec editio priorem aliqua dote ſuperaret, ſpurius, qui ſub Plutarchi nomine fertur, libellus *De Fluminibus* cum *Mauſſaci notis & judicio de Plutarcho ejusque ſcriptis*. In quo *judicio* praefationis inſtar praemiſſo docta eſt loquacitas, judicium, criticum quidem & verum, valde mediocre. Prodierat haec Mauſſaci editio hujus libelli cum *Vibio Sequeſtro* ac *Pſello* De Lapidibus Toloſae 8, anno 1615. Repetitio altera facta eſt *Pariſiis* anno 1624, addito *Joannis Rualdi* libro *De Vita Plutarchi*, & ejusdem *Animadverſionibus in Plutarchum*; ut ſcilicet haec etiam repetitio priorem nova quadam acceſſionis laude obrueret. Et habet caeteroquin multum vanitatis. Et Graeca dictio, & verſio Latina, multis locis mutatae ſunt, nulla facta mutationis usquam mentione: ſaepe bene, ſaepius male. Quis eam procuraverit, non magis indagare potuimus, quam de duabus proxime antecedentibus. Neque de Joanne Rualdo quidquam mihi innotuerat quum illam praefationem ſcriberem, praeter id quod ex his ejus libellis intelligitur: & nunc adeo parum eſt quod cognitum habeam de illius vita, rebus, & aliis ſcriptis. Haud contemnenda in homine apparet ſcientia Antiquitatis & Hiſtoriae in primis Roma-

nae: Graecorum etiam Auctorum lectio & linguae intelligentia probabilis, nec tamen illa ad criticam rationem exacta: multa loquacitas & alienarum a propoſito rerum jactatio: in Animadverſionibus praecipue maxima Plutarchum reprehendendi non ſolum voluntas, ſed etiam cupiditas; ut reprehenſionis & occaſionem dedita opera quaeſiviſſe, & materiam ſibi ipſe ſubinde finxiſſe videatur, Plutarchi verbis in alienam ſententiam detorquendis, quam eo facilius refelleret.

Adhuc hae fuerunt Plutarcheorum Operum editiones. Nam quod J. A. Fabricius *Biblioth.* Gr. Vol. III. p. 371. mere Graecam *Francofurtanam anni* 1605, *fol. apud Wechel.:* item Burettus in Diſputatione De libro de Muſica Memor. Academiae Inſcript. T. VIII, p. 41, eamdem his verbis prodit: fortaſſe fuerit Xylandrea editio Moralium ſolo titulo mutato, ut ſolent bibliopolae veteribus libris novos titulos praeponere: veluti ego aliquando audivi Plutarchi Opera duobus voluminibus apud Elzevirios Amſtelodami prodiiſſe 1696: vidi, inſpexi: erat editio Francofurtana anni 1599, cum alio titulo.

Jam licet ad emendatam ſcripturam Plutarcheorum librorum non magnopere profectum eſſet, exempla tamen per quatuor deinceps poſtremas editiones adeo erant frequentata, ut ab illo tempore nemo bibliopola novam editionem, Graecam qui-

quidem univerſorum Operum moliri auderet. Ergo ad vertendum in vulgares linguas Plutarchum nonnulli ſe dederunt. Et ut nil dicamus de aliis, nec de Dacerio, qui non niſi Vitas vertit; utriusque operis novam Gallicam interpretationem agitavit *Claudius Bachetus Meziriacus*, vir & Graecae linguae, & omnis Antiquitatis, & rerum Mathematicarum intelligentiſſimus, cognitus cum aliis ſcriptis, tum editione Diophanti, & Commentario in Epiſtolas Ovidii, cui addita eſt Diſputatio *de bonae verſionis officio:* qua in Diſputatione, Amyoti verſionem recenſens, innumerabilia ab eo admiſſa vitia oſtendit, ſeque ipſe Plutarchi Opera denuo redditurum profitetur. Quod ejus conſilium irritum fecit immaturus obitus anno 1638, aetatis, ut videtur, quinto ſupra quadrageſimum. Emendationes ejus & animadverſiones adſcriptae ſunt tribus Moralium voluminibus in bibliotheca Leidenſi. Aliud idque locupletius animadverſionum Meziriaci exemplum in Gallia exſtare, Burettus, quamvis affirmans, non ſatis nobis perſuadet. Habemus ex auctione Gronoviana multas ſchedas Plutarcheas, in his exemplar Stephanianum, cui *Salmaſius* quasdam emendationes adſcripſit, bonas quidem illas, ſed pauciores quam ut editionem Plutarchi cogitaſſe videatur. At cogitavit L. Kuſterus, ut ipſe prodidit ad Ariſtophanis Equit. 1096: neque tamen, vel vivo, vel mortuo, propoſiti

effectio apparuit. In Britannia editionem *Vitarum* Bryanus inchoavit, Solanus abſolvit.

Noſtra demum aetate, qui de Moralibus bene mereri conaretur, fuit *J. J. Reiskius*, in Volumine II, *Animadverſionum ad Graecos Auctores.* Nam editionis univerſorum Plutarchi Operum inchoatae a Reiskio anno 1774, paulo ante obitum, rationem non habemus; ſi quidem bibliopola inſtitutum opus ita duodecim voluminibus abſolvit, ut, praeter illas jam editas Animadverſiones, nil novi adderet. Sane *Reiskius* valebat infinita in Graecis lectione, etiam linguae ſcientia uſu collecta, non ad rationem conformata: magis celeritate ad percipiendum, quam ſubtilitate ad judicandum: valebat veri ſenſu, ad quem quidquid ex ſe natum accideret, eumque veriſimilitudinis ſpecie percuteret, hoc probabat, hoc amplectebatur. Semper actuoſus ex alio in alium Auctorem edendum tractandumve involabat, ſemper ad corrigendum & mutandum promtus ac paratus: ita, plane ut alter Lucilius, *in hora ſaepe ducentas* faciebat correctiones, *ſtans pede in uno:* & tamen *cum flueret lutulentus, erat quod tollere velles:* lecta nec excerpebat, nec in adverſaria congerebat: itaque nullo fere apparatu inſtructus ad Auctores vel emendandos vel edendos accedebat. Hoc ingenio, hac ratione, quum *Moralia* Plutarchea ſibi tractanda ſumſiſſet, ſeque tamquam in cam-

pum

pum & venationem emendationum immiſiſſet, facile eſt ad intelligendum qualem quantamque capturam reportaverit. Emendationes plurimae ſunt falſae: haud paucae etiam probandae: nonnullae prorſus egregiae: ex his paucae novae; quippe pleraeque jam a prioribus interpretibus & editoribus factae, illis ab Reiskio non quidem furtim ſubreptae, quod in hujus hominis candorem non cadebat, ſed ſine eorum mentione repoſitae.

Sint igitur è centenis binae ita difficiles inventu & abditae, ut, niſi Reiskius eas in lucem protuliſſet, adhuc ignoratae laterent? Ita nimium potius, quam parum, ei tribuamus: praeſertim in tanto noſtro apparatu emendationum novarum, cum ex ſcriptis codicibus, tum adverſariis & collectionibus ſummorum virorum, tum noſtro etiam ſtudio, prolatarum. Ergo Reiskii correctionibus, quas quidem memoratu dignas judicaremus, nomen ipſius appoſuimus: harum, licet noſtra ipſi conjectura multas repererimus, proprietatem non nobis vindicavimus, nec Reiskio ademimus: earumdem inventarum laus ſi jam a prioribus occupata eſſet, eam cum ipſo item communicavimus. Unde fit, ut in noſtris Annotationibus nomen Reiskii frequentius etiam ſit, quam pro eo quantum ei debetur. Haec a nobis ſine obtrectatione dicta eſſe, periti ſponte agnoſcent. Illud etiam addimus, eam in Reiskio fuiſſe laudem & a doctrinae

varietate, & ingenii velocitate, a qua me laude procul abeſſe fatear. Numquam eum vidi: ſed favebat naſcenti meae laudi. Ergo & vivum dilexi, & mortui memoriam cum benivolentia colui. Et quando nunc inſtituti noſtri ratio poſtulabat, ut de illius in Plutarchum meritis diceremus, ita nos ejus memoriae conſulturos exiſtimavimus, ſi illa non univerſe praedicaremus, ſed diligenti & vera aeſtimatione declararemus, nec vel veram detraheremus viro laudem, vel falſam tribueremus. *Moralia* denuo Gallice vertit *Ricardus*, & edidit Pariſiis octava forma, quindecim voluminibus, ab anno 1783 ad 1792: additis notis utilibus intelligentiae rerum, ad captum lectorum, quibus ſcribebat: ad noſtrum, id eſt criticum, uſum nihil; ſi quidem ex codicibus, quos ſe habuiſſe ſcribit, uno Amyoti, & duobus, quibus & nos uſi ſumus, A & E, nil medelae protulit.

Caput IV. *Quid hac in Editione a nobis actum ſit.* Hic locus brevi explicatione contentus eſt. Nam partim intelligitur ex iis, quae initio hujus cenſurae diximus: partim intelligetur conſideratione duplicis muneris, quod in his quinque Voluminibus cernitur; altero, *emendatione contextus Graeci;* altero, *caſtigatione Latinae interpretationis Xylandri*. Graecum contextum ita conſtituimus, ut fundamento inſtar haberemus Al-

di-

dinum exemplum, cui totum quaſi aedificium ſuperſtrueremus, recipiendis melioribus lectionibus & ſupplementis lacunarum ex libris cum editis tum ſcriptis. Et quod Xylander, homo minime vanus, profeſſus eſt, ſe non unam mendorum chiliadem expurgaſſe; ego affirmare haud dubito, me poſt Xylandri, Stephani, & aliorum ante me Interpretum, operam, plus altero tanto & corruptelarum ſanaſſe, & difficultatum expediviſſe. Exemplum Stephanianum rurſus ab initio ad finem cum Aldino & duobus Baſileenſibus contulimus, ut certo teneremus quid in eo novum ac proprium eſſet. Locos a Stephano, incerta licet auctoritate, tamen ad orationem & ſententiam probabiliter correctos, ubi mei codices nil ſanius integriusque adferrent, retinere malui, quam vetus Aldinum vulnus denuo aperire. Caeterum a novitatis cupiditate nobis temperavimus. Nil mutavimus niſi quod corruptum eſſet, ſi quidem ejus loco melius rectiusque boni codices offerent: his deficientibus, retinuimus vulgatam lectionem, exceptis pauciſſimis locis, ubi res ipſa manifeſto veram ſcripturam ſubjicere videretur. Atque hanc religionem obſervavimus, cum in ipſis Plutarchi verbis, tum in aliorum locis ab eo citatis, tum ſolutae orationis, tum in primis metricae: qui loci quum in antiquiſſimis codicibus, item editionibus Aldina & Baſileenſi, continuentur eadem ſerie, qua

proſae orationis contextus, a Stephano demum & Xylandro eorum major pars verſibus diſtincti ſint; & nos relictos ab illis locos partim diſtinximus, partim reliquimus, praeſertim hos, quos ipſe metro ſolviſſet, ſuaeque orationi commiſcuiſſet Plutarchus; ſatis habentes, ſi ubique propria ab alienis diſcernere, & aliena unde ſumſiſſet odorari ac perveſtigare poſſemus: reliqua ad collocationem verborum pertinentia Animadverſionibus reſervantes.

Notatio emendationum ſubjecta Graeco contextui, verſatur in triplici genere: ubi *nova lectio* recipitur: ubi conjectura proponitur: ubi dubia eſt vulgatae auctoritas lectionis, aut alia fertur aeque probabilis. Novam lectionem numquam recepimus, niſi memorata vulgata, id eſt Stephaniana lectione.

Verſio Latina ut abeſſe debet ab exemplis ad ſcholarum ac tironum inſtitutionem editis, nec deſideratur ab iis, qui Graeca aeque commode intelligunt ac Latina, ita omitti non poterat in noſtra Editione, quippe ad communem ſtudioſorum hominum uſum deſtinata, quorum longe maximus numerus ex medio quodam gere eſt, cui Verſio & grata & utilis ſit. Sed Verſionis triplex eſt officium. Primum, ut ſit vera, nec aliud loquatur atque Auctor. Alterum, ut ſit bene Latina. Tertium, ut Auctoris ſententiam non univerſe, ſed ſigil-

ſigillatim & accurate reddat, ejusque proprietatem in verbis & conſtructione exprimat: quod officium fere negligunt in vulgaribus linguis factae Verſiones, quae ſe potius exemplaria quam imagines, quod barbare dicunt *originalia potius quam copiae*, haberi volunt: attamen eam vim habet, ut, eo demum duobus prioribus officiis addito, bonae Verſionis numeri expleantur. Nam & Auctorem talem exhibet qualis eſt; ſi quidem ita Latinum facit, ut fuiſſet, ſi Latine ſcripſiſſet: & iis qui Graeca nondum ſatis intelligunt, idoneum apponit intelligentiae inſtrumentum, quod perpetui ſit inſtar commentarii. Ut novam ipſi faceremus Verſionem in tanta reliquae noſtrae operae multitudine & moleſtia nemo aequus & prudens laboris aeſtimator poſtulaverit. Sumſimus Verſionem *Xylandri*, hominis Graece Latineque doctiſſimi, & multo Plutarcheorum librorum uſu exercitati. Hanc primum ex melioribus codicum lectionibus, & noſtris aliorumque conjecturis ad veritatem, id eſt, ad germanam Auctoris ſententiam correximus; exiſtimantes plus nobis in Verſione, quàm in Graeco contextu, licere: quamquam initio locos Verſionis, qui aliquid dubitationis haberent, intactos reliquimus, correctionem Animadverſionibus reſervantes: mox intellecto quantum incommodi haec ratio haberet ad legentium uſum, corrigendos locos omnes ad judicium noſtrum ſtatim

in

in ipſa Verſione corrigere perreximur. Deinde ad Plutarchi formam habitumque eam revocavimus, cum in verborum delectu, tum constructionis ratione. Porro, maximam perſpicuitatis rationem habuimus, caventes ne, quod aliis nonnullis, idem accideret nobis, ut noſtra Verſio ipſa ſubinde opus haberet alia Verſione. Denique Latinitatem puritatemque curavimus, quoad ejus ſervandis caeteris officiis fieri poterat.

Hac etiam in parte uſui & commodo lectorum conſulere ſtuduimus, quod libros in capita diſtribuimus, librorum ordinem Stephanianum *in tribus* Graeco-Latinis editionibus propagatum retinuimus, harumque paginas noſtris in paginis notavimus: tum quod Praefationi ſubjecimus duos Indices, codicum, editionum, collationum, verſionum, quibus uſi ſumus in adornanda noſtra Editione: horum prior inſcribitur, *Index notarum & nominum, quibus ſignificavimus libros cum ſcriptos, tum editos, ad emendandum contextum a nobis adhibitos:* poſterioris hic eſt titulus, *Index peculiaris, quo notantur editiones Graecae, verſiones, collationes variarum lectionum, codices ſcripti veteres Plutarchei, quibus in unoquoque libro moralium uſi ſumus:* hujus duae ſunt partes, quarum prioris haec eſt inſcriptio, *Editiones Graecae verſiones, Operum Moralium univerſorum, item collectiones variarum lectionum ad eadem Opera uni-*

univerſa: poſterioris haec, *Codices ſcripti veteres & ſingularium libellorum editiones, quibus, praeter illa modo memorata univerſa ſubſidia, in ſingulis deinceps libellis Plutarcheis emendandis & explanandis uſi ſumus:* hoc indice ſinguli deinceps Moralium libelli ſuis titulis recenſentur, & quot ad quemque, praeter illa univerſa ſubſidia, codices ſcriptos, ſingulares editiones & commentarios adhibuerimus, notatur. Sed de noſtra in ſingulis Voluminibus & quibusdam libellis opera, alio tempore dicemus. Nunc huic Plutarcheae cenſurae finem imponamus admonitione, de quibusdam locis in Praefatione mutandis.

Edit. 4, p. IX: Edit. 8, p. XI. *Utrique ſimul interitum parti*, legendum, *utrique ſimul intentum parti.*

4, p. XVI: 8, p. XXIII. *philoſophorum praeceptis*, legendum, *philoſophorum ſententiis ac decretis.*

4, p. XVI: 8, p. XXXVIII. Ad *αὐτῶν ἐνετύχομεν*, interponendum in parentheſi, *voluit αὐτῶν ἐπετύχομεν, i. e. nacti ſumus eas* vel *αὐταῖς ἐνετύχομεν, incidimus in eas, vidimus eas.*

Ibidem. *εἰδέϊειν*, lege *εἰδεῖεν.*

4, p. XVII: 8, p. XXXIX. Ἐπικτήτου, lege Ἐπικτήτῳ.

4, p. XXIX: 8, p. XLVIII. Addatur: *HIERONYMUS, Adverſus Jovinianum Libro* I, *citat nonnulla ex Plutarchi Praeceptis Conjugalibus.*

4, XXXIX:

ſis cernitur. Horum enim quamdiu non ſingulorum & univerſorum quidquid ſupereſt & mentionum & reliquiarum ſigillatim collectum & uno loco expoſitum fuerit, tamdiu de juſtae Literarum Hiſtoriae confectione deſperandum erit. Nunc poenitet nos ut eam vulgo tractent hodie, qui & majores & minores de eâ libros ſcribunt: agunt nobiscum quaſi cum pueris: reponunt recoctam millies cramben de Scriptoribus, quorum opera ſuperſunt: quorum perierunt, de his altum ſilentium: quamquam ſine horum cognitione, nullo in doctrinarum genere, origo, progreſſus, perfectio, id eſt Hiſtoria, neque adeo ipſorum ſuperſtitum laudes & merita intelligi queant.

Haec me diſſerentem quum aliquando audiret Mahnius meus, diſcipulorum, illo tempore, Graecae Latinaeque eruditionis ſtudioſiſſimus, & in Hiſtoria Literarum prae caeteris verſatus, ſtatim ſcriptionis hujusmodi conſilium cepit, ſibique materiam ſumſit Ariſtoxenum. Cumque alii ejus exemplo excitati ad hoc ſcribendi ſtudium ſe dare vellent, argumenta ex eodem Peripateticorum choro iis aſſignavi, Demetrium Phalereum, Dicaearchum, Clearchum. Sed horum ſpes mox evanuit: Mahnii propoſitum ad effectum pervenit, qui ſpem non modo expleret, ſed ſuperaret.

Fuit omnino magnus in omni doctrinae genere vir Ariſtoxenus, eaque laude paſſim in Veterum

ſcriptis

ſcriptis celebratur; ut eo magis dolendum ſit ipſius ſcripta pleraque omnia intercidiſſe, eoque magis operae pretium fuerit illorum reliquias collegiſſe. Quod munus quomodo adminiſtraverit Mahnius, nos breviter & ſummatim referamus.

Caput I, De Vita Ariſtoxeni. Haec primum univerſe & paucis verbis ſignificatur: tum latius aperitur appoſito Suidae loco & ita enarrato, ut, tamquam ad auctorem commentarius, ſic ad eum caeterae de Ariſtoxeno notitiae accommodentur. Igitur de ejus aetate, patria Tarento, patre Spintharo, magiſtris, Lampro in Muſica, Xenophilo & Ariſtotele in Philoſophia, & adverſus hunc falſa maledicentiae fama, exponitur.

Caput II, *De Scriptis Ariſtoxeni*, nomina librorum a Veteribus prodita viginti & tria continet: quae ſola ſunt ex libris quadringentis & quinquaginta tribus, quos, teſte Suida, ſcripſerat de *Muſica*, *Philoſophia*, *Hiſtoria*.

Caput III, *De Scriptorum reliquiis*, omnem reliquam partem diſputationis complectitur: & habet haud mediocrem ſuavitatem cum a varietate materiae, tum a cognitione locorum Ariſtoxeni omni doctrinae & orationis dote inſignium.

Praecipuum fuit opus Ariſtoxeni Βίοι ἀνδρῶν, *Vitae Virorum*, nimirum *virtute clarorum:* quo in opere quot, quorumque omnes, vitae fuerint, non conſtat: Pythagorae, Archytae, Socratis, Te-

leſtis, Platonis, fuiſſe conſtat. An etiam fuerint Hipponis, Xenophili, Heraclidis Pontici, Xenocratis, Lycurgi, Praxidamantis, dubitatur. Nam quamquam Veteres produnt Ariſtoxenum illos memoraſſe, tamen ita produnt, ut non appareat utrum in Vitis eorum, an aliis in libris, eos memoraverit. Jam de illis, quorum conſtat fuiſſe Vitas ab Ariſtoxeno ſcriptas, complures hujus ſuperſunt loci, quibus deinceps tractandis auctor hujus Diatribae res illorum virorum attingit, ut ſubinde aliquid novae lucis adferat: veluti de *Pythagorae* patria, peregrinationibus ante adventum in Italiam, ſodalitii inſtitutione & interitu, abſtinentia ab animalium carne & fabis: de falſa opinione eorum, qui prodiderunt, Socratem duas ſimul habuiſſe uxores: de militiis Platonis.

Sequuntur caeterorum librorum mentiones & reliquiae: p. 94—112, ex opere cui nomen fuit *τὰ Πυθαγορικὰ ἀποφθέγματα*, vel *αἱ Πυθαγορικαὶ ἀποφάσεις*: cujus complures loci apud Jamblichum & Stobaeum, utriusque comparatione, Ariſtoxeno vindicantur. Porro, *τὰ ἱστορικὰ ὑπομνήματα· τὰ κατὰ βραχὺ ὑπομνήματα· σύμμικτα ὑπομνήματα· σύμμικτα συμποτικά· τὰ σποράδην· συγκρίσεις·* horum nomina, ut diverſorum librorum, ſatis diſerte memorata exſtant: at *ἱστορίαι*, quod Fabricius ex Suida ut peculiare opus numerat, ut veriſimile eſt, ſignificant univerſe *Vitas*

&

& caeteros libros hiſtoricos. Deinde argumenti philoſophi, νόμοι πολιτικοὶ, & νόμοι παιδευτικοί. Nam τὰ Πραξιδαμάντια, materiam incertam habent: & τὰ Ἐπιμήθεια traduntur corrupta ſcriptura apud ſuſpectiorem etiam ſcriptorem Fulgentium. Tum muſici argumenti, περὶ τραγῳδοποιῶν· περὶ τραγικῆς ὀρχήσεως· περὶ ἁρμονικῶν στοιχείων, cujus tres libri ſuperſunt editi ab J. Meurſio & M. Meibomio: deinde, περὶ αὐλῶν καὶ ὀργάνων· περὶ αὐλητῶν· περὶ αὐλῶν τρήσεως· περὶ μουσικῆς· περὶ ἀριθμητικῆς· περὶ μουσικῆς ἀκροάσεως· ῥυθμικὰ στοιχεῖα, ab eruditiſſimo Jacobo Morellio edita Venetiis a. 1785: forte etiam fuerit opus περὶ μεταβολῶν, & περὶ διαςηματικῶν στοιχείων. Subjungitur p. 147—150 cenſura teſtimoniorum de Vitis Hipponis, Xenophili, Heraclidis Pontici, Xenocratis, Praxidamantis, Lycurgi, Sophoclis: deinceps p. 150—156 loci a Veteribus ſub nomine Ariſtoxeni, omiſſo libri nomine, citati, ad quosdam ſupra memoratos libros probabili conjectura referuntur: denique p. 156—199, caetera muſici argumenti fragmenta referuntur: p. 199-208 variae quaedam animadverſiones expromuntur, de caetera *Ariſtoxeni* doctrina, opinione de Animi natura: aliis Ariſtoxenis: ultimo loco *Addenda* p. 209—219, quae compluribus poſtea repertis Veterum locis priores Diatribae partes augent & explent.

Haec ad copiam doctrinae pertinent. Neque minor facultas orationis, & elegantia rationis, apparet. Quae dotes in illa adoleſcentia magna laude dignae cenſeri debent. Sunt etiam noſtrae quaedam interjectae animadverſiones & emendationes, quas auctor ſecum a nobis communicatas noſtro ſub nomine edidit. Nam qui nobis reliquam ſcriptionem tribuunt, quod neſcio quem feciſſe audio, hi nobis nimium honorem habent: ſive per invidiam, ſive per ignorantiam, noſtrum opus cum opere tironis confundentes. Meae in hac Diatriba partes non plures nec majores fuerunt, quam ſolent eſſe in Diſputationibus, id eſt, ſuaſoris, docentis, & viam monſtrantis. Qui aliter judicant, nae illi errant: &, ut cum Comico loquar, *Faciuntne, intelligendo, ut nihil intelligant?*

III.

Diſputatio Hiſtorico-Critica, de PANAETIO *Rhodio, Philoſopho Stoico, Quam Q. D. B. V. Praeſide V. Cl.* DANIELE WYTTENBACHIO, *Litt. Humm. Profeſſore, ad publicam diſceptationem proponit* F. G. VAN LYNDEN, *Leovardia-Friſius: in diem* XII. *Junii, Hora* XII, *A.* MDCCCII, *in Auditorio Philoſophico. Lugduni Batavorum. Apud A. & J. Honkoop.* MDCCCII. 8. *pagg.* 119.

In ſtationis meae Leidenſis ſuavitatibus, quas ſignificavi p. XXVIII, haud poſtremam numero, quod ab initio mihi obtigerunt bonae indolis diſcipuli complures: in his praecipui quinque, qui ſodalitio inter ſe juncto haec humanitatis ſtudia uſurparent: tres ex vetere Amſtelodamenſi diſciplina, Heusdius, & duo Vaillantii fratres, Chriſtianus Joannes, & Cornelius Reinhardus: duo ex nova Leidenſi, Lyndenus & Sluiterus: quorum induſtria publice editis progreſſuum ſpeciminibus eluxit: Vaillantiorum, in Juriſprudentia: caeterorum, in noſtris Literis. Et horum quidem ſpecimina, propter argumenti cum hac Bibliotheca con-

conjunctionem, etiam nunc a nobis commemoranda ſunt.

Lyndenus nobiliſſima gente natus, ab optimo patre Reinhardo, Libero Baroni van Lynden, jam puer in diſciplinam & convictum traditus viri Cl. Joannis van Voorst, S. Theol. Profeſſoris Franequerani eruditiſſimi: Latinae Graecaeque Linguae initiis imbutus magiſtro J. C. Wenkebachio, ſcholae Franequeranae Rectore digniſſimo, & in his Literis eleganter verſato: ducem ſuum Voorſtium in hanc Academiam traductum ſecutus, mea inſtitutione ita uſus eſt, ut mihi & propter obſervantiae benivolentiam & mirificos progreſſus in primis carus eſſet. Eo minus facere potui, quin patri, nobiliſſimo ac prudentiſſimo viro, gratificarer, me etiam atque etiam roganti, ut filium ad publicae defenſionis & facultatem inſtruerem & laudem producerem. Dedi Lyndeno meo argumentum, quod commentaretur, Panaetium: qua in commentatione tanta cum induſtria doctrinaque verſatus eſt, quae non modo in tirone, ſed veterano etiam, inſignem laudem mereretur. Sed hac de laude docti lectores judicare poſſunt: de diſputandi ſolertia, niſi qui adfuerunt & audiverunt, judicare nemo poteſt. Hi vero uno cuncti ore fatebantur, ſe tantam facultatem cum promte ac dialectice reſpondendi, tum diſerte ac bene Latine loquendi, numquam alias

au-

audiviſſe. Sed argumentum Diſputationis referamus.

Panaetius ſi hoc uno nomine nobis cognitus eſſet, quod ejus opus *de Officiis* fons fuit, a quo egregii illi Ciceronis de hoc argumento libri fluxerunt; haec una ſatis erat commendatio, quae unumquemque harum Literarum amantem moveret ad talis tantique viri res accuratius cognoſcendas. Nunc, propter familiaritatem Scipionis & Laelii, praecipuus philoſophiae doctrinaeque Graecae apud Romanos conſtitutae auctor haberi debet: & ipſe librorum ſcriptorum numero & praeſtantia apud poſteros ſcriptores, & optimos quosque maxime, eam auctoritatem conſecutus eſt; ut ab iis frequenter citetur, plurimique eorum loci recte intelligi nequeant, niſi hujus rebus, doctrina, libris, cognitis. Igitur nec inter recentiores eruditos defuerunt, qui hoc ſibi argumentum ſingularium diſputationum ſumerent. Ex quibus nobis quidem duo innotuerunt: alter, Sevinus, cujus eſt *Narratio de Panaetio* in Memoriis Academiae Inſcriptionum Tomo X: alter, Car. Guntherus Ludovici, Profeſſor Philoſophiae, Lipſienſis, qui ibidem a. 1734 edidit *Panaetii Junioris, Stoici Philoſophi, Vitam & merita in Romanorum cum Philoſophiam tum Jurisprudentiam:* quo in libello iſtud *Panaetii Junioris* manavit ex pervulgato errore de duobus Panaetiis

Stoicis. Caeterum, neutra ex illis ſcriptionibus ejusmodi erat, quae nos abſterreret, quominus hoc argumentum denuo tractandum cenſeremus.

Duae ſunt Diſputationis partes: prima, *de vita & rebus Panaetii:* ſecunda, *de ejus doctrina & ſcriptis.* Harum deinceps hae ſunt ſectiones.

Partis I. §. 1. Unus & idem eſt Panaetius librorum ſcriptor & familiaris Scipionis: quos perperam duos ac diverſos fecit Suidas: feſtiviore etiam errore S. Ambroſius, Offic. I, 7, duos Panaetios patrem & filium fingit ſcriptores de Officiis. — §. 2. Patrem habuit Nicagoram, majores nobiles, patriam Rhodum, temporibus Macedonum & Romanorum florentem mercatura & navali militia. — §. 3. Aetas ejus pertinuiſſe videtur ab anno Urbis Romae 569 ad 642: — §. 4. quod ut diſertius appareat, notatio exhibetur ſucceſſorum in ſchola Stoica Athenis, ab auctore Zenone ad Poſidonium ejusque nepotem Jaſonem, poſt quem reliquae ſucceſſionis memoria intercidit. — §. 5, 6. Magiſtro in Literis & Philoſophia uſus eſt Pergami, Cratete Mallote, qui primus in urbem Romam intulit Grammaticae ſtudium, aemulus & obtrectator Ariſtarchi, ut eorum civitates Pergamus & Alexandria invicem de laude Literarum aemulabantur: idem ab aliis Crates Pergamenus dicitur, & perperam a Mallote diſtinguitur. — §. 7, 8. Inde Athenas venit, ubi Philoſophiam perciperet, quae

quae tunc ſub tribus doctoribus florebat, Diogene Stoico, Carneade Academico, Critolao Peripatetico: miſſis deinde Romam legatis A. V. 598, qua legatione Romani juvenes primum Philoſophiae ſtudio imbuti ſunt. — § 8, 9 Archedemus ſcholam Stoicam Seleuciae condidit; unde profectus Diogenes Babylonius Athenienſem ſcholam obtinuit, & ſucceſſorem reliquit Antipatrum Tarſenſem, quorum utrumque Athenis audivit Panaetius. — §. 10. Audivit ibidem Polemonem Periegetem, cujus aetas & doctrina accuratius definiuntur. — §. 11. Romam venit poſt annum 598, certe poſt Polybium demum Scipioni conciliatus, hujus fere aequalis item comes fuit in legatione in Aegyptum & Aſiam A. V. 610, biennio poſt everſam Carthaginem: uterque Polybio fere viginti annis minor. — §. 12. Ultimam vitae partem Athenis transegit, ubi, poſt obitum Antipatri Tarſenſis, ſcholae Stoicae praefuit. — §. 13. Diſcipuli ejus memorantur, partim Romani, partim Graeci: illi, Scipio & Laelius, C. Fannius, Q. Mucius Scaevola Augur, Q. Aelius Tubero, P. Rutilius Rufus, M. Vigellius, Sex. Pompejus, A. Virginius, Q. & L. Lucilii Balbi, L. Furius Philus: hi, Poſidonius, Mneſarchus, Apollodorus, Hecaton, Plato Rhodius, Apollonius Nyſaeenſis, Demetrius Bithynus, Scylax Halicarnaſſeus. Eorum res ac perſonae brevi qui-

 dem

dem ſed diligente notatione declarantur. Fuerunt quoque *Panaetiaſtae*, qui ejus memoriam ſolemnibus coenis ad poſteros celebrarent: ut Diogenis Babylonii & Antipatri Tarſenſis, *Diogeniſtae* & *Antipatriſtae*, & aliorum alii cultores feruntur.

Partis II. §. 1. Doctrina, quam Panaetius profitebatur, fuit Stoica Philoſophia. Quae quum omnium diſciplinarum & artium, ad recte vivendum pertinentium, rationem complecteretur, ipſe aliarum quoque ſectarum placita cognovit. Philoſophiae veluti fundamentum ſubſtravit omnem Literarum Hiſtoriarumque cognitionem, tum ei adhibuit Platonicam & Socraticam ſuavitatem, ut Stoicam aſperitatem leniret, eamque ad ſenſum aliorum, in primis Romanorum, probabiliorem redderet. Itaque a poſteris nonnumquam Platonicis & Socraticis annumeratus eſt. Et ſententiae ejus a Veteribus memoratae partim ad Literas & Hiſtorias, partim ad Philoſophiam referuntur. Quae deinceps apponuntur. In his ſunt quaedam e critico genere: veluti, de Socraticorum Dialogis: quorum non niſi Platonis, Xenophontis, Aeſchinis, Antiſthenis, germanos judicavit: de Phaedonis & Euclidis dubitavit: caeteros omnes repudiavit: ut narrat Diogenes Laert. II, 64. Quod judicium perperam intelligens quidam, fecit Epigramma illud in Anthologia I, 44, prodi-

ditum, in Phaedonem dialogum Platonis a Panaetio ſpurium judicatum. Panaetius quidem Platonis ſententiam de immortalitate animorum improbavit: at hunc dialogum, quo ipſe erat judicio ac doctrina, abjudicare Platoni non poterat. Ex eodem genere eſt judicium de ſcriptis Antiſthenis, Ariſtonum Chii & Cei, & confutatio opinionis Socratem duas ſimul habuiſſe uxores, de qua in Diatriba Ariſtoxenica diſſeritur. Sententiae autem ex Philoſophia pertinent ad Ethicam & Phyſicam, nulla ad Dialecticam; fortaſſe quod nil de hac parte ſcripſerit, judicans de ea ſatis & nimium ſcriptum eſſe a Stoicis. In caeteris ſunt ubi a Stoicis diſſenſerit: nam & *Mundi conflagrationem* repudiavit: de *Divinatione* dubitavit: *virtutes* duas fecit, *contemplativam* & *activam*: *voluptatem* quamdam ſecundum naturam eſſe pronunciavit: *vacuitatem affectuum* & *indolentiam* improbavit: *virtutem ſolam per ſe ſatis valere ad vitam beatam*, negavit.

§. 2. *De libris a Panaetio ſcriptis*, univerſe.

§. 3. *De libris de Officio:* in hoc loco, ut omnium graviſſimo, longa & accurata diſquiſitio conſumitur a p. 79 ad 114. Primo ipſius Ciceronis de hoc Panaetii opere judicia exponuntur, quae ſunt Attic. XVI, 11: Offic. III, 2, 3: II, 10. Quibus ſi adhibeatur animadverſio cum de ingenio & elegantia Panaetii abhorrentis a diſſerendi ſpinis Stoi-

Stoicorum, tum de ipſius vita & rebus, veriſimile videbitur Panaetium id opus ſub tempus illius cum Scipione legationis ac peregrinationis ſcripſiſſe ad hujus & Laelii & omnino Romanorum adhuc in Philoſophia vel recentium vel hoſpitum captum, idque magis ad popularem intelligentiam, quam ad Zenonis rationem, conformaſſe. Et haec cauſſa fuerit quare Cicero ad filium de Officiis ſcribens, Panaetium ſequeretur; quum alii fuiſſent Stoici, qui de Officiis ſcripſiſſent, *Zeno*, Cleanthes, Chryſippus, Diogenes Babylonius, Antipater Tarſenſis, Poſidonius, *Hecaton*, Antipater Tyrius: & Ciceroni cognita eſſent Ariſtotelis Ethica ad Nicomachum, minime inepta materia vertendi propoſito, ſi quidem ad filium, Cratippi Peripatetici inſtitutione utentem, Latine ſcribere vellet. Sed Cicero in Moralibus maxime probabat Stoicos, & ex his maxime Panaetium, qui horum auſteritatem Socratica, Academica, & Peripatetica, ratione temperaſſet. Hujus rei explicatio altius repetitur ex hiſtoria Philoſophiae Moralis inde ab ejus auctore Socrate usque ad Ciceronem. Nam quum duae ſint Moralis Philoſophiae partes, *δογματικὴ*, quae fontes omnis boni & juſti aperit, ac *παραινετικὴ*, quae officia inde orta explicat; Socratici illam priorem partem brevius tractabant, maximam operam ponebant in explicandis ipſis officiis ad omnem vitae con-

conditionem actionemque pertinentibus. Plato utrumque egit. Ariſtoteles fontes a Platone monſtratos partim probans, partim repudians & alios oſtendens, ipſam quidem doctrinam quodam artis vinculo ligavit. Venit Zeno, novum officii nomen καθῆκον, novam diſtributionem officiorum, virtutum, rerum, actionum, adferens. Placuit novitas hominibus veteris Philoſophiae ignaris, quamvis horrida & auſtera. Poſtea demum Panaetius, delectu habito materiae, quaedam retinens, alia aliunde aſſumens, omnia ad communem captum & intelligentiae ſuavitatem redigens, disſerendi etiam ſpinas repudiavit. Hinc illa omiſſio definitionis *Officii*, in qua Panaetium reprehendens Cicero locum iſtum ſcilicet vacuum ita ex mediis Stoicorum ſpinis explevit, ut tamen definiendi diligentia deſideretur. Nimirum Panaetius definitionem & diviſionem omiſerat certo judicio & ſtudio perſpicuitatis, ſequens priorum ante Zenonem philoſophorum elegantiam, quum καθῆκον nec diceretur nec definiretur, ſed tamen uſurparetur aliis nominibus, πρακτὸν, ποιητὸν, δέον, δίκαιον, καλὸν, ἀγαθὸν, πρέπον, προσῆκον, quorum notiones per ſe ipſae evidentes, definiendo magis obſcurari quam illuſtrari viderentur. Quale in populari genere orationis accidere ipſe Cicero affirmat, ex perſona Antonii diſſerens, De Oratore II, 25, *definitio*, inquit, *genere ipſo doctrinam re-*

redolet exercitationemque paene puerilem. Sed differentia duarum rationum in explicando loco de Officiis, propriae Stoicae & Panaetianae, quo magis intelligatur, expoſita eſt illa Stoica ex tribus, qui hodieque in hoc argumento exſtant, auctoribus, Cicerone De Finibus III, 5, 6. Diogene Laertio VII, 107—109, Stobaeo Eclog. Ethic. p. 174, cujus Graecam dictionem multis partibus emendavimus, quae hic referre longum ſit: tum ſubjiciuntur Ciceronis loci ex Panaetii De Officiis opere depromti: & unus, quem Gellius Latine ſervavit XIII, 27, Cicero autem omiſit; quippe qui Panaetium non *vertit*, ſed *ſecutus eſt*: plerumque tamen eum appellat, ubi ab eo diſſentit; unde ſuſpicari licet, eum ibi etiam plerumque, ubi illum non appellat, ejus diſputatione & oratione uti.

§. 4. *De aliis Panaetii ſcriptis nomine cognitis.* Haec ſunt, περὶ αἱρέσεων, *de Sectis:* περὶ εὐθυμίας, *de Animi Tranquillitate: De Magiſtratibus: Epiſtola ad Q. Aelium Tuberonem:* περὶ προνοίας, *De Providentia:* περὶ μαντικῆς, *De Divinatione:* περὶ Σωκράτους, pars eſſe videtur operis περὶ αἱρέσεων. Illud miramur & dolemus, nullam ſupereſſe ex ejus ſcriptis partem integram, ubi ipſius verba & compoſitio ſervetur, nec exſtare niſi ſententias ejus, verbis aliorum relatas.

§. 5. *De aliis Panaetiis:* quidam memorantur

vel

vel ſuo, vel auctorum nomine memorabiles: alii non item memorabiles omittuntur.

Poteramus longius excurrere, & materiae copia nos invitabat. Nunc nos ipſi continuimus intra brevem ſummarum, quaſi punctorum, notationem, qua ſtudioſi ad totum librum & legendum allicerentur, & intelligendum juvarentur, quo quidem complures locos cum Scriptorum explicitos & emendatos, tum Hiſtoriae & Philoſophiae illuſtratos ac perpurgatos eſſe, profiteri haud veremur.

I V.

PHIL. GUIL. VAN HEUSDE *Specimen Criticum in* PLATONEM. *Accedit* D. WYTTENBACHII *Epiſtola ad auctorem. Item Collationes Codicum MSS. Platonis, cum a* D. RUHNKENIO *confectae, tum aliae. Lugduni-Batavorum, typis Honkoopianis* MDCCCIII. 8. *pagg.* 172.

Et hunc librum libenter commemoramus: cum propter diſciplinae & ſtudiorum communionem, quae nobis cum illius ſcriptore intercedit, & cauſſa fuit, ut hanc ad eum epiſtolam ſcriberemus: tum vero quia habemus, quod ei publice gratulemur. Nam quum in hac epiſtola eum hortati eſſemus ad haec ſtudia conſtanter perſequenda, & in aliis rationibus illam quoque adhiberemus, ut affirmaremus, ipſius virtuti ſua praemia non defutura; eventus paulo poſtea oſtendit, nos id quaſi vaticinatos eſſe, & οὐκ ἀθεεὶ dixiſſe; ſiquidem, nondum plane abſoluta libri editione, Heusdium noſtrum in cathedra Trajectina conſtitutum vidimus. Quam ut porro tueatur, prouti coepit, id eſt, omnibus gratus & jucundus, & cum fructu diſcen-

diſcentium, ex animo optamus. Sed primum de ſcriptore; tum de libro dicamus. Nam librum legentibus, ipſius nobis Heusdii imago obverſatur, Platonem legentis, oculos modo ad inveſtigationem intendentis; modo ad inventionis voluptatem remittentis, modo perceptae pulcritudinis ſenſu ad hilaritatem diffundentis: ſubinde quaedam ſcripto annotantis, mox ad Platonem ſe recipientis, eique ad propoſitum finem inhaerentis: denique cum grata veneratione eum de manibus ponentis, & quaſi ſalutantis, — *Διὸς τέκος, οὔποτε σεῖο λήσομαι ἀρχόμενος, οὐδ' ἀποπαυόμενος.*

Omnino, quod & alias monuimus, idem in Heusdio animadvertimus, efficaciſſimam in his Literis ad proficiendum eſſe viam, ſi quis principem aliquem Auctorem, tamquam aliquem deum, colendum ſibi proponat, ejusque divinitate repletus hunc unum continua lectione perveſtiget, nec niſi ad hujus cultum aliis ſcriptoribus legendis materiam colligat. Octo ſunt anni, quod Heusdium nobis Muſae conciliarunt. Venerat ad nos Amſtelodamum praeparatus diſciplina Nodelli, elegantiſſimae doctrinae viri, imbutus jam cognitione quadam Graecae Latinaeque linguae & principum Poetarum ac Scriptorum, maturus lectioni Platonis. De quo quum ipſe recens advena ſolus aliquando apud me quaereret & audiret; poſtea faſ-

ſus eſt, ſe tunc ex meo ſermone illud Platonis ſtudium, quo adhuc teneretur, concepiſſe, reducem domi continuo illius lectionem capeſſiviſſe, tempus etiam & locum habiti ſermonis meminiſſe, nec umquam obliturum. Quae quidem confeſſio inſtar mihi fuit triumphi; ut & ego mihi aliquis eſſe viderer, nec ſolum ad *προαγαγεῖν*, ſed ad *προτρέπεσθαι* valere. Sed nimirum, non omnia adoleſcentum ingenia materiam aptam ad exardeſcendum habent. In Heusdio ſingularis materia meae, quamvis exiguae, inflammandi facultati congruebat.

Ergo quae per hunc librum Platoni explicatio emendatioque ſane multiplex allata eſt, haec fere tota ex ipſius fluxit fonte Platonis: cujus lectionem Heusdius ita fideliter & accurate conſectatus eſt, ut omnem illius cognitionem, cum orationis & verborum, tum rationis cogitandi ac diſſerendi, tum rerum & ſententiarum, quaſi in numerato haberet, & vel hac ſola cognitione ubique videret quid impeditum quomodo expediendum eſſet. Huc accedit & judicii ſubtilitas, & ingenii acumen, quod ex egregiis emendationibus multis elucet: & vero peculiaris quaedam Latinae orationis puritas & elegantia, tum quoque enarrandi perſpicuitas ac diligentia: quae ſi cum aliorum complurium hoc in genere obſcuritate ac negligentia comparetur, haud temere in Heusdium conferre

vi-

videamur illud Socratis, Lyſiae Iſocratem praeponentis, judicium, quod eſt apud Platonem in Phaedro, indeque relatum a Cicerone in Oratore, 13: *ineſt enim naturâ philoſophia in hujus viri mente quaedam.* Neque hoc ita dicimus, quaſi caetera Critici officia neglexerit; nam & veterum codicum ſubſidia adhibuit: & Scriptorum locos, qui Platonem vel citarunt, vel imitati ſunt, frequenter annotavit; ut appareat, eum rationem, a Ruhnkenio in animadverſionibus ad Timaeum oſtenſam, ſecutum eſſe.

Animadverſiones ordine editionis Stephanianae pertinent ab initio fere ad medium: quo ſpatio continentur, Euthyphron, Apologia Socratis, Criton, Phaedon, Amatores, Theaetetus, Sophiſta, Euthydemus, Protagoras, Hippias, Cratylus, Gorgias, Philebus, Meno, Alcibiades I & II, Charmides, Laches, Lyſis, Menexenus, Politicus. Animadverſiones in alios Dialogos, per has etiam, invitante occaſione, ſparſim expromuntur. Caeterum, ſatis nobis eſt genera earum ſignificaſſe; quandoquidem deinceps eas recenſere infinitum eſt.

Primum genus ponimus, quo partes ac perſonae colloquentium temere confuſae, rectius diſtinguuntur. Cujus generis ſpecimina quum ſatis intelligi nequeant, niſi ipſe liber legatur & cum Platonis exemplo comparetur, defungamur no-

tandis locorum paginis. Videantur igitur p. 1, 27, 35, 36, 45, 48, 55, 81, 82, 103, 116, 136.

Alterum genus eſt, quo verbi unius vel plurium mutatione, ſenſus loci reſtituitur. Veluti p. 17, in Sympoſio p. 216, E: *οὔτ' εἴ τις πλούσιος, οὔτ' εἰ ἄλλην τινὰ τέχνην ἔχων τῶν ὑπὸ τοῦ πλήθους μακαριζομένων· ἡγεῖται δὲ πάντα τὰ κτήματα οὐδενὸς ἄξια, καὶ* ἩΜΑ͂Σ *οὐδὲν εἶναι·* corrigitur ΤΙΜΑ'Σ. Ibidem in Themiſtii Or. II, p. 25, C: *εἰ καὶ ὀφλήσας ποτὲ ἀνδρὶ πλουσίῳ χαλεπῶς τὰ δίκαια* ΠΟΙΗΣΑΙΜΙ· emendatur ΑΠΟΤΙΣΑΙΜΙ. P. 23, in Phaedone p. 108, A: *ἡ μὲν οὖν κοσμία καὶ φρόνιμος ψυχὴ ἕπεταί τε καὶ οὐκ* ΑΓΝΟΕΙ͂ *τὰ παρόντα·* legitur ΑΓΑΝΑΚΤΕΙ͂. P. 28, in Theaeteto p. 149, C, de obſtetricibus dicitur: *δύνανται ἐγείρειν τε τὰς ὠδῖνας καὶ μαλθακωτέρας ὧν ἂν βούλωνται ποιεῖν· καὶ τίκτειν τε δὴ τὰς δυστοκούσας, καὶ ἐὰν* ΝΕ'ΟΝ ὌΝ *δόξῃ ἀμβλίσκειν*, ΑΜΒΛΙΣΚΟΥΣΙΝ· egregia eſt correctio, *καὶ ἐὰν* ΑΝΕΜΙΑΙ͂ΟΝ *δόξῃ, ἀμβλίσκειν·* ultimo verbo omiſſo, ut orto ex antecedente. P. 61. complures loci purgantur ejiciendis gloſſematibus cognitis per adjectas particulas *δηλονότι*, & *δήπουθεν*. P. 68, in Protagora p. 322, B: *ἐρωτᾷ οὖν Ἑρμῆς, δὶα τίνα οὖν τρόπον δοίη δίκην καὶ αἰδῶ ἀνθρώποις·* veriſſime conjicitur, *ἐρωτᾷ οὖν Ἑρμῆς Δία, τίνα οὖν τ. δ.*

δ. κ.

δ. κ. α. ἀ. P. 72. Ibidem p. 342, B: εἰ γνωσθεῖεν ὍΠΕΡ ΕἸΣΙ. mutatur in Ὡι ΠΕΡΙΕΙΣΙ, *qua in re ſuperent.* P. 83, in Cratylo p. 421, A; ἐνταῦθα γὰρ σαφῶς λέγει τοῦτο εἶναι ὈΝΟΜΑΣΜΑ ἐστίν· certa & ingenioſa eſt correctio, — τοῦτο εἶναι ὊΝ ΟΥ ΜΑΙΣΜΑ ἐστίν· ratio eſt in antecedente verbo μαίεσθαι, unde Plato nomen ὄνομα ortum vult; eſſe enim illud ὂν, cujus μαῖσμα, id eſt ζήτημα, ſit. P. 101, in Philebo p. 44, D: εἰ βούλῃ, θείημεν ὁτουοῦν εἴδους τὴν φύσιν ἰδεῖν· corrigitur, εἰ βουληθείημεν ὁτουοῦν ε. τ. φ. ἰ. Contra, ſeparando juvatur Leg. VI, p. 769, B: τε ὡς κάλλιςον, pro vulgato τέως κ. P. 105, ibidem p. 58, E, ξυντεταγμένως mutandum in ξυντεταμένως, *cum ſtudio & intentione:* itemque aliis in locis. P. 109, ibidem p. 63, E: ταύτας μιγνύντας δ' ἀεὶ μετ' ἀφροσύνης — acute disjungitur ita, ταύτας μίγνυ, τὰς δ' ἀεὶ μετ' ἀ. P. 132, Rep. VII, p. 538, C: ἀλλὰ τῇ προσάπτομεν· οὓς τῶν λόγων φέρει ἡ εἰκών; disjungendo & conjungendo vera lectio conſtituitur haec, ἀλλὰ τῇ πρὸς ἁπτομένους τῶν λόγων φ. ἡ. ε. *ſed qua ratione ad illos, qui dialecticae ſtudent, referenda eſt comparatio?*

P. 133, in elegantiſſima deſcriptione civitatis humanae ſub imperio deorum, in Critia p. 109, D, ubi in Graecis editionibus quaedam excidiſſe apparet ex Latina interpretatione Ficini, haec amplius

exhibentis: *at vero, tamquam docile & obediens animal, quaſi ex pupe navem agilem dirigentes, perſuaſione pro gubernaculis utebantur, eaque animam attingebant:* opportune ac docte confirmantur auctoritate Plutarchi hanc loci partem ſpectantis in Praecept. Reip. Ger. p. 801, D. Haec ex multis pauca.

Tertium eſt genus, quod ex aliorum cognitione Scriptorum lucem adfert. Veluti p. 11, in Apolog. Socr. p. 20, E: *οὐ γὰρ ἐμὸν ἐρῶ τὸν λόγον*· notatur imitatio Euripidea, Helen. 520, *Λόγος γάρ ἐστιν οὐκ ἐμὸς, σοφῶν δ' ἔπος* — & notiſſimi illius ex Melanippa a Platone adhibiti in Sympoſ. p. 177, A. P 57, in Euthydemo p. 283, E, dictio *τί μαθὼν*, quam Cornarius tentavit, vindicatur ex uſu Ariſtophanis. P. 79, in Cratylo p. 388, E, vox *ὀνομαθέτης*, quam librarii multis locis in *νομοθέτης* depravarunt, vindicatur. P. 89, Leg. IX, p. 872, A, verbum *κοιμίσῃ* reſtituitur, & multis aliis locis reſtituendum eſſe demonſtratur.

Quartum longe frequentiſſimum eſt genus, poſitum illud in obſervatione dictionum, formularum, conſtructionum Platonicarum. Qua obſervatione, incredibile dictu, quam multi loci vel explicentur, vel ab Editorum temeritate & emendandi libidine vindicentur. Harum dictionum formularumque Heusdius *Indicem* in fine libri exhibuit, certe *lo-*

cum

cum in *Indice Rerum & Verborum* iis dedit; ita tamen, ut magnam earum partem omitteret, ſive per modeſtiam, quod rem non tanti putaret: ſive alia de cauſſa. Nos vero harum in primis rationem habendam cenſemus ad doctrinam de Particulis & Idiotismis, qui vulgo dicuntur, locupletandam, infinitam ſane illam, & per hunc quoque librum aliqua acceſſionis materia auctum. Igitur has in primis laudandas cenſemus exquiſiti uſus obſervationes: p. 3, *οὗτος* & *οὗτος ἀνήρ*, cum tertia perſona verbi, pro ſecunda. P. 5, *ὧδε δὲ σκόπει*· p. 6, *ὀρθῶς ἐςὶ*, pro *ὀρθῶς ἔχει*· p. 8, *νῦν δέ*· p. 12, *μᾶλλον οὕτως ὡς*, pro *μᾶλλον ἤ*· p. 13, *ἢ ἄλλα μυρία ἂν τις ἔχοι λέγειν*· p. 27, de particulae *ἀτὰρ* uſu in oppoſitione. P. 37, *ὁ λόγος ἀποδιδράσκει*, & ſimilia. P. 39, *ἀρξάμενος ἀπό τινος*, in multitudine ſignificanda. P. 40, exempla repetitionum. P. 42, *καταχωννῦναι τὸν λόγον*. P. 44, *εἶναι ἐν πατρὸς ἰδέᾳ*, vel *σχήματι*. P. 48, orationis converſiones. P. 52, *ταχεῖαν ὡς ἐμοὶ σκέψιν ἐπιτάττεις*, *celerem, pro mea tarditate, mihi conſiderationem imponis*. P. 53, repetitio intendens affectum, *ἔστι γὰρ, ἔστι.* — P. 75, *μὲν* ante *δὲ* omiſſum. P. 86, *τοῦ δὴ ἕνεκα λέγω ταῦτα; ὅτι κ. τ. λ.* P. 96, *αὐτὸς*, pro *σὺ* poſitum. P. 111, *εἰ μή τι οὖν ἄλλο, σμικρόν γε.* P. 118, *μᾶλλον* cum Comparativo. Ibid. *ὡς φῂς σὺ, καὶ ἐγὼ πείθομαι.* P. 127, *κατ-αντλεῖν τινὸς γέλωτα*, & ſimilia. P. 129, *ἔοικέ*

γε. Ibid: *ἄτραπος*, *ὁδὸς* & ſimiles tralationes de *ſermone* ac *differendo*. P. 134, *λόγος καὶ ὄνομα*, *definitio & nomen definiendum*.

Sunt quoque aliorum correctiones Scriptorum permultae: in his Xenophontis, Luciani, Maximi Tyrii, Plutarchi, Themiſtii, Stobaei. Neque vero ſilentio praetermittendum eſt, nos in quaedam etiam nobis improbata incidiſſe: veluti p. 11, in Euthyphrone p. 14, D: *Ἄλλο τί;* mutandum dicitur in *Ἀλλ' ἔστι*. P. 54, in Xenophontis loco Epedit. Cyr. Min. II, 1. & p. 122, Platonis Lachete p. 184, C. Huic generi annumeramus locos illos, ubi nos falſo & invidioſo nomine *ſummi viri* afficimur: de quo mutando nos Heusdium ante libri editionem monuiſſe, nunc quoque alios monere debemus; ne ſilentio noſtro tantum nobis honorem habitum probare videamur. Fecit ille quidem noſtri amore: nos vero quotidie magis animadvertimus quantum a ſummo diſtemus; ut bene nobiscum agi putemus, ſi in medio cenſeamur. Cogitemus illud Platonis noſtri, apud quem Socrates moriens Critoni ſuo ſuadet nominum proprietatem ſervare: *εὖ γὰρ ἴσθι —, ὦ ἄριστε Κρίτων, τὸ μὴ καλῶς λέγειν οὐ μόνον εἰς αὐτὸ τοῦτο πλημμελὲς, ἀλλὰ καὶ κακόν τι ἐμποιεῖ ταῖς ψυχαῖς.* Caeterum quo magis Heusdius noſter hoc ſpecimine eam facultatem oſtendit, quae ſperato Platonis editori congruat, eo magis optamus ut ei

Deus

Deus ad tantum munus perficiendum, & animi ſtudium & corporis valetudinem fortunet.

Nec noſtram penitus Epiſtolam praetereamus. Haec duabus quaſi partibus continetur: quarum prior, ut aſſolet, habet teſtificationem amoris, gratulationem editionis, commemorationem mutuae familiaritatis & noviſſimorum temporum, tum vero propriae noſtrae adoleſcentiae, quum Platonis ipſi editionem cogitaremus: quam Heusdio jam ſuſcepturo deſcribimus qualem nobis informaverimus: qua deſcriptione altera pars abſolvitur. Ex hac, quae diximus de officio editoris, malumus in libro legi: quaedam de ipſo Platone paucis notare juvat. Haec ſunt, de Dialogi ad Philoſophiae ſcriptionem adhibiti uſu & origine. Nam Dialogum primus Zeno Eleates ſcripſiſſe fertur: Plato ad dramatis formam redegit, ſecutus poetas tragicos, comicos, mimicos; quod proſam *Philoſophiae* orationem nimium a vetere poeſeos uſurpatione ac ſimilitudine avulſam, propius ad eam denuo revocandam cenſeret. Hinc varietas Dialogorum in genere ſublimi vel tenui, ut item Poëmatum. Quae obſervatio valet adverſus Dionyſium Halicarnaſſeum, hereditario rhetorum odio, Platonis ſcripta reprehendentem. Et videtur Platonis exemplum ad converſionem veteris Comoediae valuiſſe; ut, ejus feſtivitate labibus purgata, ad mediae ac novae Comoediae elegantiam ex-

excoleretur. Caetera ſunt de aliis Dialogorum ſcriptoribus philoſophis, Heraclide Pontico, Dicaearcho, Ariſtone Chio, Clearcho, Stilpone, in primis de Ariſtotele, cujus librorum genera, in his Dialogi, eorumque ratio & Scriptorum hos memorantium loci explicantur.

V.

JANI OTTONIS SLUITER *Lectiones Andocideae. Interjectae ſunt* LUD. CASP. VALCKENARII *ineditae*, *&* JO. LUZACII, *in Andocidem animadverſiones*: *item nonnulla ex codicibus MSS. excerpta. Lugduni-Batavorum apud Haak & Socios* MDCCCIV. 8. *pagg.* 288.

Tertius nobis eſt in hoc laudis ſtadio Sluiterus: cui, in Epiſtola ad Heusdium, librum in manibus eſſe diximus mox edendum, & cathedram Daventrienſem publice gratulati ſumus, ad quam adipiſcendam ei privatim judicii noſtri teſtimonium tribueramus. Hic liber proximo anno prodiit, noſtramque de illo exſpectationem confirmavit; quippe in quo, pro illa ſcriptoris viginti annorum aetate, laudabilis ſane ineſt cum orationis Graecae rerumque Atticarum illius temporis cognitio, tum vero judicandi conjiciendique ſolertia probabilis. Et quandoquidem titulus materiam trium auctorum profitetur, de ſingulis deinceps videamus, & primum de Sluitero.

Andocides habitus quidem eſt in Oratoribus illis decem Atticis, nec tamen in praecipuis, ſed fere in poſtre-

poſtremis. Cicero nullam ejus mentionem facit: alii leviter, & fere cum contemtu: Quinctilianus XII, 10, p. 1090: Hermogenes De Form. II, p. 501: Herodes Atticus apud Philoſtratum, Vit. Soph. II, 1, 14. Horum dicta apponuntur cap. I, p. 4. In primo debebat obſcuritas illuſtrari. Alter minus vere confutatur reprehenſione ſtudii Aſiaticae eloquentiae: in quo Hermogenes certe non peccavit. Herodis dictum Ἀνδοκίδου μὲν βελτίων εἰμί, non modo ad morum, ſed & orationis, vituperium pertinet. Dionyſius Hal. uſitatae dictionis puritatem ei tribuit. Ammianus Marcellinus (editur, *Marcellus*) eum in laudatis Oratoribus numerans, non habet Grammatici auctoritatem. Caeterum concedimus Sluitero, Andocidis orationes lectu eſſe utiliſſimas ad rerum Atticarum & Antiquitatis cognitionem, & dignas in quibus explicandis ipſe ſuam operam collocaret. Et quod addit, ad *eloquentiae exemplum* eas utiliſſimas eſſe, aſſentimus, ad exemplum *cognoſcendum*, non item ad *imitandum*; ſi quidem, ne alia ab Hermogene deſiderata dicamus, perſpicuitatis parum eſt particeps. Erat autem in Sluiteri quoque libro ad perſpicuitatem utile, aliquam notitiam ſtudii hucusque ab hominibus doctis in Andocide edendo emendandoque navati praeponere; ut intelligeretur, quid ante ipſum hoc in opere praeſtitum eſſet: quid inde ab Aldo ad Stephanum & Schot-

tum;

tum: hinc ad Taylorum & Marklandum, qui obiter Andocideas orationes attigerunt: Ruhnkenium, per quem univerſae Oratorum Graecorum Hiſtoriae nova lux oborta eſt: Reiskium, qui quamvis ſuo more, ſubito, & ſine juſto apparatu, editionem omnium, Iſocrate excepto, Oratorum Atticorum adgreſſus, & locum quemque corruptum quaſi curſim arripiens, tamen ſuo ſibi acumine multas egregias & veriſimillimas peperit emendationes, aut per minus veras viam aperuit poſteris, & hujus libri ſcriptori, ad veras inveniendas. Eſt autem hic liber in duodecim capita diſtributus; quorum cuique proſcriptum eſt argumentum notandis verbis & rebus, de quibus agitur. Nos mallemus etiam Indicem rerum & verborum adjectum eſſe: nec in his argumentorum partibus complures exſtare non niſi verbo tenus memoratas, nec explicatione exemplorum illuſtratas.

Jam in magna hujus libri copia & ubertate, quum infinitum ſit omnia recenſere, cumque in hoc genere annotationum & emendationum hujusmodi fere ſoleat cerni varietas, ut aliae nobis manifeſtae accidant vel ad probandum vel ad improbandum, aliae autem longe plurimae ex medio quodam genere ſint, nulla evidente vel veritatis, vel erroris, nota inſignitae, & potius mutationes quam emendationes habeantur; ſpecimina noſtris lectoribus ad judicandum maxime ex illo genere promemus.

Cap.

Cap. I—V. p. 7—98, de gente, majoribus, de vita & factis Andocidis, copioſa & erudita eſt explicatio, eaque ad accuratam rerum Atticarum illius aetatis ſcientiam perutilis: cujus argumenti brevis & exquiſita tractatio prodita a Ruhnkenio in egregia illa Hiſt. Crit. Or. Gr. Sluitero viam & aperire & monſtrare potuit.

P. 15. Andocides, Or. Adverſ. Alcibiad. p. 34, legationem ſuam narrat: ἐγὼ πρεσβεύσας εἰς Θετταλίαν καὶ Μακεδονίαν, καὶ εἰς Μολοσσίαν, καὶ εἰς Θεσπρωτείαν, καὶ εἰς Ἰταλίαν, καὶ εἰς Σικελίαν· quae Pſeudo-Lyſias in rem ſuam convertit, commiſcens legationem cum peregrinatione: διώχληκε πόλεις πολλὰς ἐν τῇ ἀποδημίᾳ, Σικελίαν, Ἰταλίαν, Πελοπόννησον, Θετταλίαν, Ἑλλήσποντον, Ἰωνίαν, Κύπρον· hoc partim monuerat Ruhnkenius, aliter Taylorus acceperat. Sluiterus: *miror*, inquit, *virorum ſagaciſſimorum neutrum animadvertiſſe, non de eadem re loqui Pſeudo-Lyſiam, de qua dicit Andocides: non enim ille agit de legatione Andocidis, ſed peregrinatione ejus poſt piaculi erga Hermas accuſationem.* Et nos miramur, Sluiterum non animadvertiſſe, legationem & peregrinationem Andocidis a Pſeudo-Lyſia confundi.

P. 17—21, ex Valckenarii Adverſariis refertur confutatio rationum Taylori orationem Andocideam adverſus Alcibiadem Phaeaci vindicare conati: quod argumentum tractavit item egregie Ruhn-

Ruhnkenius in Hiſt. Crit. Or. Gr. Sluiterus epilogum ſubdit hunc: *Haec a ſummo Valckenario in Adverſariorum libros fuerunt relata aeſtate anni 1756, ad finem vergente: quae ſi quis comparet cum Hiſtoria Critica Oratorum Gr. duodecim poſt annos a Cl. Ruhnkenio edita; (cum verba quibus uterque pariter utitur, in iſtis Adverſariis reperiantur) facile animadvertet, plura eorum, quae a Valckenario acceperat, in ſuos uſus a Ruhnkenio, probante illo, fuiſſe converſa.* Haec dolemus Sluitero excidiſſe, in quibus & modeſtiam ejus & judicium deſideramus. Quid aliud eſt mortuorum magnorumque famae virorum labem adſpergere, ſi hoc non eſt? Perniciofus mos: & mature cavendus in juventute ab iis, quos ipſa ſibi ſtudiorum auſpices elegerit. Tales ſuſpiciones ex Adverſariis venari & promere, minutae invidiolae ſpeciem habet. Nam quod verbis quibusdam in eodem argumento *uterque pariter utitur*, id vero arguere, eſt ſane parum acuti, nec ad criticam conjecturam exercitati. Itane Ruhnkenius illa levitate erat & doctrinae penuria, ut res & verba Valckenario ſubiegeret? Ruhnkenium ſi minus ipſe cognovit, poterat ex utroque ſuo in Literis doctore audire quantus vir fuiſſet, quantumque uterque illi deberet.

P. 28. De Pericle ait, auctore Ariſtophane *Pac. 606*, eum belli Peloponneſii cauſſam fuiſſe,

cum

eum pecuniam publicam minus bene adminiſtraſſet, ejusque adminiſtrationis rationem reddere vereretur, aliis rebus populum implicare ſtuduit. Hanc cauſſam Pericli hujus belli ſuſcipiendi fuiſſe, jactarunt ejus inimici & Comici: plane abhorrentem ab animo tanti viri. Vera fuit cauſſa, cupiditas patriae augendae, Spartanorum invidia, ut ex Hiſtoricis conſtat graviſſimis, Thucydide I, 23, 24, 56, 88, II, 1, viri incorruptum animum & egregias virtutes laudante, II, 65: Plutarcho in Pericle p. 162, D, & 168, 169, iſta malevolorum crimina diluente. Accedit teſtimonium Ariſtidis in Orat. Platon. II, p. 137, & 149: tum vero ſilentium Platonis in Gorgia, reprehendentis Periclem, nec iſtiusmodi criminum ſuſpicionem moventis. Quorum ſi qua fuit ſpecies veri, pertinebat ad occaſionem & initium belli, non ad cauſſam, quippe diu antea utrimque agitati ac deſtinati. Poſtea demum Hiſtorici haec e Comicis ſuſceperunt, quum hiſtoria rhetorice ad delectationem converti coepiſſet. Ex his *fontibus* fluxit illa de Alcibiade narratiuncula, relata a Diodoro Sic. XII, 38, cujus monito Periclem belli initium feciſſe. Quod ſimpliciter refert Plutarchus in Alcibiade p. 194, E: Apophthegm. p. 186, E, nulla belli per hanc cauſſam ſuſcepti mentione: Ἐλθὼν δὲ ἐπὶ τὰς θύρας τοῦ Περικλέους, καὶ πυθόμενος αὐτὸν μὴ σχολάζειν, ἀλλὰ σκοπεῖν

ὅπως

ὅπως ἀποδώσει λόγους Ἀθηναίοις, Οὐ βέλτιον, ἔφη, σκοπεῖν ἦν, ὅπως οὐκ ἀποδώσει. Repoſuit fabulam quoque Valerius Maximus III, 1. Ext: *Alcibiades — cum adhuc puer ad Periclem avunculum ſuum veniſſet, eumque ſecreto triſtem ſedentem vidiſſet, interrogavit, quid ita tantam in vultu confuſionem gereret? At illo dicente, mandato ſe civitatis Propylaea Minervae, quae ſunt januae arcis, aedificaſſe, conſumtaque in id opus ingenti pecunia, non invenire quo pacto miniſterii rationem redderet, atque ideo contriſtari: Ergo, inquit, quaere potius quemadmodum rationem non reddas. Itaque vir ampliſſimus atque prudentiſſimus ſuo conſilio defectus, puerili uſus eſt, atque id egit, ut Athenienſes finitimo implicati bello, rationibus exigendis non vacarent.* Hoc erat hiſtoriam rhetorice & comice ornare: illa vera & vulgaris cauſſa belli nullam præbebat materiam ad ornatum: in quo inſtituto Hiſtoricos feſtive reprehendit Cicero Brut. 11. Sed recentiorum, etiam diligentiorum, in libris iſta de Pericle cauſſa fertur, Petavii adeo Rationar. Temp. III, 3, 9. Prudentius agunt Voſſius Opp. T. IV, p. 14, & Cellarius Compend. Hiſt. Antiq., qui omittunt. Nam compilatores non moramur.

Eſt hic a malevolentia profectus error, in hiſtoria de magnis viris maledicam famam captare, eorumque factis & conſiliis bifariam honeſte & ſe-

cus proditis, honeſtiorem rationem praeterire, ac deteriorem ſequi. Quod vitium prudenter notavit Plutarchus in libello de Malignitate Herodoti: quem libellum ut aliis in locis improbamus, ita in hoc omnes recte ſentientes probant, quod ait p. 855, F, &, in gratiam liberalis doctrinae ſtudioſorum, ex noſtra editione apponere juvat: *Τέταρτον τοίνυν τίθεμαι σημεῖον οὐκ εὐμενοῦς ἐν ἱστορίᾳ τρόπου, τὸ δυοῖν ἢ πλειόνων περὶ ταυτοῦ λόγων ὄντων, τῷ χείρονι προστίθεσθαι. Τοῖς γὰρ σοφισταῖς ἐφεῖται πρὸς ἐργασίαν ἢ δόξαν ἔστιν ὅτε τῶν λόγων κοσμεῖν τὸν ἥττονα παραλαμβάνοντας· οὐ γὰρ ἐμποιοῦσι πίστιν ἰσχυρὰν περὶ τοῦ πράγματος, οὐδὲ ἀρνοῦνται πολλάκις εἰς τὸ παράδοξον ἐπιχειρεῖν ὑπὲρ τῶν ἀπίστων· ὁ δὲ ἱστορίαν γράφων, ἃ μὲν οἶδεν ἀληθῆ, λέγειν δίκαιός ἐστι· τῶν δὲ ἀδήλων τὰ βελτίονα δοκεῖν ἀληθῶς λέγεσθαι μᾶλλον ἢ τὰ χείρονα. Πολλοὶ δὲ ὅλως τὰ χείρονα παραλείπουσι· ὥσπερ ἀμέλει περὶ Θεμιστοκλέους Ἔφορος μὲν εἰπὼν, ὅτι τὴν Παυσανίου προδοσίαν ἔγνω, καὶ τὰ πρασσόμενα πρὸς τοὺς βασιλέως στρατηγοὺς, ἀλλ' οὐκ ἐπείσθη, οὐδὲ προσεδέξατο κοινουμένου καὶ παρακαλοῦντος αὐτὸν ἐπὶ τὰς ἐλπίδας· Θουκυδίδης δὲ καὶ τοπαράπαν τὸν λόγον τοῦτον ὡς κατεγνωκὼς παρῆκεν. Ἔτι τοίνυν ἐπὶ τῶν ὁμολογουμένων πεπρᾶχθαι, τὴν δ' αἰτίαν ὑφ' ἧς πέπρακται καὶ τὴν διάνοιαν ἐχόντων ἄδηλον, ὁ πρὸς τὸ χεῖρον εἰκάζων δυσμενής ἐστι καὶ κακοήθης· ὥσπερ οἱ κωμικοὶ*

τὸν

τὸν πόλεμον ὑπὸ τοῦ Περικλέους ἐκκεκαῦσθαι δι' Ἀσπασίαν ἢ διὰ Φειδίαν ἀποφαίνοντες, οὐ φιλοτιμίᾳ τινὶ καὶ φιλονεικίᾳ μᾶλλον στορέσαι τὸ φρόνημα Πελοποννησίων καὶ μηδενὸς ὑφεῖσθαι Λακεδαιμονίοις θελήσαντος. Εἰ μὲν γάρ τις ἐν εὐδοκιμοῦσιν ἔργοις καὶ πράγμασιν ἐπαινουμένοις αἰτίαν φαύλην ὑποτίθησι καὶ κατάγεται ταῖς διαβολαῖς εἰς ὑποψίας ἀτόπους περὶ τῆς ἐν ἀφανεῖ προαιρέσεως τοῦ πράξαντος αὐτοῦ, τὸ πεπραγμένον οὐ δυνάμενος ψέγειν (ὥσπερ οἱ τὸν ὑπὸ Θήβης Ἀλεξάνδρου τοῦ τυράννου φόνον, οὐ μεγαλονοίας οὐδὲ μισοπονηρίας, ζήλου δέ τινος ἔργον καὶ πάθους γυναικείου τιθέμενοι· καὶ Κάτωνα λέγοντες, ἑαυτὸν ἀνελεῖν, δείσαντα τὸν μετ' αἰκίας θάνατον ὑπὸ Καίσαρος) εὔδηλον ὅτι φθόνου καὶ κακονοίας ὑπερβολὴν οὐ λέλοιπε. „ Quartum ergo ſignum pono ingenii in hiſtoria ſcribenda parum aequi, cum duo aut plures una de re ſermones feruntur, deteriorem amplecti. Sophiſtis quidem conceſſum eſt, lucri aut gloriae cauſſa ſententiam pejorem ſibi defendendam ſumere; non enim fidem validam faciunt de rebus, & plerumque non negant gaudere ſe abſurdis & incredibilibus probabilitatem conciliando. Qui vero hiſtoriam ſcribit, debet, quae vera ſcit, ſcribere: de incertis putare, meliora rectius quam pejora prodi. Et ſunt, qui pejora omnino praetermittant. Veluti Ephorus de Themiſtocle ſcribit, *cum Pauſaniae proditionem, & quae*

„ *cum regis Perſarum ducibus ageret, cognoviſſe:*
„ *non tamen pactum eſſe, ſibi hoc perſuaderi, ne-*
„ *que admiſiſſe Pauſaniam ſe ad ſpem ſocietatis*
„ *invitantem.* Thucydides vero etiam, ut pror-
„ ſus falſum repudians, omiſit. Porro de rebus,
„ quas geſtas conſtat, cauſſa autem & conſilium
„ latent, malignus eſt & inimicus, qui in dete-
„ riorem partem conjecturas facit: ut Comici, *bel-*
„ *lum a Pericle propter Aſpaſiam vel Phidiam*
„ *incenſum fuiſſe*, dicentes, non animi magnitudi-
„ ne & ſtudio contendendi, retundere faſtum Pe-
„ loponneſiorum, & nulla in re concedere Lace-
„ daemoniis, conante. Si quis enim praeclaris
„ & laudatis factis ac rebus cauſſas ſubjicit vitio-
„ ſas, calumniando in ſiniſtras ſe immittit ſuſpicio-
„ nes de latente ejus, qui rem geſſit, conſilio,
„ quum ipſum factum palam vituperare non poſſit:
„ (veluti, qui *caedem Alexandri Pheraeorum*
„ *tyranni a Theba perpetratam*, *non animi mag-*
„ *nitudini & odio malitiae*, *ſed obtrectationi &*
„ *affectui muliebri*, imputant: aut, qui *Catonem*
„ ajunt *mortem ſibi conſciviſſe*, *metuentem ne*
„ *Caeſar ipſum turpi morte afficeret:*) hic igitur
„ manifeſto ad ſummam invidiam & malignitatem
„ nil ſibi fecit reliqui." Ergo graviorum potius
auctorum fides ac diligentia, quam leviorum te-
meritas ac maledicentia, ſequenda erat ſcribere
volenti & hiſtorice, & de tanto viro. Quod nos
qui-

quidem in noſtris de Hiſtoria Univerſali ſcholis, quibus item uſus eſt ſcriptor hujus libri, & facere & monere ſolemus.

P. 30. In numero copiarum ab Athenienſibus in Siciliam miſſarum, Diodorum Siculum & Plutarchum, communem auctorem Thucydidem VI, 43, ſecutos, ait S. Nobis Diodorus alium, Plutarchus Thucydidem, ſecutus videtur. Et in hujus verbis animadverti debebat omiſſio numeri quae a librariis venit: *ὁπλίταις δὲ τοῖς ξύμπασιν ἑκατὸν καὶ πεντακισχιλίοις· καὶ τούτων Ἀθηναίων μὲν αὐτῶν ἦσαν πεντακόσιοι μὲν καὶ χίλιοι ἐκ καταλόγου, ἑπτακόσιοι δὲ θῆτες ἐπιβάται τῶν νεῶν· ξύμμαχοι δὲ οἱ ἄλλοι ξυνεστράτευον, οἱ μὲν τῶν ὑπηκόων, οἱ δ' Ἀργείων πεντακόσιοι, καὶ Μαντινέων, καὶ μισθοφόρων πεντήκοντα καὶ διακόσιοι·* haec eſt recenſio peditum gravis armaturae: in qua facile apparet poſt *ὑπηκόων* & *Μαντινέων*, numeros excidiſſe.

P. 32—51. Docta expromitur recenſio de Hermis, id eſt, Mercurii ſtatuis apud Athenienſes: ſed ex libro ipſo cognoſcenda. Auctorum loci, quorum correctiones argumentum capitis hujus profitetur, animadvertantur: *Cornuti γενειῶντας τῶν Ἑρμῶν*, pro corrupto *γεννῶντας τὸν Ἑρμῆν*, jam Thomas Galeus in ſua editione notaverat. *Plutarchi* nullam invenimus niſi noſtram, p. 33. Nam p. 51, quod locus ex Nicia citatur p. 531, E, *κείμενον πρὸ τῆς τότε οὔσης Ἀνδοκίδου οἰκείας·*

 (l. οἰ-

(l. *οἰκίας*) eſt typographi error: Stephani & aliae editiones dant *οἰκίας*. Quis talia in emendationibus numeret? Pauſaniae p. 43, ubi pro *παρ' ὃ* conjicitur *Παρθένιον*, item fecit nuperus editor Facius; & S. agnoſcit poſſe in Sylburgiana correctione *Πάρνων* acquieſci. Harpocrationis p. 36, in Voce *Ἑρμαῖ*, pro *Θρακῶν στοά*, S. recte vidit *Ἑρμῶν στοά* legendum eſſe. Ejusdem p. 41, quod ex codice Mediceo adfert Gronovius, *τοῦτον δέ φησι Φιλόχορος ἐν τρίτῃ Εὐκλείδην ἀναθεῖναι ἀγκύλησι*: minime, ut Sluitero videtur, *ex vitioſa ſcriptura ejusdem loci, qui in vulgatis Harpocrationis Edd. citatur, depravata ſunt.* Eumdem Harpocrationis locum ex MS. Vaticano citat eruditiſſimus Baſtius in Epiſtola Critica p. 57, docens, auctoribus Alciphrone III, 43, & Lexico Rhet. Sangermanenſi MS., *Ἀγκύλην* fuiſſe pagum Atticum. Denique in Lege Attica cognita e Cicerone Leg. II, 26, de ſepulcro: *neque id opere tectorio exornari, nec Hermas hos, quos vocant, licebat imponi:* ratio habenda erat verae lectionis *tectorio*, non reponi *textorio*.

P. 52—77. Hiſtoriae Atticae locus de praeciſis per nocturnam quorumdam petulantiam Hermis, indeque orto tumultu, delationibus, judiciis, quibus & Andocides implicitus fuit, & rei exitu: hic igitur locus, dijudicandis auctoribus, diligenter ac perſpicue explicatur. Recte animadvertitur, in

in loco Pſeudo-Plutarchi in Vita Andocidis p. 834, D, verba προσαμαρτῶν μυστήρια delenda eſſe, ut librarii errore perperam repetita ex priore loco — C, αἰτιαθεὶς ἀσεβεῖν, ὡς καὶ αὐτὸς τοὺς Ἑρμᾶς περικόψας, καὶ εἰς τὰ Δήμητρος ἁμαρτῶν μυστήρια. Caeterum hujus libri rationem & auctoritatem rectius cepiſſet, ſi memoria tenuiſſet Ruhnkenii admonitionem in Hiſtoria Crit. Or. Gr. p. 46. Librum aliquem De Vitis X Oratorum ſcripſit Plutarchus, ut conſtat ex Indice Lampriae: quem librum poſteriores Grammatici ac librarii mutilarunt & interpolarunt, atque ita immutatum editionibus X Oratorum praeponere ſolebant. Talem editionem nactus Photius, horum cenſuram agere inſtituens, in praemiſſo Vitarum Volumine excerpendo ſubſtitit; niſi forte etiam Excerpta ex Oratoribus, quae perierunt, ſubjunxit. Plutarchi germano libro deperdito, librarii Volumini operum ejus hunc transformatum adjecerunt. Sed hoc uberius declarabimus in noſtra editione. Illud hoc in Capite notandum eſt p. 54, verba Plutarchi Alcibiad. p. 200, C, perperam tentari, quippe plana & expedita.

Cap. V, reliquam Andocidis vitam complectitur. Puella ἐπίκληρος quae fuerit, quo jure & conditione, copioſe exponitur. Pſeudo-Plutarchus rurſus tentatur, minus quidem recte p. 79: cujus in Vita Andocidis ſub finem legitur, ἐχορήγησε

 xu-

κυκλίῳ χορῷ τῇ αὐτοῦ φυλῇ ἀγωνιζομένῳ διθυράμβῳ· Sluiterus, vitium a Tayloro relictum eluere ſe profitens, perperam corrigit ἀγωνιζομένοις. Res ipſa poſtulat, ἀγωνιζομένῃ: ut noſtra dant codicum excerpta, E, & Mez: praeterea κύκλιον χορὸν, non ſine ratione reponit Jac. Perizonius ad Aeliani Var. Hiſt. X, 6, p. 652, b, in fine. Et p. 89, in Lege apud Demoſthenem, quandoquidem ad verba πρὸς οἷς αὐτῆς, additur *ita lege cum Lambino & Reiskio*, addendum erat, quae ſit hujus dictionis ratio, quae lectio antea vulgata, quare ita potius legendum ſit quam cum Wolfio πρὸς τοῖς αὐτῆς. Tum p. 96, inquit, *Melitus, idem, credo, qui Socratem accuſavit.* Nimis facile credit nominis communioni.

Cap. VI & VII, argumentum eſt tractatio Orationis De Myſteriis: habet quaedam diligenter & docte animadverſa de cauſſa ἐνδείξεως: de litium εἰσαγωγῇ, quorum fuerit magiſtratuum: de dictione παραδιδόναι τῷ δικαστηρίῳ· aliquid de compluribus Phrynichis: Heliaea: munere Regis Sacrorum, & Ἀρχώνου: de hoc quidem ex Valckenarii Adverſariis. Habet quoque probabiles nonnullas emendationes. In his p. 107, Ἀλκιβιάδην — τὰ μυστήρια ποιοῦντα ἐν οἰκίᾳ μεθ' ἑτέρων· cui ſubſtituitur ἑταίρων· atque item in Xenophonte Hellenic. II, 3, 18, ut nos jam correxeramus in Selectis Hiſt. Gr. p. 404. Porro p. 109: Σπεύσιππος δὲ βου-

βουλεύων παραδίδωσιν αὐτοὺς τῷ δικαστηρίῳ· corrigitur βασιλεύων, *Regis Sacrorum munere fungens.* Deinde p. 115, ex Galeno, locum Andocidis citante, verior lectio effingitur. Tum p. 135, locus impeditus expeditur ſupplendis verbis, quae exciderant, & annotata exſtant cum aliis animadverſionibus ac variis lectionibus ab homine docto, ſed ſine ejus nomine, in margine exempli Aldini, quod eſt in bibliotheca Leidenſi. Turbata verba transponuntur, p. 149. Vera eſt correctio p. 157, ἀνατέτροπεν ἐκείνου τὸν πλοῦτον, pro ἀνατέτροφεν. Item p. 161, αἰκίαις ταῖς μεγίσταις περίεπεσον, acute conjicitur ἀτυχίαις τ. μ. π. Sed in proximis deinceps, καὶ τὰ σφέτερα αὐτῶν αἰκισθέντες ἀπέθανον, ſuſpicio dilui debebat de illis σφέτερα αὐτῶν; ſi quidem ſenſus haec non requirere videtur. Denique p. 164, in fine Orationis, ὑμεῖς τοίνυν ἀντὶ πατρὸς ἐμοὶ, καὶ ἀντὶ ἀδελφῶν, καὶ ἀντὶ παίδων γένεσθε· eleganter comparatur cum Poetarum locis v. c. Homeri Il. Z, 429 & aliis.

At vero diſſentimus in quibusdam locis. P. 104: ἔστι δὲ καὶ πλεύσαντι εἰς Κύπρον, ὅθενπερ ἥκει, γῆ πολλὴ καὶ ἀγαθὴ διδομένη καὶ δωρεὰ ὑπάρχουσα· Sluiterus prò δωρεὰ ὑπάρχουσα ab auctore ſcriptum fuiſſe ſuſpicatur καὶ χωρία ἐπαρκοῦντα. At mutatio eſt nimia: nec verbum ἐπαρκεῖν, *ſuppeditare*, ſatis aptum huic loco. Propius ad verum

accedamus legendo, — γῆ πολλὴ καὶ ἀγαθὴ, καὶ διδομένη δωρεὰ, καὶ ὑπάρχουσα, hac ſententia, *adeſt vero etiam Andocidi in Cyprum, unde venit, naviganti, multa bonaque terra, & donata, & propriis pecuniis parta.* Atticorum conſuetudine τὰ ὑπάρχοντα ſunt *propria bona*, item *patrimonium:* opponuntur bonis aliunde, vel recte, vel minus recte, acquiſitis: quod uberius demonſtrabimus ad Plutarchum, apud quem aliquoties dicitur *valere potentia* ἐξ οὐχ ὑπαρχόντων, *alienis opibus, aliunde acquiſitis, non propriis.*

P. 107. Τάδε δὲ ὑμῶν δέομαι — ἀκροασαμένους δὲ διὰ τέλους τῆς ἀπολογίας, τότε ἤδη ψηφίζεσθαι τοῦθ' ὅ, τι ἂν ὑμῖν αὐτοῖς ἄριστον καὶ εὐορκότατον νομίζητε εἶναι. Primum, locus ſine novis mendis erat apponendus iſtis ὅτι & εὐορκώτατον: deinde neminem morari debebat, quippe & ſanus & planus. Sed quia ex Scaligeri ſchedis, pro ὅ, τι, adfertur ὅτε, quod nihili eſt, Reiskius illius, credo, nominis auctoritate in ſuſpicionem vitii inductus, hanc notulam appoſuit: *affertur e ſchedis Scaligeri* ὅτε: *quod quid ſibi velit haud intelligo: ſine dubio vitioſum eſt.* Sluiterus eadem contagione, *Illud*, inquit, ἤδη, *quod certiſſime corruptum eſt, ſummum Joſephum Scaligerum in errorem induxit, qui, pro* ὅ, τι *reponens* ὅτε, *vitium vitio cumulavit. Videtur omnis difficultas tolli, ſi, una litera detracta, legamus* τότε δὴ, *cujus formulae* fre-

frequentem eſſe uſum in ejuſmodi ἀναλήψει *ſententiae, nemo eſt aliquanto literarum peritior, qui ignoret.* Atqui ἤδη certiſſime corruptum eſſe, nos certe non videmus; quippe & uſitatum, & huic loco aptum, cujus haec eſt ſententia: *Oro autem vos, ut — audita demum usque ad finem mea defenſione, tunc demum veſtris ſententiis conſtituatis id, quod & vobis ipſis optimum, & cum jurisjurandi religione convenientiſſimum, eſſe putetis.* Ex adverſariis Scaligeranis in antiquos Auctores alios etiam notata feruntur, non ſatis diligenter in editionibus expreſſa: quorum ſi quid ita ineptum eſt ut iſtud ὅτε, certe pro Scaligerano non eſt habendum. Omnino autem de tantis viris majore cum reverentia pronunciandum eſt.

P. 113. Καὶ γὰρ οἱ λόγοι τῶν κατηγόρων ταῦτα τὰ δεινὰ καὶ φρικώδη ἀνωρθίαζον, καὶ λόγους εἶπον ὡς κ. τ. λ. Et Reiskius vidit λόγοι & λόγους non ſatis congruere, ſed ferendum judicat in hujusmodi ſcriptoribus ἀκόμψοις. Magis aſſentimus Sluitero, vitium eſſe in his verbis: ſed diſſentimus, id ita corrigendum eſſe ut ſcribatur K. γ. οἱ λόγιοι — καὶ ἀλόγως εἶπον. — Quae eſt mutatio, non emendatio. Nomen λόγιοι *docti*, *hiſtoriae periti*, nimis eſt honorificum, quam ut orator eo accuſatores ſuos affeciſſe videatur. Potius ſcripſerit, οἱ πολλοὶ, *plerique*, & ſequens λόγους retineamus. Poterat & ſcriptum fuiſſe, Καὶ γὰρ οἱ λογο-

πο-

ποιοῦντες τῶν κατηγόρων· ut fere ipſe alio loco dicit p. 8, 15: ἃ ἐλογοποίουν οἱ ἐχθροὶ περὶ ἐμοῦ. — Sed quo plura potuerunt fuiſſe, eo minus unumquodque habet probabilitatis.

P. 116. Τοὺς δ' ἱππεῖς ἔτι νυκτὸς σημῆναι τῇ σάλπιγγι ἥκειν εἰς τὸ Ἀνάκειον. Quod hae res non noctu, ſed interdiu, geſta eſſent, Sluiterus legendum putat ἐπὶ νυκτὸς, vel ἐπὶ νύκτα, *ſub noctem:* quaſi haec eſſet Graeca dictio; quod ſi nobis perſuadere vellet, exempla ex Auctoribus debebat apponere; quae nulla appoſuit. Nos locum ita accipimus: Senatus juſſit τοὺς στρατηγοὺς ἀνειπεῖν, promulgare voce praeconis, ut cives certis locis convenirent alii aliis, equites autem adhuc noctu tuba ſignum darent, ad quod ſignum in Anaceum venirent. Equites, equos & armaturam minus in promtu habentes, ad ſtationem obeundam ſerius parati futuri erant, quam reliqui cives. Porro, ſi noctu ſignum tubae ſono dandum erat, duces etiam in militia hoc antea monere ſolebant; ne alii per ejus rei ignorationem, ad inexſpectatum tubae ſonitum, majoris periculi metu perturbarentur.

P. 117. Φρύνιχος ὁ ὀρχησάμενος, *Phrynichus, qui ſaltavit*, Reiskium male habuit, & ad corrigendum provocavit. Recte Sluiterus monet, hunc eſſe Phrynichum ſaltatorem tragicum: &, poſt Meurſium ac Fabricium, complures *Phrynichos* illa aetate Athenis cognitos diſtinguit; certe diſtinguere

guere conatur; nam ne nunc quidem hic locus expeditus eſt: quem attigerat etiam Perizonius ad Aeliani Var. Hiſt. III, 8, nec ſilentio praetereundus. Dictio exquiſita ὁ ὀρχησάμενος, pro χορευτὴς, vel ὀρχηστὴς, exemplis firmanda erat. Plutarchus quidem hunc facit poetam tragicum σχημάτων inventione nobilem, Sympoſ. VIII, 9, p. 732, E, Epigramma, quaſi ab eo factum, ſubjungens: Φρύνιχος ὁ τῶν τραγῳδιῶν ποιητὴς περὶ αὑτοῦ φησιν, ὅτι, Σχήματα δ' ὄρχησις τόσα μοι πόρεν ὅσσ' ἐνὶ πόντῳ Κύματα ποιεῖται χείματι νὺξ ὀλοή.

Sed videmus hanc libri deſcriptionem longiorem fore, quam pro noſtris finibus; ſi quidem reliquas Sluiteri animadverſiones recenſere pergamus. Igitur his aliud tempus dabimus. Nunc, de ejus dictione Latina moneamus; & ſymbolas, quas titulus profitetur, ſpectemus.

Nam quod in praefatione modeſte fatetur: *ſenſi etiam interdum me a probae Latinitatis ratione aberraſſe, quae per feſtinationem aut imprudentiam mihi excidiſſe piget, quandoquidem meliora ſcientem peccare turpe eſt:* hoc ipſum nec ſatis perſpicuum, nec ad grammaticam rationem exactum, facile incidat vel in reprehenſores, qui quaerant, quae ſit hujus confeſſionis ſententia, aut quare ſcriptor errores, libro demum abſoluto, cognitos in Addendis non correxerit: vel in imperitos, qui plures etiam, quam ſunt, errores a ſcri-

ſcriptore admiſſos eſſe ſuſpicentur. Huc accedit, quod ſcriptor ſe noſtra in Literis Latinis & ſtilo inſtitutione uſum profitetur; ut haud temere quis noſtro ſilentio in eam opinionem inducatur, nos Latinitatem hujus libri totam probare. Quod ſane ſecus eſt. Horum igitur ſuſpicioni ut occurramus, & debitam ſcriptori laudem vindicemus; noſtrum hoc loco judicium profitemur. Nos in Latinitate ac dictione hujus libri agnoſcimus elegantiae ſtudium ac progreſſum, puritatem univerſe in vitandis vocabulis ac formulis barbaris, frequentibus illis hodieque hominum ſaepe etiam doctorum conſuetudine. Videmus vero etiam ſubinde a recta via aberratum eſſe; idque eo nobis magis inexſpectatum accidit, quo majorem operam & in ſcholis noſtris, & in familiaribus ſermonibus, ſtilo Latino excolendo dedit, & ſubinde nobis ſpecimen progymnasmatis attulit, hujus quidem libri ſtilo praeferendum. Sed quum bene ſcribendi fundamentum ſit bene cogitare, hoc quam late pateat, longum eſt exponere. Illud tenendum, bene cogitata, tamquam materiam, ſubeſſe debere, eaque veſtienda eſſe oratione, pure, perſpicue, ſuaviter, ſaepe etiam graviter. Quamquam gravitas in iſtiusmodi argumento grammatico non requiritur, immo reprehenditur, ſi in rebus parvis augendis expromitur: quod ſcriptor ne aliquoties admiſerit, videat.

Ma-

Magis poſtulatur ſuavitas, hactenus certe, ut lectorem teneat, ejusque taedio occurrat. Maxime autem debitae & neceſſariae ſunt, puritas & perſpicuitas: quas ſubinde in hoc libro neglectas reperimus. Hujusmodi ſunt, p. 2, *facem praelucere:* non probum. P. 29, *Athenienſes — qui ſatis habebant, ſi ſua tueri poſſent, Siciliam, Carthaginem, totamque Africam mente ac cogitatione ſunt complexi:* immo! *ſatis habere debebant*; ſiquidem *ſatis habere* eſt *contentum eſſe*. P. 31, *Illi quos ſingulatim recenſet Thucydides, ſi ſimul computentur nondum* 3000 *faciunt:* ex hodierna conſuetudine fluxit *faciunt:* rectius dicatur *efficiunt*, *ſunt*. P. 37, item: *Hermae quos Hipparchus, Piſiſtrati filiorum natu maximus, erigi curaverat;* melius erat, *ſtatui*, *poni*; nam *eriguntur* lapſi & jacentes. P. 57: *poenae immunitas promittebatur ei, qui, facinoris ipſe conſcius alios indicaſſet;* requiritur *conſors*, *ſocius*, *particeps*, quem poſteri *complicem* dixerunt. P. 62: *Athenienſium, in Sicilia, miſſo Gylippo, caeſus eſt exercitus, & Decelea ejus conſilio munita:* — cujus conſilio? certe Alcibiadis, non Gylippi: atqui hunc ſignificat conſtructio. P. 80. *Quod ut tutius meliusque facere poſſimus.* — in rebus externis dicitur *tutus*, qui muro, armis, aliorum auxilio, aut ſua prudentia, adverſus inſidias aut vim, tectus, munitus, ſeptus, eſt: hoc

hoc loco requirebatur, *certius*, *eo minore cum erroris periculo*, cet. P. 86, *ſecundo poſt pubertatem anno*, *aetatis vigeſimo*, *bona paterna & avita ſibi acquirebat:* quae noſtro ipſi ſtudio nobis comparamus, ea dicimur *acquirere*, quaſi quaerendo addere iis, quae jam habemus, bonis, προσκτᾶσθαι τοῖς ὑπάρχουσι; igitur accuratius dicatur *compos*, *dominus*, *poſſeſſor fiebat*, *in poſſeſſione ponebatur*, cet: porro ambiguitati cavendae aptius fuerat *ſecundo pubertatis anno*; ſi quidem alterum de annis poſt finitam pubertatem accipi poſſit. P. 87, *matri alimenta praeſtare tenebatur:* ſuſpecta nec ullius auctoritatis Latinitas verbi *teneri*. P. 98, *Jam vero de ſcriptis illius videamus*, *& ad partem criticam accedamus:* quaſi vero prior pars, quae eſt de vita & rebus Andocidis, non item e *critico* genere fuiſſet. P. 120, *conjicit an legendum ſit*: proba conſtructio poſtulat, *conjicit*, *legendum eſſe*. P. 121, *Reiske*, barbare! quidni, ut alibi, *Reiskius?* Latine ſcribentes, Latinorum morem ſequi debemus, qui peregrinis nominibus, niſi cum Latina ratione convenirent, Latinas terminationes addebant. Atqui ſic hodieque uſurpantur *Canterus*, *Stephanus*, *Muretus*, *Bentlejus*, & omnia nomina propria. Et hodierni populi v. c. *Londinum*, ſuo more Angli, ſuo Franci terminant. Haec aliorum cauſſa monemus. Nam Sluitero quidem nota ſunt.

P. 137:

P. 137, *ſermonem ad totum populum dirigit.* P. 169, *clamat homo & perorat:* atqui *perorare* in bonam partem dicitur. P. 216, *tot annos elapſos eſſe*, frequens hodiernis, nec probum: Latinum eſt, *praeterlapſos eſſe*, *praeteriiſſe.* P. 219, Plutarchus dicitur *Biographus*, quae ne Graeca quidem eſt proba vox, ſed ex hodierna noſtrorum populorum fabrica. P. 223. *Alludere Andocidem ad officia Epiſtatae* — verbum *alludere* hoc ſenſu recentiore aetate tritum, a Latinitate alienum.

Neque tamen haec eo valent, ut abjiciamus ſpem noſtram, quam de ſcriptore habuimus, eum aliquando, ſi hoc ſtudium diligenter perſequatur, in bene Latine ſcribentibus numeratum iri.

Magnam adfert hic liber commendationem nominis Valckenariani. Hujus viri annotationes editor habuit, ex ejus Adverſariis, apud heredes ſervatis, *penes quos*, ut ait, *immenſus adhucdum remanet annotationum et collectaneorum theſaurus.* Rectius erat, *adhuc* — *ſupereſt.* Caeterum, & patris : Literarum cauſſa nominatim memorari poterat eres Janus Valckenarius, elegantis ingenii doctrinaeque vir: qui paternae diſciplinae eruditionem l Jurisprudentiam retulit, ejusque docendae muneribus Franequerae, tum Leidae geſtis, deinde l Hiſpaniae Regem legatione Reipublicae cauſſa nctus, nunc agri culturae & Muſis ſtudet.

Valckenarianae annotationes ſane tanto dignae

ſunt viro: nec tamen ad editionem confectae, ſed, ut in Adverſariis, inchoatae: multae vel ab aliis viris doctis antea, vel poſtea factae a Reiskio, & edendo praeceptae: quaedam etiam, ut aſſolet, falſae: quarum errorem ipſe animadverſurus erat, nec probaturus ut temere ab aliis in lucem profunderentur. Cujusmodi eſt illa p. 125, de pullo ſine dentibus annorum indicibus: & p. 218, qua negat Plutarchum orationem Andocidis adverſus Alcibiadem legiſſe, ubi Sluiterus ait, *haec quidem aliquanto inconſideratius a viro ſummo, ſed ſibi ſoli, ſcripta mihi videntur.* Rectius ad veritatem & Latinitatis rationem dixiſſet, *minus cogitate:* rectius etiam hunc Valckenarii errorem ſilentio praeteriiſſet; ſi quidem haec *ſibi ſoli* ſcripſit. Et quod ait, *ſe de illo monere, ne quis, tanti viri auctoritate deceptus, in aliquem ſe errorem trahi patiatur:* facilius caveri poterat contagio erroris, ſi eum in Adverſariis inclusum reliquiſſet. Omnino ad magnorum virorum Adverſaria edenda judicii delectus adferendus eſt. Sed videamus quaedam doctrinae Valckenarianae ſpecimina.

P. 116: Orat. De Myſter. p. 6, v. 27, in delatione Dioclidis: *εἰπεῖν οὖν τὸν Εὔφημον, ὅτι καλῶς ποιήσειεν εἰπών· καὶ νῦν ἥκειν· κελεῦσαί σε εἰς τὴν Λεωγόρου οἰκίαν, ἵνα ἐκεῖ συγγένῃ μετ' ἐμοῦ Ἀνδοκίδῃ καὶ ἑτέροις οἷς δεῖ.* Probabilis eſt correctio *ἑταίροις* pro *ἑτέροις*. Caeteroquin locus nobis

biſ integer videtur. Eſt narratio de Dioclide delatore, deferente ſermonem, quem cum Euphemo, uno ex facinoris conſortibus & ſocio Andocidis, habuiſſet: ita, noſtro judicio, accipienda: *dixiſſe igitur Euphemum* (*ad ſe, ad Dioclidem*) *eum* (*Dioclidem*) *recte feciſſe, quod haec dixiſſet: & nunc* (*Euphemum*) *venire juſſiſſe eum* (*Dioclidem*) *in domum Leogorae, ut una mecum ibi agas cum Andocide & ſodalibus quibus oportet.* Illa verba, ἵνα ἐκεῖ συγγένῃ μετ' ἐμοῦ 'Α. κ. ἑ. οἷς δ. ſunt Euphemi, quaſi ex ſua ipſius perſona loquentis. Eſt enim converſio orationis obliquae in rectam, cujus exempla notavimus ad Plutarchi librum De Sera Num. Vind. p. 126, 127: & plura poſtea animadvertimus: veluti Plutarchi Opp. Mor. p. 104; A. Flaminino p. 376, C. Antiphontis apud Stobaeum p. 155, v. 37. Ariſtidis T. I, p. 348. Herodiani VIII, 3, 11. Terentii Hecyr. I, 2, 74, quem locum perſpicuitatis cauſſa apponamus: habet autem Parmenonis ſervi de Pamphilo narrationem: — *Diebus ſane paucu*lis *Poſt, Pamphilus me ſolum ſeducit foras; Narratque ut virgo ab ſe integra etiam tum ſiet: Seque ante quam eam uxorem duxiſſet domum, Sperasse, eas tolerare poſſe nuptias: Sed quam decrerim me non poſſe diutius Habere, eam ludibrio haberi, Parmeno, Quin integram itidem reddam, ut accepi ab ſuis, Neque honeſtum mihi, neque*

utile ipſi virgini eſt. Illo verſu, *Sed quam dicte- rim cet.*, fit progreſſus orationis ex obliqua in rectam.

P. 124. Orat. eadem, p. 9, v. 7. — φερόμενός τε ἐπὶ κλίνης ἀπεκομίσθην οἴκαδε· αἰσθόμενος δ' Εὐφίλητος ὡς ἥκοιμι. —Acuta eſt correctio Valckenarii, pro ἥκοιμι legentis κάμοιμι, *quum Euphiletus ſenſiſſet me aegrotare:* idemque verbum reſtituentis in Socraticorum Epiſtola, XXXII, p. 71, ὅτι δὲ τὰ καιριώτατα τοῦ σώματος καὶ τῷ ὄντι ἡ κεφαλὴ καὶ τὰ ἐν αὐτῇ περίεστιν, εὖ ἔχει· quo loco nexum ſententiae, pro καὶ τῷ ὄντι, flagitare vidit κάμνοντι· *quod autem tibi in praecipuis partibus corporis aegrotanti, caput & ejus vires valent, bene eſt.*

P. 154: Orat. eadem, p. 16, v. 12: τότε δὴ προσιὼν Λυσίστρατον, ἡγεμόνα, ἐπεχάρη, ὁρῶν φίλους ὄντας ἐμοὶ χρωμένους· Hominum eſſe nomina *Hegemonem* & *Epicharem*, uterque ſuo ipſe ingenio vidit & Reiskius & Valckenarius, hic etiam teſtimoniis Scriptorum confirmavit.

P. 155. Orat. ead. p. 16, 17. εἰ δ' ἐγὼ αὐτὸν ἀποφθέγξομαι — item, ut Reiskius, veriſſime Valckenarius correxit: ε. δ. ἐ. α. ἀποφεύξομαι.

P. 156 Orat. ead. p. 16, v. 27: ἡ δὲ Ἰσχομάχου θυγάτηρ τεθνάναι νομίσασα λυσιτελεῖν ἢ ζῆν, ὁρῶσα τὰ γινόμενα, ἀπαγχομένη μεταξὺ κατεκλίθη· καὶ ἐπειδὴ ἀνεβίω, ἀποδράσασα ἐκ τῆς

οἰ-

ιλικίας ᾤχετο· *Iſchomachi autem filia, videns ea quae facta erant, putans melius eſſe mori quam vivere, laqueo ſe ſtrangulare conata, in medio jacebat: & quum ad vitam rediiſſet, curſim e domo vaſit.* Probabilis videtur vulgata lectio: at multo probabilior eſt κατεκυλίσθη, *devoluta, delapſa eſt, dum ſe ſuſpenderet*, ut pro κατεκλίθη Valckenarius corrigendum conjecit: comparans cum Judae morte, qui ἀπαγξάμενος πρηνὴς ἐγένετο.

P. 158. Orat. ead. p. 17, v. 22. Ἀργύριος γὰρ ὑτοσὶ ὁ καλὸς κἀγαθὸς ἄρχων, εἷς ἐγένετο τῆς ·εντηκοστῆς· Rurſus in eamdem, ac Reiskius, onjecturae ſolertiam ac veritatem venit Valckenaius, pro ἄρχων εἷς revocans certam & germanam cripturam ἀρχώνης· & officii, τοῦ ἀρχώνου τῆς ·εντηκοστῆς, rationem exponens.

P. 160. Orat. ead. p. 17, v. 24. παρασυλλε·έντες ὑπὸ τὴν λευκὴν τὸ, πόσους ὑμεῖς ἴστε οἷοι σίν· Niſi jam a Reiskio emendatus eſſet hic locus, novam lucem deberemus annotatori exempli ldini, & Valckenario, qui tres plane in eadem nendatione conſentiunt, παρασυλλεγέντες ὑπὸ τὴν υκὴν, οὓς ὑμεῖς ἴστε οἷοι εἰσίν· interjectum erat πος, quo quis in margine notaverat, hanc λευκὴν e *locum* Athenis: *congregati ſub populum hi, i quales ſint, vos noſtis.*

Hae fere potiores erant Valckenarii emendatios in eo libri ſpatio, quod nunc nobis ſpectandum

dum propoſuimus: caeteras, & multas & egregias, alio tempore exhibebimus. Nunc etiam cognoſcendae ſunt nobis annotationes Luzacii, Viri Cl: cujus frequens eſt in hoc libro mentio, frequens a diſcipulo tributa laus, ut ſtudiorum ſuorum & hujus ſcriptionis auſpici.

P. 105. Orat. De Myſter. p. 1, v. 24. Ἄλλοθί τε γὰρ ὢν πάντα τὰ ἀγαθὰ ἔχειν, στερόμενος τῆς πατρίδος, οὐκ ἂν δεξαίμην — *Alibi enim degens, nolim exul omnibus bonis frui* —: id eſt: *nolim enim alibi degens omnibus bonis affluere, ea conditione, ut patria privatus exul ſim.* — Planus locus: tamen mendum ſubeſſe putat V. Cl. ita corrigendum, ut γὰρ ὢν mutetur in παρὸν, *ſi mihi liceret alibi omnia bona habere.* Quae ſi vulgata lectio eſſet, eam non mutaremus: ut & nunc γὰρ ὢν ſervandum cenſemus. Haec enim eſt ipſa per ſe auctoritas vulgatae lectionis, ut retineri debeat, ſi quidem ex antiquis libris profecta ſit, cum ſententia ſcriptoris & linguae ratione congruat, nec per varietatem librorum dubia reddatur. Quae ſane in παρὼν conveniunt. Neque ideo παρὸν, ut verum, probandum, quia, propter ſimilitudinem literarum, ex eo γὰρ ὢν fieri potuit, & quia item cum ſententia ſcriptoris & linguae ratione congruit.

P. 111. Orat. ead. p. 3, v. 37: Οὐ γὰρ καὶ δίκαιον ἀπολογεῖσθαι ἀναμιμνήσκοντας τοὺς τῶν κατηγό-

·ὁρων λόγους ἐξελέγχειν. Satis apparet, deeſſe uid ad integritatem. Hanc Reiskius duabus ra- ionibus reſtituere ſtudet. Ex his Vir Cl. aſſumens ναμιμνήσκοντα, caeteroquin καὶ delendum cenſet, t οὐ interrogandi ſignificatione accipit, hoc ſen 1: *Nonne juſtum eſt & aequum, me in memo- iam revocantem accuſatorum ſermones, ita iis eſpondere, ut me ipſe defendam?* Quae compo- tio ſane durior eſt. Nobis lenior certe, fortaſſe probabilior, ſe obtulit haec: Οὕτω γὰρ δίκαιον πολογεῖσθαι, καὶ ἀναμιμνήσκοντα τοὺς τῶν κατη- όρων λόγους ἐξελέγχειν· *ſic enim juſtum eſt ſe fendere, & accuſatorum crimina in memoriam vocantem refellere.* Sic particula καὶ, ut Latina , uſurpatur explicandi poteſtate: hoc ſenſu hu- s loci: *haec enim eſt juſta ſe defendendi ratio,* (id eſt, *qua ratione*) *adverſariorum crimina mmemorando refellantur.* Sententiam iterat An- cides in ſequenti parte p. 5, v. 13: ἐμοὶ δὲ ὁ εγχος ἥδιστος, ἐν οἷς ὑμῶν οὐδέν με δεῖ δεόμενον δὲ παραιτούμενον σωθῆναι, ἐπὶ τοιαύτῃ αἰτίᾳ, λ' ἐλέγχοντα τοὺς τῶν κατηγόρων λόγους· καὶ ἄς ἀναμιμνήσκοντα (ſic R.) τὰ γεγενημένα.

P. 120, Orat. ead. p. 8, v. 1. Andocides cum is neceſſariis in carcere vinctus & clauſus, il- um ſuamque ſortem commiſerans, ſecum ipſe iberat, an confitendo crimine, quod ex Euphi- o audiviſſet, ſe illosque periculo liberare de-

 beat:

beat: Ὦ πάντων ἐγὼ δεινοτάτῃ συμφορᾷ περιπεσών· πότερα περιΐδω τοὺς ἐμαυτοῦ συγγενεῖς ἀπολλυμένους ἀδίκως; — ἔτι δὲ τριακοσίους Ἀθηναίων μέλλοντας ἀδίκως ἀπολεῖσθαι, τὴν δὲ πόλιν ἐν κακοῖς οὖσαν τοῖς μεγίστοις, καὶ ὑποψίαν εἰς ἀλλήλους ἔχοντας; ἢ εἴπω Ἀθηναίοις ἅπερ ἤκουσα Εὐφιλήτου αὐτοῦ τοῦ ποιήσαντος; Vox Ἀθηναίοις loco videtur mota Viro Cl. ita emendanda, ut jungatur cum ἔχοντας, quod hoc nomen non habeat, quo referatur, neque conjungi poſſit cum πόλιν οὖσαν· itaque legit Vir Cl. καὶ ὑποψίαν εἰς ἀλλήλους ἔχοντας Ἀθηναίους, ἢ εἴπω ἅπερ ἤκουσα Εὐφιλήτου αὐτοῦ τοῦ ποιήσαντος; Haec fere ſunt editoris verba. Nobis nil vitii ſubeſſe, & in ἔχοντας commode τοὺς πολίτας ex antecedente πόλιν ſubaudiri videtur.

P. 122. Orat. ead. p. 9, v. 5: ὕστερον δ' ἐγὼ μὲν ἐν Κυνοσάργει ἐπὶ πωλεῖον ὃ μονὴν ἀναβὰς, ἔπεσον, καὶ τὴν κλεῖν συνετρίβην, καὶ τὴν κεφαλὴν κατεάγην, φερόμενός τε ἐπὶ κλίνης ἀπεκομίσθην οἴκαδε· *poſtea vero in Cynoſarge pullum equinum conſcendens lapſus ſum, jugulum contudi, caput confregi, & in lectulum ſublatus domum reportatus ſum.* Senſus facilis, excepto ὃ μονὴν, quod Reiskius feliciter expedivit corrigens πωλίον ὅ μοι ἦν, *conſcendens pullum, qui mihi erat.* At editor inquit: *Egregie in hoc loco verſatum eſt Valckenarii ingenium: de quo his verbis me monuit* Lu-

Luzacius Vir Cl. Tum Vir Cl. ex Valckenarii Adverſariis duas ejus conjecturas promit: alteram, ἐπὶ πῶλον ἀπειθῆ, ὅς μοι ἦν, ἀναβάς· alteram, ἐπὶ πῶλον λειπογνώμονα ἀναβάς· hanc ita probat & exornat: *Praeſtat tamen*, inquit, *me quidem judice, altera viri magni emendatio, qua legit*, ἐπὶ πῶλον ΛΕΙΠΟΓΝΩ΄ΜΟΝΑ ἀναβὰς ἔπεσον. *Iſtius vocis veſtigia manifeſta ſunt in* λεῖον ὃ μονὴν, *vocibus plane nihili. Vox rarior librarios fefellit. Eſt autem* ἵππος, *vel potius* πῶλος, λειπογνώμων *equus junior, cujus aetas nondum e dentibus cognoſci queat; atque adeo nondum ſubactus, nondum domitus, freni impatiens, hinc refractarius, pervicax. — Hinc* λειπογνώμων, *cui haec dentium indicatio deficit, ſive pullus ſit dentes nondum habens, nondum adultus, ſive equus aetate jam provectior, cui dentes non amplius creſcunt.* Porro vocabula γνώμονες, *dentes equi aetatis indices*, & λειπωγνώμων, *equus his dentibus carens*, auctorum exemplis confirmantur, jam aliis a Kuſtero ad Suidam, & Interpretibus ad Heſychium. Denique annotationi hic finis additur: *Itaque* ἐπὶ πῶλον λειπογνώμονα ἀναβὰς ἔπεσον, *optimo ſenſu vertitur, cum equum adſcendiſſem juniorem, nec dum domitum & freni impatientem, aut refractarium, inde decidi.* Accidit Viro Cl. quod aliis ſaepe in judicio de emendationum veritate accidere ſolet, ut ſimilitudine

ac ſpecie, quae in literis, majuſculis maxime, apparet, veſtigia veteris ac verae ſcripturae, conſpicere ſe putent. Quod ut ſaepius vere, ita nonnumquam perverſe evenire poteſt. Magna ſine dubio eſt pars veriſimilitudinis, in ſimilitudine literarum ac ductuum: ita tamen, ut non niſi pars ſit, nec ideo continuo vera habenda lectio, ſi quam ex vulgata effinximus aliam, quae ſimilem illi literarum ſpeciem objiciat. Veluti hoc loco Vir Cl. iſtius pulli cauſſam ita egit, ut nec equi naturam, nec verbi rationem ſequeretur, & λειπογνώμονα intelligeret eum, qui *nondum* habet γνώμονας· & pullum fingeret, cujus aetas ex dentibus cognoſci non poſſet: & Andocidem putaret ſuum pullum conſcendiſſe, *nondum dentes habentem;* qui quum jam primo menſe veniant, certe Orator, pullum adeo recentem conſcendens, non ſatis ſuae ipſe mentis compos fuerit. Valckenarius, ſi ſuas in Andocidem annotationes ipſe edidiſſet, eas profecto retractaſſet, & retractando, hanc certe, qua erat doctrinae praeſtantia, falſam eſſe animadvertiſſet. Primum: λειπογνώμων eſt qui *non amplius habet indices aetatis dentes:* ita diſerte veteres Lexicographi: in his Etymologus M. qui in hac annotatione citatur, voce Ἄβολος· — καὶ λειπογνώμονες ἵπποι καλοῦνται, οἱ μηκέτι διὰ τῶν ὀδόντων γνωσθῆναι δυνάμενοι: Heſychius, in Voce. Quibus addatur Joach. Camerarius

rius in Commentario Utriusque Linguae p. 131. Et conſtans haec eſt analogia in hac vocum compoſitione: λειπόδερμος, λειπόθυμος, λειπανδρεῖν, λειπόσαρκος, λειπόψυχος, & alia, non ſunt qui *nondum* habent id, quod adjecto vocabulo ignificatur: ſed qui *non amplius* habent, quos id defecit. Deinde neminem fugit pulli aetatem ex dentibus cognoſci: hos jam primo menſe venire: quibus trigeſimo menſe ac deinceps abeuntibus alios ſuccedere γνώμονας· quorum indicium deficere ſeptimo aut octavo anno. Ex Veteribus tem notarunt Ariſtoteles Hiſt. Animal. VI, 22. Apſyrtus Hippiatric. XCVI, p. 226. Etymolog. M. l. l. Varro De Re Ruſt. II, 7. Columella VI, 29. Plinius H. N. XI, 64. In ὀψιμαθείας Theophraſteo Charactere ſimilis notatur ſero discentis temeritas: εἰς ἀγρὸν ἐφ' ἵππου ἀλλοτρίου χούμενος, ἅμα μελετᾷν ἱππάζεσθαι, καὶ πεσὼν ἦν κεφαλὴν κατεαγέναι· ita enim viri docti legendum nobis perſuadent: *dum rus pergit, alieno quo vehens, ſimul equitare diſcere vult: & labens caput perfringit.* Exemplum in rem praeſentem conveniens.

P. 125. Orat. ead. p. 9, v. 17: χαλεπώτεροί οι ἐχθροὶ ἡμεῖς ἐσόμεθα, ἢ ἄλλοι τινὲς δι' ἡμᾶς φίλοι. Sententia apparet: oratio minus eſt plana et facilis; videtur deeſſe adjectivum nomen jungendum cum φίλοι, & opponendum antecedenti

χα-

χαλεπώτεροι· nos tibi graviores inimici erimus, quam alii quidam propter nos proditos tibi amici erunt. Igitur Reiskius: *video quidem*, inquit, *ſententiam, ſed in verbis haeret ſcabrities quaedam, quae quomodo complananda ſit haud reperio.* Vocabulum adhibens minime in hac re uſitatum *ſcabritiem*: caeterum, quid ſententia requirat, Graecis verbis apponens. Hinc profectus Vir Cl. ſe ad conjecturam hanc dedit: „*Fortaſſis* inquit, *ita legendum: χαλεπώτεροί σοι ἐχθροὶ ἡμεῖς ἐσόμεθα ἢ λυσιτελεῖς δι' ἡμᾶς φίλοι. Vicini ſunt ductus literarum* ΑΛΛΟΙ ΤΙΝΕΣ & ΛΥΣΙΤΕΛΕΙΣ." Quam vicini ſint ductus, alii dicant in hoc emendandi genere exercitati. Sed, fac eſſe vicinos, conjectura caeteras Criticae leges migrat. Nam ut conjectura probabilis cenſeatur, neceſſe eſt, primum, ut vulgata lectio corrupta ſit, & emendatione opus habeat: deinde, ut nova lectio per conjecturam inventa congruat cum ſententia loci, ab eaque poſtuletur: tum, ut conveniat cum grammatica ratione linguae, ſcriptoris, & rerum conjunctarum: denique, ut ejus veſtigia in literis ac ſpecie vulgatae appareant, certe ut intelligatur quomodo haec in locum illius venire potuerit. Hujus igitur officii ex quatuor partibus, ſi hac in conjectura unam adeſſe concedimus literarum quamdam ſpeciem, caeteras deſideramus. Etenim grammatica ratio requirit nomen quod op-

opponatur antecedenti ἡμεῖς, quod nomen habemus in vulgata lectione ἄλλοι τινὲς: in qua quum deſideremus nomen, quod antecedenti χαλεπώτεροι opponatur, non ejusmodi adferenda eſt medicina, quae vetus vitium novo vitio ſanet, veterem hiatum expleat novo hiatu aperiundo, indeque materia in veterem hiatum transferenda: veluti hoc loco, nomen deſideratum effingit Vir Cl. jacturâ nominis neceſſarii ἄλλοι τινες. Poterat, ut huic officio ſatis faceret, retinere ἄλλοι, legendo, ἢ ἄλλοι λυσιτελεῖς δι' ἡμᾶς φίλοι. Neque hoc ita dicimus, ac ſi ita conjectura probabilis reddatur: ſed ſaltem, ut minus, quam antea, improbabilis fiat. Tum requirimus exempla hujus dictionis λυσιτελῆ τινι εἶναι. Nam ὠφέλιμόν τινι εἶναι, γίνεσθαι, λυσιτελὴς, λυσιτελεῖν τινι, nota ſunt: λυσιτελῆ τινι εἶναι, non item. Nec temere conjectura facienda eſt, niſi dictione exemplis firmata. Haec pertinuerunt ad ſecundam ac tertiam officii partem; ſiquidem neglecta linguae ratione grammatica, oratio ne ſenſum quidem habet, nedum ſenſum cum ſententiâ auctoris congruentem. Supereſt prima pars, ut locus corruptus ſit & emendatione opus habeat. Quod nobis contra videtur; nec ratio apparet, quare pro corrupto habeatur, Χαλεπώτεροί σοι ἐχθροὶ ἡμεῖς ἐσόμεθα, ἢ ἄλλοι τινὲς δι' ἡμᾶς φίλοι· *Graviores tibi inimici erimus, quam alii tibi propter nos proditos amici erunt.*

Hoc

Hoc recte, & Graece & Latine, dici, non videmus quare dubitetur; ſiquidem χαλεπώτεροι, quod proprie pertinet ad ἐχθροὶ, etiam continuatur & accommodatur ad φίλοι: quaſi dicatur, *nos fortiores tibi erimus inimici, quam alii amici: noſtra inimicitia fortior erit ad tibi nocendum, quam aliorum amicitia ad tibi bene faciendum.* Haec ſignificationis ab antecedente vocabulo ad ſequens continuandae ratio non infrequens eſt Graecis: animadverſa jam a Dorvillio ad Charitonem p. 396, ſeq. Quin ipſe Andocides in hac Oratione p. 11, v. 15: καὶ περὶ πλείονος ἐποιήσασθε σώζειν τὴν πόλιν, ἢ τὰς ἰδίας τιμωρίας· Reiskius rurſus dubitat, num addendum ſit ἐπεξιέναι; vel τιμωρεῖσθαι ἀδικίας legendum: at hujusmodi quid ex verbo σώζειν ſubaudiri debet, *pluris feciſtis ſervare civitatem, quam veſtras vindictas: maluiſtis patriam ſervare, quam vindictae cupiditatem retinere.* Plato Leg. V, p. 610: A: σκεψαμένη τί χρὴ χρῆσθαι τοῖς περιγενομένοις, ἢ τοῖς ἐλλείπουσι· *conſiderans quo modo debeat uti redundantibus, aut deficientibus:* atqui, deficientibus nemo utitur: igitur accipiendum, *conſiderans, quid fieri oporteat, ſi aut redundent, aut deficiant.* Simile eſt XI, p. 676, C Iſocrates Epiſt. ad Philipp. p. 703: οὐκ εἰς ἐπιστολῆς συμμετρίαν, ἀλλ' εἰς λόγου μῆκος ἐξοκείλας· *non in epiſtolae mediocritatem, ſed in orationis longitudinem provectus:*

vectus: at ἐξοκείλας εἰς συμμετρίαν dici nequit; ergo interpretandum, *non intra epiſtolae mediocritatem me continens, ſed in orationis longitudinem provectus.* Alia etiam dabimus ad Plutarchi Opp. Mor. p. 27, E. In eodem genere ſolemus animadvertere locum Ciceronis De Legibus II, 17: *Vidimus eos, qui niſi odiſſent patriam, numquam inimici nobis fuiſſent, ardentes cum cupiditate, tum metu, tum conſcientia:* ſeorſim & ſingularibus in ſententiis non poterat dici, *ardere metu, ardere conſcientia:* at poterat dici, praeeunte *ardentes cupiditate.* In Latinis hunc uſum notarunt viri praecipui, J. Perizonius ad Sanctii Minerv. IV, 3, 5: Burmannus, Dukerus, Cortius, quos illa in cauſſa laudat J. M. Heuſingerus ad Nepotis Alcibiad. III, 5.

P. 131. Orat. ead. p. 10, v. 43. Pſephisma Patroclidis habet locum difficilem, quo ab impunitate excipiuntur ii, quorum nomina ἐν στήλαις γέγραπται, τῶν μὴ ἐνθάδε μεινάντων, ἢ ἐξ Ἀρείου πάγου, ἢ τῶν Ἐφετῶν, ἢ ἐκ Πρυτανείου, ἢ Δελφινίου ἐδικάσθη, ἢ ὑπὸ τῶν βασιλέων, ἢ ἐπὶ φόνῳ τίς ἐστι φυγὴ, ἢ θάνατος κατεγνώσθη, ἢ σφαγεῦσιν, ἢ τυράννοις· quem editor opportune comparat cum Lege Sólonis apud Plutarchum in Vita Sol. p. 88, D: Ἀτίμων ὅσοι ἄτιμοι ἦσαν πρὶν ἢ Σόλωνα ἄρξαι, ἐπιτίμους εἶναι, πλὴν ὅσοι Ἀρείου πάγου, ἢ ὅσοι ἐκ τῶν Ἐφετῶν, ἢ ἐκ Πρυτα-

ταμείου καταδικασθέντες ὑπὸ τῶν βασιλέων, ἐπὶ φόνῳ ἢ σφαγαῖσιν, ἢ ἐπὶ τυραννίδι ἔφυγον, ὅτε θεσμὸς ἐφάνη ὅδε· indeque confirmat Viri Cl. correctionem, particulam ἢ, ante ὑπὸ τῶν βασιλέων, delentis, atque contendit ita non opus eſſe, ut τίς ἐστι φυγή, mutetur. Nobis ut correctio probanda, ita in illo τίς ἐστι adhuc mendum haerere videtur. Caeterum, explicationem ex Antiquitatibus Atticis expromit, in qua quid ipſius, quid Viri Cl. ſit, non diſtinguitur, nec ſententia perſpicue exponitur. Veluti in hoc loco: *Nam οἱ Ἐφέται dicti ſunt eximie judices in Palladio ſedentes: quamquam univerſe omnes in Palladio, Delphinio, & Prytaneo, judices iſtud τῶν Ἐφετῶν habuerunt nomen; quippe ad quos γραφαὶ ἐφέσιμοι referrentur, id eſt, cauſae provocationis, nempe a Rege Sacrorum, qui, poſt ἀνάκρισιν, appellationem recipiebat, & τοὺς Ἐφέτας, ſive judices ex Areopago lectos ſortitosque quinquaginta, convocabat ſive ad Palladium, ſive in Delphinium ſive in Prytaneum, pro diverſo criminis genere & defenſionis forma.* In illis verbis τοὺς Ἐφέτας, *ſive judices ex Areopago lectos cet.*, non apparet, utrum particula *ſive* habeat vim diſtinguendi, an explicandi, id eſt utrum Ephetae ab Areopagitis diverſi & aliunde lecti, an vero ex his ſolis lecti dicantur. Quod Sluiterus in fine hujus loci ait: *praeclaram & veram eſſe hanc Viri Cl. de tribu-*

na-

nalibus illis ſententiam, nec a quoquam, quan-
'um ſciat, hoc fuiſſe animadverſum: illud qui-
dem,: *quinque tribunalia φονικὰ fuiſſe*, certe
am a compluribus animadverſum eſt. De Ephetis
: ſolo Areopago legendis, mallemus feciſſet, ut
pſi judicare poſſemus, & hunc locum ex dictatis
Viri Cl. integrum & perſpicue expoſitum, nec
onfuſe & ſine argumentis, retuliſſet. J. T. Krebſii
ſt Commentatio De Ephetis, recuſa in Ejus
)puſculis Lipſiae 1778: docta item notatio Aug.
Matthiae in Diſſertat. De Judiciis Athenienſium
. 144, ſeq. edita in Ejus Miſcellaneis Philologi-
is Altenburgi 1803, qui hunc item locum An-
ocidis cum Lege illa Solonis comparat.

P. 12, v. 26: Σκέψασθε τοίνυν, ὦ ἄνδρες, καὶ
οὺς νόμους καὶ τοὺς κατηγόρους, τί αὐτοῖς ὑπαρ-
όντων ἑτέρων κατηγοροῦσι. Viri Cl. eſt con-
ctura, quam *veriſſimam emendationem ſibi vi-*
ri, ait editor, haec: Σκέψασθε τοίνυν, ὦ ἄν-
ες, κατὰ τοὺς νόμους, καὶ τοὺς κατηγόρους, τί-
; αὐτοὶ ὑπάρχοντες ἑτέρων κατηγοροῦσι. Nos rei
:isfacere videmur, ſi dicamus conjecturae partem
bis probabilem videri. Nam καὶ τοὺς νόμους
are mutetur, non ſatis eſt rationis; quippe vim
dit ſententiae: *Itaque conſiderate, judices, &*
ges, & accuſatores, quales iſti quum ſint, alios
cuſent. Quamquam & Reiskius delere voluit,
i caeterum ad ſequentia verba corrigenda viam

 ape-

aperuit. Sententiam Vir Cl. ita reddit: *Jam quoque ſpectate, judices, ſecundum legitimos juris tramites, ipſos etiam accuſatores, quales ipſi cum ſint, alios accuſare auſint.* Hoc eſt Attici Oratoris ſententiam Latine reddere! Primo: κατηγοροῦσι, quare non nude redditur *accuſent?* deinde, quorſum illud *auſint*, exquiſitius & fere poeticum, & ab Attica tenuitate alienum. Tum, cui bono aliunde adfertur tralatio illa & dura & frigida in proſa quidem oratione, & Attici oratoris dictione, *ſecundum legitimos juris tramites.* Ergo leges ſunt *legitimi tramites juris, ſemitae compendiariae?* Latinae aures hoc in populari oratione non magis tuliſſent, quam Graecae κατὰ τοὺς νομίμους τῆς δίκης τρίβους. In Attici ſcriptoris loco Latine vertendo, ſimplex ejus elegantia retinenda erat. Si tamen tralatio aut periphraſis quaeri debebat, poterat dici *ſecundum vias, ſecundum rationes, juris.* Sed praeſtabat nude reddere *ſecundum leges*; ſi quidem, auctore Cicerone Orator. 8, 9, *Atticorum religioni cum ſerviret orator, nullum verbum inſolens, nullum odioſum ponere audebat: & illud in oratione Atticum eſt, quod nihil habet inſolens aut ineptum.* Sed de Latinitate, alias.

P. 13, v. 15. In Demophanti Pſephiſmate: καὶ λόγῳ καὶ ψήφῳ· Valckenarius haec verba ſuo loco mota eſſe monuit. Hoc animadverſo, credi-

bile eſt enim illud etiam vidiſſe, verba haec re-
ɔnenda eſſe ſupra, itaque illo loco jungenda:
τενῶ τῇ ἐμαυτοῦ χειρὶ, ἂν δυνατὸς ὦ, καὶ λόγῳ
ιὶ ψήφῳ, ὃς ἂν καταλύσῃ τὴν δημοκρατίαν τὴν
θήνῃσι — ſiquidem ſimile notat dictum Demo-
iti apud Stob. p. 279. At Vir Cl. *acutiſſime*
dit illuc referenda eſſe haec verba, teſte editore,
ıi ex Lycurgi Orat. in Leocrat. p. 165, eum-
:m Pſephismatis locum, & ſimilem Jurisjurandi
mphictyonum ex Aeſchine, laudat.

P. 149. Orat. ead. p. 15, v. 11. Locus tur-
ıtus, a Reiskio tentatus, hujus veſtigiis perſe-
ıendis ab editore & Viro Cl. ſic purgatur &
dinatur, ut jam ſenſus & nexus probabilis
ɔnſtet.

P. 161. Orat. ead. p. 18, 20. In peroratione
ˈaves loci ſunt complures, in his haud poſtre-
ıs hic: καὶ μὴν δὴ καὶ τάδε ὑμῖν ἄξιον, ὦ ἄνδρες,
ˈυμηθῆναι, ὅτι νῦν πᾶσι τοῖς Ἕλλησι ἄνδρες ἄρι-
ο καὶ εὐβουλότατοι δοκεῖτε γεγενῆσθαι, οὐκ ἐπὶ
ιωρίαν τραπόμενοι τῶν γεγενημένων, ἀλλ᾽ ἐπὶ
τηρίαν τῆς πόλεως καὶ ὁμόνοιαν τῶν πολιτῶν·
υμφοραὶ μὲν γὰρ ἤδη καὶ ἄλλοις πολλοῖς ἐγένοντο,
: ἐλάττους ἢ καὶ ἡμῖν· τὸ δὲ τὰς γενομένας δια-
ρὰς πρὸς ἀλλήλους θέσθαι καλῶς, τοῦτ᾽ εἰκότως
ι δοκεῖ ἀνδρῶν ἀγαθῶν καὶ σωφρόνων ἔργον· Lo-
m quamvis longiuſculum appoſuimus, ut lecto-
noſtri ipſi judicent. Orator ſignificat Decre-

H 2 tum

tum *ἀμνηστίας*, de *oblivione injuriarum*, quod Athenienſes, expulſis triginta tyrannis, ad concordiam reliquorum civium inter ſe firmandam, ſanxerant. Vir Cl. contendit pro ἄλλοις πολλοῖς legendum eſſe ἄλλαις πόλεσιν, quia diſcordiae civiles fuiſſent totius reipublicae, non unius civis. Locus planus & ſanus, nec medicum deſiderans; minime eum, qui πολλοῖς auferat, partem ſententiae neceſſariam. Neque enim tantum *aliis*, ſed *aliis multis* calamitates acciderunt: idque nexus & vis argumentationis poſtulat. Et hoc loco in ἄλλοις πολλοῖς ex antecedentibus nominibus πόλεως & πολιτῶν commode ſubaudiri poteſt πόλεσιν vel πολίταις· quae ratio frequens eſt, & ſupra animadverſa. Sententiam ſimpliciter ac fideliter ita reddamus: *Atque hoc etiam operae pretium eſt cogitare, judices, vos nunc omnibus Graecis videri fortiſſimos prudentiſſimosque viros exſtitiſſe; quod non ad vindictam factorum, ſed ad ſalutem civitatis civiumque concordiam tuendam vos dediſtis. Nam calamitates jam aliis multis acciderunt, non pauciores quam vobis: at diſſenſiones ortas invicem pulcre compoſuiſſe, hoc demum virorum fortium & moderatorum opus merito eſſe videtur.* Quis non videat in *aliis multis*, ſatis diſerte dici civitates & cives?

Haec nunc hactenus. Nos, qui diſcipuli noſtrum ſtudioſi, noſtramque diſciplinam grato animo profiten-

ſitentis, laudi & incremento favemus, mallemus hoc tirocinii opus ita elaboraſſet, ut omnes ejus partes doctis judicibus probaret; ſaltem, improbandas omiſiſſet; quo facto, librum & breviorem & meliorem reddidiſſet; quippe vel ſic ſatis propriae laudis habentem, nec alienae acceſſionis indigentem. Praecipue vero adoleſcentiam decet, in omni ſermone & ſcriptione de magnis viris reverenter ac modeſte judicare; quo minus illa aetas nagnum a parvo diſtinguere poteſt, & quo magis pſa judicio habet offuſam caliginem, quam ei necdum detraxit Minerva, ut Diomedi, dicens, 'Αχλὺν δ' αὖ τοι, ἀπ' ὀφθαλμῶν ἕλον ἣ πρὶν ἐπῆεν, Ὄφρ' εὖ γινώσκῃς ἠμὲν θεὸν ἠδὲ καὶ ἄνδρα. Itaque notatione locorum nobis improbatorum utile & ratum nos feciſſe ſperamus cum lectoribus ad udicandum, tum ſcriptori ad opus retractandum. Optamus illi certe in ſtatione Daventrienſi eam erum otiique copiam, ut laudis ac doctrinae iam feliciter perſequatur, & Andocide toto pertractando, juſtam nobis ejus editionem conſiciat.

VI.

F. J. BASTII, *Epiſtola Critica in Antoninum Liberalem, Parthenium, & Ariſtaenetum* — Gallice ſcripti libri, haec eſt Gallica inſcriptio: *Lettre Critique de* F. J. BAST, *Secrétaire de la Légation de S. A. S. Monſeigneur le Landgrave de Heſſe à Paris, & Conſervateur deſigné de la Bibliothèque de la Cour à Darmſtadt, à Mr.* J. F. BOISSONADE, *ſur Antoninus Liberalis, Parthenius, & Ariſténète. Paris: à la Librairie de Heinrichs, rue de la Loi, n.* 1231. *Se trouve à Leipſic chez Reclam: à Hambourg chez Perthes. De l'Imprimerie de Delance. An* XIII — 1805. 8. *pagg.* 254.

Scriptor adhuc nobis cognitus erat ex ſpecimine editionis novae Epiſtolarum Ariſtaeneti, anno 1796 Vindobonae edito, unde praeclaram de ejus doctrina ſpem conceperamus. Quam ſpem hic liber non modo explevit, ſed multum etiam ſuperavit; quippe cujus argumentum & opera per omnem Graecae Criticae provinciam late patet.

Nam

Iam & ipſius linguae apparet accurata & gram-
iatica cognitio: & lectio multiplex optimorum
uctorum: & obſervatio diligens dictionis elegan-
oris ac rarioris: & acumen in plurimis iisque
;regiis emendationibus: & judicii ſubtilitas, cum
iiverſe, tum de veterum librorum bonitate &
litionum fontibus: & vero uſus ac tractatio fre-
iens codicum ſcriptorum bibliothecae Pariſinae,
ide Graecorum Auctorum vel correctiones vel
ivi loci proferuntur. Igitur nemo nominibus
ıctorum in titulo poſitorum, ut leviorum & mi-
s illuſtrium, induci ſe patiatur ad ſecus de hac
iſtola praejudicandum. Nemo enim, niſi in
aecis Literis hoſpes ac peregrinus, aut illos
ictores contemnat, aut in Scriptore hujus Epi-
lae non eam agnoſcat facultatem, qua graviſſi-
ım etiam Auctorem ad probatiſſimam editionem
truat & exornet. Quo jucundius nobis accidit
ıs propoſitum illuſtrandi Luciani, quod profite-
p. 42, ac nos rei ipſius & memoriae Villoiſo-
nae cauſſa hic apponemus: „ debeo hanc Va-
leſii in Theophanem correctionem viro Graece
eruditiſſimo Villoiſono, cujus immenſa eruditio
jure per totam Europam celebratur, qui quo-
vis alio magis meretur cognominari βιβλιο-
θήκη ἔμψυχος, καὶ περιπατοῦν μουσεῖον. Qui,
quum cognoviſſet, me dudum conſilium cepiſſe
illuſtrandi Luciani, mecum communicavit col-

„ lectionem cognitu digniſſimam notarum inedita„ rum ab Henrico Valeſio in margine exemplaris „ Luciani ſcriptarum, quod ſervatur in bibliotheca „ publica urbis Aureliae, ipſeque Villoiſonus „ inde deſcripſit." Haec ille de vivo: cujus ut mortui mentionem facit in fine libri p. 236.

Sed quum unicus ſuperſit codex ſcriptus Antonini Liberalis & Parthenii, ex quo editiones noſtrae fluxerunt, isque codex primum in bibliotheca Heidelbergenſi fuerit, eaque vaſtata Romam in Vaticanam venerit, indeque nuper in Pariſinam translatus ſit, operae pretium fecit *eruditiſſimus* hujus Epiſtolae Scriptor illo codice recenſendo p. 1—62, ejusque ſcripturae ſimulacro referendo ex tabula aerea expreſſo p. 27.

Librorum, quos codex habet, hic eſt numerus & ordo: *Anonymi* Periplus Ponti Euxini. *Arrianus* de Venatione. *Ejusdem* Periplus Ponti Euxini. *Ejusdem* Periplus Maris Erythraei. *Hannonis* Periplus. *Philo Byzantius*, de Mundi Miraculis. *Strabonis* Chreſtomathia. *Plutarchus*, qui dicitur, de Fluminibus. *Parthenii* Narrationes Amatoriae. *Antonini Liberalis* Metamorphoſeon Collectio. *Heſychius Illuſtrius*, de Origine Conſtantinopolis. *Phlegon Trallianus*, de Mirandis rebus, & hominibus longaevis. *Ejusdem*, de Olympiadibus. *Apollonii* Hiſtoriae Mirabiles. *Antigoni Caryſtii* Hiſtoriae Incredibiles. *Hippocratis* Epiſtolae. *Themiſtoclis* Epi-

Epiſtolae. *Diogenis* Epiſtolae. *Bruti* Epiſtolae.
In pleroſque horum librorum produntur emendationes, cum ex ipſo codice petitae, & a primis editoribus neglectae, tum ex acumine & doctrina eruditiſſimi Bastii profectae. Ejusdem eſt uberior ac docta controverſi argumenti diſquiſitio de Anonymi Periplo, qua demonſtratur Lucam Holſtenium ex hoc Peripli codice fragmenta Scymni Chii ſuſcepiſſe, at ea, quae in eo deſiderantur, ex alio codice habuiſſe. Sequuntur Animadverſiones, n *Antoninum Liberalem* a p. 63 ad 167: deinceps, in *Parthenium* a p. 168 ad 209: denique n *Ariſtaenetum*, hactenus, ut cenſura agatur noviſſimae editionis, quam Vindobonae a. 1803 fecit hodiernus Graecus Polyzois Kontou, eique novam n Graecia repertam Ariſtaeneti Epiſtolam addidit, am ſpecimina quaedam ponamus, unde Scriptoris doctrina & critica facultas in praecipuis generibus cognoſcatur.

In emendationibus nos hae in primis advertennt. P. 51, in Apollonii Hiſtoriis, de Caryſtio pide, ἐπιφύσεις ἔχει ἐριώδεις καὶ χροώδεις, ἐξ ἱ νήθεται καὶ ὑφαίνεται χειρεκμαγεῖα· corrigit νοώδεις, *lanuginoſas*, quod plane rei congruit: nam tractamus ad Plutarchi Defect. Orac. p. 434, . Hac opportunitate in Philodemi Epigrammate 2, pro μουσοπρόσωπε, apis appellatione, reſtiit μυοιοπρόσωπε· confirmans, adhibitis Heſy-

 chia-

chianis gloſſis, *μνοῖον, ἁπαλόν*· & *μνοῦς, ἐρίον ἁπαλώτατον*: & Philodemi Epigr. 6, — *μνοῦ χρῶτα τερεινοτέρη*. P. 79, in Antonino Lib. cap. 6: *ἐπείπερ ἴσος αὐτὸν ἐτίμα*, acute & vere corrigit, *ἐπεὶ περισσῶς αὐτὸν ἐτίμα*. P. 95, cap. 11: *ἐπεὶ δὲ αὐτὸ κετεφωράθησαν οἱ γονεῖς*· codex habet *ἐπεὶ δὲ αὐτὴ κατεφράσθησαν οἱ γονεῖς*· quae eſt vera lectio, modo *αὐτὴν* ponatur: *quum ipſam parentes animadvertiſſent*: verbi bonitas auctoritate Herodoti aſſeritur. P. 96, docta eſt animadverſio de permutatione Nominum Propriorum: veluti Ἀντιφάνης & Ἀντιφῶν· unde corrigitur locus in Koppierſii Obſerv. Philolog. p. 7, ex Lexico MS. Sangermanenſi, ubi legitur Ἀντιφάνης Ἀδώνιδι· item σοφὸς & Σοφοκλῆς· δῆμος & Δημοσθένης· ξένος & Ξενοφῶν· ἴσως, Ἰσαῖος, Ἰσοκράτης· Λυσίας, Λυσανίας· ἄριστος, Ἀριστοτέλης· unde Harpocration & Suidas emendantur, in voce Ζεῦξις· Ἰσοκράτης περὶ τῆς ἀντιδόσεως· Ἀριστοτέλης τῶν κατ᾽ ἐκεῖνον τὸν χρόνον ζωγράφων· *quid hoc*, inquit, *commenti, Zeuxin appellare Ariſtotelem pictorum: lege ἄριστος, ut habet MS. Vaticanus liber Nro.* 375. P. 141, In Alciphrone III, 66: de tonſore, Ἐθέασω οἷά με εἰργάσατο ὁ κατάρατος οὗτος κουρεὺς, ὁ πρὸς τῇ ὁδῷ· λέγω δὲ τὸν ἀδόλεσχον καὶ λάλον, τὸν Ἀβροτησίου προτιθέμενον ἔσοπτρα — haec *Abroteſii* ſpecula mire luſerunt interpretes: Baſtius in Cod. MS. Pariſino

Nro.

Nro. 1696, reperit ἐκβροτησίου, unde veriſſime reſtituit ἐκ Βρεντησίου, *ex Brundiſio:* optima habita fuiſſe *Brundiſina ſpecula*, conſtat auctore Plinio XXXIII, 9. XXXIV, 17.

Obſervatio dictionis Graecae accurata paſſim exſtat: veluti p. 67, ὀμνύειν κατά τινος, *jurare per aliquem:* 72, ὥρα ἔτους, *aeſtas:* 75, τοῦτο, *idea:* 79 & 164, καθ' ἥντινα πρόφασιν, *aliquo praetextu cauſſae*, pro κατά τινα π.: 89—93, ἐναπάγω, verbum improbatum: εἰ cum Subjunctivo probatur: dictiones Grammaticae vulgo minus intellectae explicantur, αὐθυπότακτα, *aoriſti ſubjunctivi:* & ἀπολελυμένος, *poſitivus gradus:* 96, μέσον & τὸ μέσον, pro ἐν μέσῳ· 97, αὐτὸ μόνον· 105, θαυμάζω πρός τι· 118, ὡς εἶχε, *ſubito, temere*, de quo nos ad Plutarchum p. 150, B: 121, ἀδικόμαχος & ἀδικομαχεῖν· 131, ἐργάζομαι, pro ποιέω· 179, ὃ δ' ἄν, & ὅ, τι δ' ἄν, *quodcumque*, pro ὅ, τι ἄν· 187, πάντα ἑκατὸν θύειν, *centeſimas ſacrificare*, de quo nos ad Plutarchi Coriolan. p. 218, B: 197, ἐν δὲ τοῖς· 213, χείλη διηρμένα : διηρημένα· 218, ἁρμοὶ δακτύλων· 252, διαυλοδρόμος, & ἐκπεριέρχεσθαι. Huc item pertinent complura, eaque ſolerter animadverſa, & utiliter monita, de Accentuum ac Terminationum ratione, de librariorum erroribus in permutandis quibusdam literis & vocibus.

Et notatio rerum in vita & conſuetudine veteris

aevi

aevi, opportuna & jucunda compluribus in locis exſtat. Hujusmodi ſunt p. 100, de more ditiorum mulierum pauperioribus veſtimenta commodantium ad pompas & feſta tempora: p. 103, de ratione ignis eliciendi terendis invicem duobus lignis, quae dicitur πυρεῖα συντρίβειν· p. 120, τὸ Μητιχεῖον, τὸ Μητίχου κάλλιον, tribunal Athenis, unde Pollux & Ariſtaenetus III, 29, explicantur, & vocabulum fere ignoratum ex Lexico Rhet. MS. producitur „ Κάλλιον· δικαστήριον Ἀθήνησιν — & Κάλλιον· λυπρὸς ναὸς ἐξ αὐτοσχεδίου γενόμενος" · quod origine cognatum eſt cum vocabulo καλιὰ, καλιὰς, ἀδος, de qua dicimus ad Plutarchi Defect. Orac. p. 418, A: p. 141, ſeq. de tonſoris apparatu & officina, & explicando in tabernis inſtrumento, quo in negotio uſurpantur προτίθεσθαι & προθήκη· p. 154, de Adonidis hortis & feſto, in quo genere eſt γάστρα & γάστριον, vas, in quo hortus feritur, κοράλλιον imaguncula Adonidis. Haec pauca ſunt exempla ex magno numero, quem vel ex *Indice rerum & verborum*, item ex altero *Indice Auctorum emendatorum & explicitorum* cognoſcere licet; quorum complures ſunt vel collati cum codicibus ſcriptis nunc primum adhibitis, vel omnino nondum editi, veluti Lexica complura & Scholia.

Eſt vero etiam ubi Scriptor nobis ſententiam ſuam non perſuadeat. P. 74, in Antonino Lib.

cap.

cap. 4, *οἰκεῖν τινὸς, aliquo loco habitare*, dici illo loco, ᾤκει γῆς τῆς Δρυοπίδος παρὰ τὰ λουτρὰ τὰ Ἡρακλέους, quippe hic, ut alibi, οἰκεῖν cum παρὰ, non cum γῆς jungitur. P. 78, πολεμεῖν τινὶ τινὸς, Graecum eſſe, exemplis allatis non efficitur. Neque p. 138, ἀφικνεῖσθαί τινος, *pervenire ad aliquid*, probatur nobis; qui ubique hoc ſenſu ἐφικνεῖσθαί τινος unice verum judicamus: in Ariſtide T. II, p. 401, εὐχῆς ἂν ἀφῖχθαι δόξαις, dudum ἐφῖχθαι correximus: & quod Baſtius adfert ex Lexico MS. Sangermanenſi, Ἀφικόμην, γενικῇ· Πολυαίνου Μέμνων· τὰ μὲν οὖν ἄνω πάντα διεξῆλθον, τῶν δὲ κάτω οὐκ ἀφικόμην τῆς θέας· aut Grammaticus falſa lectione deceptus eſt, & Auctor ſcripſit ἐφικόμην· aut ſi haec vera fuit lectio, Auctor pravam & a melioribus ſcriptoribus dictionem improbatam uſurpavit. Argumentum hujus loci eſſe de Memnonis ſtatua in Aegypto, de qua Polyaenus librum, *Memnonem*, nomine ſcripſerit, ultro apparet: quis hic Polyaenus fuerit, non ſtatuimus. P. 174, in Parthenio, τῷ δὲ ἄρα καὶ αὐτῷ ἦν ἡ μονὴ ἡδομένη· corrigendum ἡδομένῳ, ex uſitate dictionis forma, *ille vero delectabatur manſione.*

Quo magis etiam ubertas & materia hujus libri intelligatur dicamus de Auctoribus quorum loci emendatur & explicantur. Horum igitur, praeter eos, quorum nomina titulus habet, & nos in ſcripto

ſcripto illo codice comprehenſos enumeravimus p. 120; Auctorum igitur praeter illos numerus eſt ad octoginta: in his, quorum major ratio habeatur, ſunt Alciphron: Commentator MS. in Dionyſium Thracem: Aeliani Nat. Animal: Harpocration, cujus egregie tractatum locum, in antecedente Cenſura memoravimus p. 86: Heliodorus: Libanius: Longus: Plato: Xenophon Epheſius: complures etiam Scholiaſtae & Lexicographi nondum editi.

Satis videmur de libri praeſtantia dixiſſe, ut interioris Graecae rationis ſtudioſi intelligant, ſe illo haud facile carere poſſe. Illud etiam monendum eſt, Epiſtolam Gallice ſcriptam eſſe, quod Auctor eam edere conſtituerat in *Millini*, *Viri Cl.*, *Horreo Encyclopaedeutico*, ſic enim Latine reddere nobis concedatur nomen Gallicum libri, *Magaſin Encyclopédique de Mr. Millin:* pro cujus libri inſtituto & modo quum Epiſtola longior fieret, eam auctor ſeorſim edidit.

RE-

RELATIONES

BREVIORES.

Quod ſupra in deſcriptione Plutarchi noſtri fe-
imus, ut locos, in quibus quid à nobis erratum
ut praetermiſſum eſſet, notaremus & corrigere-
ius, eamdem operam deſtinabamus aliis noſtris
bris, praeſertim prioribus omnibus hujus Biblio-
iecae Partibus: & fuit adeo nobis in hujus in-
aurandae praecipuis cauſſis haec officii & quaſi
eligionis perſunctio. Jam ordinario libelli modo
re expleto, illi officio ſatisfaciemus in proxima
arte: & quod nunc ſupereſt paginarum, vetere
ſtituto, Relationibus Brevioribus demus; ut in
s, quaſi juſto loco, quamprimum manes homi-
um nobis Muſisque dilectorum debita memoria
noremus.

I. Nam Villoiſonum, heu! nuper noſtrum,
odo nobis ereptum, ſilentio praeterire, nec re-
ns nos dolor, nec ipſe hic liber patitur. In
io ſi antea aliorum obitus doctorum hominum
tulimus, de Villoiſono non referre, nefas ſit:
ocum nobis quamvis abſente vetus ſtudiorum
offi-

officiorumque neceſſitudo intercedebat. Trigeſimus hic eſt annus, quod me in Pariſiorum urbe ſtudiorum communio compluribus doctis hominibus, in primis Villoiſono, Sanctocrucio, Larchero, ad mutuam benevolentiam conciliavit; quae poſtea ad amicitiae conſtantiam evaluit: cum duobus illis, propter aequalitatem aetatis, quotidiana tunc familiaritate floruit. Erant enim non ſolum eruditiſſimi homines, ut ſermoni materia numquam deeſſet: ſed & modeſti & jucundi, &, quod praecipuum eſt, viri boni ac probi: & me amabant, & amorem multis officiis comprobabant, nec ea commemorando aut exprobrando, quae eſt multorum ſtultitia, confutabant. Unum tamen fuit in quo gloriaretur Villoiſonus, & vere gloriari poſſet, ſe mihi periculoſe aegrotanti vitam ſervaſſe, quod medico me commendaſſet, eidem & ſuae artis & noſtrarum Literarum peritiſſimo, A. G. Lorryo, qui & per artem me dextere, & propter Literas amanter curaret. Ac Lorryi quidem in me beneficium, ut vivente ipſo teſtificatus ſum in hac *Bibliotheca* Vol. *II*, P. III. p. 106., ita nunc, utroque mortuo, utriusque beneficium gratus celebro. Horum igitur virorum erga me humanitatem gratiorem reddebat nativa & popularis illa urbanitas; ut & tunc, & poſtea, de eruditis Gallis uſurparem illud, quod apud Platonem Leg. I, p. 572, C, Lacedaemonius Megillus de Athenienſibus celebrari dixit, ὡς ὅσοι

τῶν

ῶν Ἀθηναίων εἰσὶν ἀγαθοὶ, διαφερόντως εἰσὶν τοιοῦ-
οι· *qui ex Athenienſibus ſint boni, eos excellen-*
:r eſſe bonos. Tales erant illi viri, & in his Vil-
›iſonus, cujus tota vita conſtabat bene faciendo.
'uotidianum ei opus erant ſtudia doctrinae & offi-
ia erga alios. Studiorum fructus in ſcriptis editis
›paruerunt, & ſcriptorem principibus Literarum
ſeruerunt. Officia erga alios cernebantur, cum
›iſtolis ad abſentes, tum ſermone & congreſſu
im praeſentibus: utrique generi quantum operae
mporisque tribuerit, incredibile dictu eſt. Nul-
s dies abibat, quin aliquot epiſtolas ſcriberet;
ıippe quarum commercium cum plurimis & ci-
bus & exteris colebat. Et quum una ſit in
›c noſtro terrarum orbe urbs Pariſiorum, quam
ectatum plurimi undique confluant hoſpites &
regrini, horum nemo erat, qui quidem non
orſus eſſet ab omni doctrinae cultu alienus, quin
lloiſonum adiret: nemo eum adibat, cui non
quid conſilii & operae ad rerum hominumque
gnitionem impertiret. Nulla fere ars erat,
in & eam factitantes aut docentes, & eam ſibi
sve requirentes, Villoiſoni commendationem
ɔeterent; unde fiebat, ut, Socratis inſtar, com-
nis eſſet docentium diſcentiumque conciliator;
gratuitus inſtitutionis moderator. Omnino, qui
gis officioſus, magis ad promittendum benig-
, in promiſſis faciendis diligens & induſtrius

 fue-

fuerit, fateor me cognoviſſe neminem. Ita tunc vivebat. Inſigni Literarum ſcientia, Graecarum, Latinarum, Orientalium, jam puer celebratus: vigeſimo aetatis anno collega Academiae Inſcriptionum Pariſinae additus, mox duas praelegit Diſputationes, alteram *de Ludis Nemeis*, alteram *de Aera Graecorum vulgari*. Tum Apollonii Lexicon Homericum edidit, a. 1773: indeque ſe ad Eudociae Violetum ornandum dedit. Quod dum ageret, frequentes in eo libro loci ex Cornuti *de Diis* libello, ad hujus editionem ſuſcipiendam eum impulerunt. A quo eum propoſito, Ruhnkenii admonitio avertit. Magna deinceps ſecuta eſt & privatim & publice viciſſitudo. Editis Longi Paſtoralibus Pariſiis anno 1778, Venetiam profectus, quatuor ibi annos conſumſit codicibus ſcriptis bibliothecae S. Marci excutiendis. Cujus operae fructum prodidit, cum in libro Anecdotorum Venetorum Gr. duobus voluminibus formae 4, a. 1781: quorum priore, Eudociae Violetum, ſed ſine deſtinato Editoris commentario, exſtat: tum in primis in lucem protracta Iliade, cum Scholiis veterum Grammaticorum adhuc ignotis, optimarum rerum plenis ad cognitionem criticae hiſtoriae carminum Homericorum: unde ad hoc ſtudium retractandum, quaſi ſigno ſublato, viri eruditiſſimi, Heynius & Wolfius, conſilium ſibi quisque ceperunt faciendarum editionum, quae nunc

unc maxime celebrantur. Villoiſonus inde Ger-
aniam obiit: apud Ser. Ducem Saxo-Vinarien-
m, principem & ipſum eruditiſſimum, & erudi-
rum hominum fautorem, ſibi jam antea Pariſiis
gnitum, in aula Vinarienſi, a. 1782 & 1783,
atus acceptusque hoſpes commoratus eſt: ibi-
e Epiſtolas Vinarienſes conſcripſit, editas Tu-
:i a. 1783. Reverſus Pariſios, mox anno 1784
ıjus iter Conſtantinopolim & in Graeciam ſuſce-
: iisque perluſtratis, multarum rerum nemini
:ea animadverſarum cognitione auctus, in pa-
m rediit a. 1787. Proximo anno editio Iliadis,
qua diximus, prodiit Venetiae: ipſe graviſſi-
m luctum ſuſcepit obitu uxoris, nullis relictis
is, quacum per undecim annos conjunctus fue-
— Hucusque, rerum ejus teſtes, habeo epiſto-
ab ipſo ad me ſcriptas. Secuta ſunt tempora
ıuinolenta & optimo cuique pernicioſa. Horum
o, anno 1790, ut homo nobilis & popula-
ı inſidiis petitus, voluntario exilio ſeſe aggre-
r nobilitati Confluentiam profugae. Mox has
es improbans, Pariſios redux, incidit in me-
ı belli civilis incendium & proſcriptionis ter-
n. Cui ſe ſubducens, Aureliam conceſſit,
ıe ſeptem annos occulte vixit in Literarum
is, bibliothecam fratrum Valeſiorum, Henrici
adriani, tractans, eorumque adverſaria excer-
Denique ſedatis rebus Pariſios rediit, parva

 pa-

patrimonii parte velut ex naufragio ſervata; ſperati annui vectigalis viginti & quatuor millium librarum, non niſi ſextante. Adoleſcens, rebus florentibus, docendi munera, quae illi ut prae caeteris digno vel deſtinabantur vel offerebantur, ut aliena moribus nobilitatis recuſabat: provectior aetate, rebus lapſis reſtituendis, eadem ante hos fere tres annos, ſocius Inſtituti Francici allectus, accepit: primum, *Linguae Graecae Novae*, deinde, *Linguae Graecae Veteris*. Quo temporis ſpatio aliquot ſcripſit libellos Gallica lingua, in Millini Horreo Encyclopaedeutico, ni fallimur, editos: qui fere continentur quatuor Epiſtolis ad eruditiſſimum Akerbladium, Suedicae Legationis in Gallia comitem ab Actis: quarum tres ſunt de Inſcriptione illa Roſetana, nuper in Aegypto reperta: quarta, de ſigno duorum leonum ejusque inſcriptione, quondam Athenis a Venetis Venetiam translato. Nemo enim, quod ſciamus, fuit, qui Graecarum Literarum omnis aevi, antiqui, medii, & novi, ſimul tanta ſcientia valeret. *Epiſtolarum* noſtrarum vices, diu intermiſſae, ante ſex hos annos inſtauratae, ſatis frequentes fuerunt. Ad poſtremam noſtram reſpondendi officium deſiderantes, perculit nos triſtis de ejus obitu nuntius: isque & eo magis inopinatus, quod aliquot ante menſes eum optime valere ex ipſo & aliis cognoveramus: & eo magis acerbus, quod optimus vir, quem

quem ipſae Muſae caedibus civilibus ſubtraxerant, & ſuo ſinu abſconditum ſervaverant, & ſanitate corporis ad longae ſpem vitae confirmaſſe videbantur, inexſpectato hepatis morbo nobis ereptus eſt: & tunc occidit, quum fructum doctrinae ſuae & ipſe percipere, & aliis docendo impertire, coepiſſet: & poſt diuturnas calamitates aliquam facultatem nactus eſſet, qua adventanti ſenectuti ſubſidium ac levamentum proſpiceret. Obiit d. XXVII Aprilis hujus anni, aetatis quinquageſimo quinto. Reliquit multa commentariorum volumina: de Palaeographia: de itinere & peregrinatione ſua per Graeciam, rebusque ac monumentis ibi a ſe repertis: Annotationes in complures Graecos Scriptores: Excerpta adverſariorum Valeſianorum. Quae ne in heredum manibus pereant, ſed publico uſui vindicentur: & ut vitae rebusque viri, qui doctrinae & virtutis cauſſa plurimis & civibus & exteris flebilis occidit, ſcriptor doctus ac diſertus obtingat: id vero vehementer optamus. De rebus ejus & ſcriptis, adhuc vivo ipſo, prodidit Saxius noſter in Onomaſtico Literario Parte VIII. p. 381.

II. Et *Santenio* quondam noſtro locus debetur in hac Bibliotheca, quam ipſe elegante ſymbola cenſurae Tibullianae ornavit: & fuit nobis Literarum amore conjunctus, inde fere ab illo noſtro Leidenſi ſtudiorum anno: & admonet nos mentio

Villoiſoni noſtri, cui conciliavimus eum Pariſios inviſentem tunc, quum nos ibi degebamus. Natus Amſtelodami, uſus diſciplina P. Burmanni Secundi, condiſcipulus & amicus Boſchii noſtri, item poeſeos Latinae ſtudium laudemque conſectatus eſt. Hinc Leidam veniens, Jurisprudentiae operam dedit, ducibus Voorda & Peſtelio: Literis Graecis & Latinis, doctoribus Valckenario & Ruhnkenio, quorum utrique in primis carus fuit. Et hodiernarum aſſumſit Literarum cognitionem, non modo Belgicarum, ſed & Gallicarum, quin & Germanicarum & Britannicarum, in eum certe finem, ut ad ſaeculi ſenſum politus videretur. Omnino, ea in eo erat elegantia ingenii ac doctrinae, ut omnium judicio ei deberetur vel cathedra academica, vel praefectura & inſtitutio filiorum regiorum aut principalium, vel certe lautum aliquod & cum illa elegantia congruens civile munus. At fortuna indignis etiam favens, Santenio, quamvis digno, ſemper adverſa fuit. Accedebat valetudo incommoda, ſtudiis inimica, fere medico & gymnaſtico victu regenda. Accedebat caſus patris, rebus nondum compoſitis, mente labefactati, filio non ſolum patrimonii ſpem adhuc oſtenſam adimens, ſed neceſſitatem etiam ſenis alendi imponens. Quo hic officio γηροτροφίας ita functus eſt, ut omnes, quum antea ejus eruditionem agnoviſſent, nunc pietatem amarent.

'ent. Vendidit rerum ſuarum & librorum quan-
um potuit, eamque pecuniam ad patris curatio-
iem alimoniamque contulit. Hoc unum, ſi nil
liud, bene factum ei omnium potentiorum civium
nimos adjungere, eumque ad luculenti muneris
deptionem commendare debebat. Nequicquam:
lil profuit pietas: nil profuit commendatio
uamvis diligens & perpetua Ruhnkenii, Valcke-
arii, aliorumque ſummorum virorum. Igitur ac-
ıievit in opere voluntario Repetitoris: adole-
entes, more Academico, in Jurisprudentia gra-
ım *Doctoris* petentes, ſcholis repetendis, diſpu-
tionibus theſibusque commentandis, ad proba-
ınem inſtruxit. Sed multo etiam latius hoc in
nere patuit induſtria Santenii. Nam, juventute
ntinuo ad Graecas Latinasque Literas hortanda
inſtituenda, earum ſtudia frequentavit; itaque,
de ipſis Literis, & de Academia egregie meritus
. Quidquid ei ab illo quaſi alieno negotio
ereſſet otii, hoc ſuis ipſe Muſis tribuebat:
xime, carminibus pangendis, de quorum laude
er omnes conſtat: ſed & ſeverioribus & criticis
diis. Quo in genere exſtat Propertii editio,
m a P. Burmanno Secundo inſtitutam, ejus-
obitu intermiſſam, ipſe ſuſcepit ac perfecit.
ſtat Catulli Elegia ad Manlium, in novae edi-
ıis ſpecimen adornata, memorata nobis ſupe-
e hujus Voluminis III, Parte II, p. 128. Sunt

 ejus

ejus Notae Proſodiacae in Mureti Carmina, editionis Ruhnkenianae, Tomi IV, p. 30 praefationis. Sunt Animadverſiones in Hieronymi Balbi Carmina, in editione operum hujus, quam Vindobonae curavit a. 1792, Joſephus de Retzer, ad quem Ruhnkenius epiſtolam ſcripſit in eodem libro editam, laude Santenii inſignem: quam cum illis Animadverſionibus denuo edidit eruditiſſimus vir, C. D. Beckius, in Commentariis Societatis Philologicae Lipſienſis, Volumine II, p. 145. Sunt alia. Exſtabit etiam, ut ſperamus, Terentianus Maurus, quem eruditiſſimo commentario illuſtrare ingreſſus, jamque ad medium opus progreſſus, moriens docto amico abſolvendum reliquit. Nam quod eum rogaveram, & Ruhnkenius, ut ad criticae & ſtili exercitationem utile, ei ſuaſerat, ut ſocium ſe mihi Bibliothecae hujus ſcribendae adjungeret; ejus collatio intra unam Tibullianam cenſuram ſubſtitit. Caeterum, ſtudioſum induſtriaeque ſuae, praeter laudem & vitae ſuavitatem, hunc in primis fructum percipiebat, quod res ſuas ad honeſtam mediocritatem reſtituiſſet, in qua ad aliis bene faciendum voluntati facultas non deeſſet. Fuit enim in ipſo animus beneficus, liberalis, ab adulatione alienus, & cum libera contumacia, magis ſui judicii tenax, quam alieni ſequax. Ita factus, & jam in Burmanniana diſciplina abalienatus a partibus eorum, qui

qui reipublicae gubernacula tenebant, accedente indignatione repulſarum & deceptae ſpei fautorum, magis etiam adverſarias partes ſecutus eſt. Neque tamen minus vulgo ab omnibus diligeba-ur. Res mutata eſt ineunte anno 1795, non ſolum publica univerſe, ſed & privata peculia-riter multorum. Santenius a ſua ſecta, jam victri-e, in novum Senatum Leidenſem lectus, & in Collegio Curatorum Academiae conſtitutus eſt. Hanc ad ſuum judicium reformare inſtituens, de rebus hominibusque nonnullis durius conſulens, omplurium etiam ſuae ſectae hominum animos ffendit. Quamquam fuit haec non tam ipſius ulpa, quam temporum; quorum tanta erat vis, t non modo homines ab alijs alios, etiam con-nctiſſimos, disjungerent: ſed ſingulis quoque er-orem objicerent, eos ſibi ipſis diſſimiles, ex mi-ibus duros, ex lenibus aſperos redderent. Tem-ora rurſus mitigata, ut nunc ſunt, eum ſponte l naturae ſuae bonitatem clementiamque reduxiſ-nt. Nam nec placabilitas ejus vindictam cupie-it, nec liberalitas privatum commodum quae-bat. Duo illa munera, honorifica quidem, at inime lucrifica, integre & laborioſe adminiſtra-t, nec valetudini parcens: cui ſuperveniente euritide conſumtus eſt, die 10. Aprilis, anni 798, aetatis quinquageſimo & tertio. Haec nos ripſimus, ut rationem haberemus & laudem

 opti-

optimi viri, & noſtrae cum eo conjunctionis. Qui de ejus doctrina, ſcriptis, & rebus, plura cognoſcere cupiunt, legant J. H. Heuſſii praefationem ad Santenii Poemata, edita Leidae a. MDCCCI: & Saxii noſtri, doctrina & aetate venerandi ſenis, Onomaſticum Lit. Part. VIII, p. 408.

III. Neque hoc loco reticeamus manes Ruhnkenii, Schultenſii, Nieuwlandii, quorum & animi noſtro cum animo congruebant, & ſtudia ad hanc Bibliothecam pertinebant. Quae quid duobus prioribus debeat, diximus in *exordio Voluminis* III, Partis I: & Nieuwlandio debitura erat, a quo ſcriptam quamdam cenſuram, nondum editam, ſervamus, veluti penſum ei impoſitum, quo eum ad hujus ſcriptionis ſocietatem exerceremus. Sed Ruhnkenio juſtum exſolvimus cultum in proprio Vitae ejus libro: cui veluti religionis acceſſionem, & cineribus libamen, adſperſimus memorias Schultenſii & Nieuwlandii. Hae igitur illo loco tamquam ſacro immotae maneant: quem nos nunc cogitatione transeuntes, inferiis adfundendis veneremur, & coeleſtes animos avere jubeamus, qui ſuo nobis diſceſſu eo acerbiorem luctum fecerunt; quo minus, hac aetate & temporum difficultate, ipſorum luce & uſu carere poteramus.

IV. *Cenſura Scriptorum Veterum de vita & re-*

rebus Alexandri Magni: editio altera, multis partibus aucta. — Gallice ſcripti libri inſcriptio Gallica haec eſt: *Examen Critique des anciens Hiſtoriens, d'Alexandre-le-Grand: ſeconde édition, conſidérablement augmentée. Paris, de l'imprimerie de Delance & Leſueur. An* XIII — 1804. *4ta majore forma, pagg.* 924. Eruditiſſimus hujus operis auctor, Sanctocrucius, alter nobis erat ex illo Pariſinae commorationis & ſtudiorum conſortio: & ſupereſt, & diu ſuperſit! & quod Villoiſoni aevo detractum eſt, hujus accedat ad annos! Operis quidem major eſt copia & praeſtantia, quam cui per brevem relationem ſatis fiat. Sed quandoquidem primae editioni juſtam tribuimus cenſuram ante hos viginti & octo annos, hujus Bibliothecae Criticae Vol. I, Parte II, nunc notatione conſilii, argumentorum, novarumque partium, defungemur. Nam, ut ipſe ait optimus Sanctocrucius, divinae providentiae munere, e gladiis & inſidiis ſiccariorum, ac proſcriptionis caedibus periculisque tandem liberatus, retulit ſe ad priſtina Literarum ſtudia, & editos a ſe libros retractandos; quo magis recentium malorum recordationi aliquod oblivionis lenimentum reperiret. Quibus in libris fuit in primis hic de *Scriptoribus rerum Alexandri*: cujus & materiam ita auxit & amplificavit, & formam ita immutavit, ac deſcripſit, non

non ut ejusdem libri nova editio, ſed ejusdem argumenti novus liber prodierit. Quae libri amplitudo non modo ex numero paginarum apparet, qui in priore editione fuit fere triens hujus, quae eſt 924: ſed etiam ex inſcriptionibus & argumentis Sectionum. Nam I, p. 1—192, eſt *de ingenio, ratione, ſtilo, propoſito; quem vulgo characterem dicunt, antiquorum Hiſtoricorum Graecorum: de fontibus unde ſua hauſerunt Scriptores rerum & vitae Alexandri M: horum quisque quo gradu auctoritatis cenſendus ſit: de corruptione ac depravatione generis hiſtorici: de memoriis ac mentionibus Alexandri, Orientalium traditione propagatis:* nec ſolum Scriptores, qui poſt Alexandrum fuerunt ac de eo ſcripſerunt, ſed etiam priores omnes inde ab Homero, recenſentur. II, p. 193—306: *Argumenta rerum Alexandri ab earum Scriptoribus proditarum, inde ab ejus ortu ad pugnam Arbelenſem.* III, p. 307—522: *Argumenta rerum Alexandri ab earum Scriptoribus proditarum, usque ad ejus obitum inde a pugna Arbelenſi.* IV, p. 523—576: *De Librorum Sacrorum & Scriptorum Judaicorum teſtimonio in rebus Alexandri.* V, p. 577—646: *Chronologia Scriptorum de rebus Alexandri M.* Ibid. p. 647—660: *Canon Chronologicus, inde ab initio regni Philippi Macedonis usque ad obitum Olympiadis.* VI, p. 661—750: *Geographia Scripto-*

Scriptorum de rebus Alexandri M. Appendix: 753—776: *Additamentum ad Sectionem* I, *de Hiſtoricis Graecis medii aevi.* P. 777—790: *Imago antiquae tabulae ſculptae marmoreae, cuius argumentum eſt pugna ad Arbelam:* in clypeo expreſſa eſt, quem duae mulieres, Europa & Aſia, ſupra aram manu quaeque alterâ, ſublimem ſuſtinent: in tabulae ſuprema parte epigramma eſt:

ΕΠΤΑΞΑΝ ΒΑΣΙΛΗΕΣ ΕΜΟΝ ΔΟΡΥ ΕΘΝΕΑ ΤΕ ΑΥΤΩΝ.
ΟΣΣΑ ΠΕΡΙΞ ΓΑΙΗΣ ΩΚΕΑΝΟΣ ΝΕΜΕΤΑΙ.

In parte infima duo reliqui ſunt verſus:

ΕΙΜΙ Δ ΑΦ ΗΡΑΚΛΕΟΣ ΔΙΟΣ ΕΚΓΟΝΟΣ ΥΙΟΣ ΦΙΛΙΠΠΟΥ
ΑΙΑΚΙΔΩΝ ΓΕΝΕΗΣ ΜΗΤΡΟΣ ΟΛΥΜΠΙΑΔΟΣ.

In ſpatio inter clypeum & aram legitur,

Η ΕΠΙ ΠΑΣΙ ΜΑΧΗ
ΤΡΙΤΗ ΠΡΟΣ ΔΑΡΕΙ
ΟΝ ΓΕΝΟΜΕΝΗ
ΕΝ ΑΡΒΗΛΟΙΣ.

Addita eſt hujus tabulae interpretatio elegantiſſima, viri veterum monumentorum & Literarum peritiſſimi, E. Q. Viſcontii. P. 791, 792: *Nota de*

de quibusdam ſignis ad res Alexandri pertinentibus. Tria ſunt ſigna. Alterum vetus in tabula ſculpta, Diogenis in dolio ſedentis & prope eum ſtantis Alexandri: in titulo hujus libri expreſſum. Alterum & tertium nova, aeri inciſa ornando huic libro: illud, exhibens rogum Hephaeſtionis: hoc, funebrem currum Alexandri, illuſtrandae narrationi Diodori Siculi VII, 115, & XVIII, 26, 27. P. 793—848, *Explicatio tabulae geographicae itinerum & imperii Alexandri;* utraque auctore clariſſimo hujus aetatis geographo Barbieo Bocagio (Barbié du Bocage) magni Danvillii diſcipulo. P. 849—864, *Addenda & Corrigenda.* P. 865, 866: *Index Auctorum veterum, qui emendatur & explicantur.* P. 867—923: *Index Rerum.* Nos, ut in quibusdam locis ab auctore diſſentimus, ita univerſe eum omnes hiſtorici muneris partes expleviſſe judicamus. Nam & materiae collectae tanta eſt copia, ut nullus acceſſioni relictus videatur locus, & quaſi theſaurus ſit hiſtoriae Alexandri: nullus, qui ad eam pertineat, homo, locus, nullum factum, opus, tempus, nulla res & actio, nulla cujusquam ſcriptoris mentio, deſideretur: ſed omnibus etiam Scriptoribus percenſendis, omnium ſaeculorum & aetatum virtutes vitiaque notentur. Et materiam quaſi *ſpiritus intus alit* atque animat, diſtributione, judicio, ratione, ſenſu magnitudinis & honeſtatis,

s, ac religione reverentiaque muneris hiſtorici: orumque cogitatorum diſerta & gravi declaratone. Itaque optamus, ut egregio viro, quae fuit ſtudii intentio, animi corporisque alacris, otii aliarumque rerum abundantia, ad hoc de lexandri hiſtoria opus ornandum: eadem ei ſupetat, ad librum de *Myſteriis Veterum*, nobis emoratum Vol. II, hujus Bibliothecae, quem inc maxime in manibus habet, nova editione cupletandum & frequentandum.

V. Et Larcherum nobis conciliavit Pariſina a commoratio ſtudiorumque communio: eumm afflixit iſta civili ſanguine redundans Gallici gni converſio: qua bonus ſenex, ſibi & Literis vens, omnibus bene faciens, a furioſis civibus muſeo ſuo raptus, praeſenti morti deſtinatus, ox divinitus ſervatus, ad Muſas ſe ſuas recepit: iis recreatus, ab iisdem, ut ante actae, ita iquae vitae ſolatium & quaeſivit, & percepit, diu porro percipiat! Sed ad propoſitum venias. In Graecis Scriptoribus is eſt Herodotus, cui xima editionis praeſtantia ac fortuna contigerit. m, ut nil dicamus de aliis iisque eruditiſſimis toribus, Camerario & Stephano, Jac. Gronos, ex optimo codice Mediceo, Herodotum ita igatum edidit Lugduni Bat. a. 1715, ut is jam c prae caeteris Scriptoribus cultus ornatusque eretur. Cujus ſplendorem editionis longe major

jor obſcuravit ſplendor novae editionis, ad quam duo ſummi viri, Weſſelingius & Valckenarius, conjunctam doctrinae operam ita contulerunt, ut haec una excellentiſſima inter omnes & palmaria Graeci Scriptoris adhuc editio celebretur. Et tamen aliquantum aliis agendum reliquerunt. Nam quum ſuam uterque facultatem hoc in opere collocaret, uterque emendationem & interpretationem ſibi proponeret, uterque ſuam ſibi propriam rationem ſequeretur, quam quum ſignificaverimus in Vita Davidis Ruhnkenii p. 85, nunc referre non attinet: igitur illam rationem quum ſequerentur duumviri, factum eſt, ut in Hiſtoria, Geographia, Chronologia, Antiquitatibus, homines harum aut minus periti, aut in primis ſtudioſi, aliquanto plus enarrationis deſiderarent, quam quantum illius editionis modus ac propoſitum caperet. Hoc ita explevit Larcherus, vir laudatiſſimus, ut & illorum hominum deſideriis ſatisfaceret, & ſingulis illis Herodoteae partibus materiae, & vero univerſae Hiſtoriae antiquae, novam lucem adferret. Et prima *quidem* editio prodiit, Pariſiis a. 1786, ſeptem voluminibus, altera haec ibidem, a. 1802, novem voluminibus. Nam quum interea vel exemplaria evanuiſſent, vel ipſa tempora & argumenti retractatio, de compluribus locis ſcriptori aliquam ſententiae mutationem attuliſſent; judicavit ſe id & candori ſuo, & amori veritatis, & lectorum ſtudiis de-

lebere, ut opus denuo correctum auctumque ede-
'et. Inſcriptio Gallica operis haec eſt: *Hiſtoire d'Hé-
'odote, traduite du Grec, avec des Remarques Hiſto-
'iques & Critiques, Eſſai ſur la Chronologie d'Hé-
odote, & une Table Géographique. Nouvelle Édi-
ion, revue, corrigée, & conſidérablement augmen-
ée: à la quelle on a joint la Vie d'Homère attribuée
Hérodote, les Extraits de l'Hiſtoire de Perſe & de
Inde de Ctéſias, & le Traité de la Malignité d'Hé-
odote: le tout accompagné de Notes. (Edition en
euf volumes.) De l'Imprimerie de C. Crapelet: à
'aris: chez Guillaume Debure, l'aîné, Libraire
e la Bibliothèque Nationale, rue Serpente, nº. 6:
 Théophile Barrois père, Libraire, rue Haute-
uille nº. 22. An* XI — 1802. Nos materiae
rietatem, cum veteris, tum novae acceſſionem,
cundum ordinem voluminum poſtremae hujus
litionis ſummatim ſignificemus. Igitur ſex prio-
bus voluminibus continetur Herodoti Hiſtoria
allice verſa, cum annotationibus ad finem cu-
sque libri ſubjunctis: in quibus locorum obſcu-
rum difficiliorumque in omni genere intelli-
ntia aperitur, cum ex grammatica interpretandi
endandive ratione, tum ex omni rerum cogni-
ne, hiſtoricarum, geographicarum, chronolo-
carum, naturalium, aliarum, neque ſolum ex
tiquis Auctoribus, ſed illorum interpretibus, in
ni doctrinae genere ſcriptoribus hodiernis:

 tum

tam vero eorum, qui illas regiones, de quibus agitur, vel habitando, vel peregrinando, cognoverunt, earumque deſcriptiones ediderunt; ut nemo non Herodoti, & omnino Veteris *Hiſtoriae*, ſtudioſus has annotationes inſigni cum cognitionis & ſuavitatis fructu lecturus ſit. Praefatio, in principio Voluminis I poſita, complures habet novas partes: non ſolum de hujus ſecundae editionis conſilio & amplificatione, ſed de ipſius Herodoti ratione & auctoritate. Ex hoc genere ſunt p. VI, VII, Refutatio criminis a Cayſtro, apud Porphyrium, in Herodotum illati, eum *Hiſtoriam* ſuam ex Hecataeo tranſcripſiſſe: p. X, de Plutarchi criminibus, locus auctus: p. XXIV—XXXII, novus eſt locus de forma, diſtributione & propoſito, operis Herodotei. Ex altero genere eſt p. XXXVIII ad finem, enumeratio, cum acceſſionum hujus novae editionis, tum hominum doctorum, quorum ex ſcriptis aliquantum ſe ad hanc ſecundam editionem adjumenti habuiſſe gratus fatetur. Acceſſiones mox in ſingulis Voluminibus ſignificabimus, nec praecipere nunc eas attinet. In illo genere, etiam noſtri comiter mentionem fecit optimus Larcherus, tum eruditiſſimos viros memorat, Korayum, Sanctocrucium, Chardonum Rochettium, Danvillium, Barbieum Bocagium: tum peregrinatores illarum regionum deſcriptores, Pocockium, Shawium, Woodium, Dawkinſium,

Chan-

Chandlerum, Stuartum, Brownium: hos quidem lebita cum laude: at Brucii, multa mirabilia de ua inter Aethiopes commoratione, & cognitis a ſe Nili fontibus, narrantis vanitatem facete perſtringens. Volumen II, habet acceſſiones novas memoabiles. De aetate Seſoſtris: quem eumdem eſſe Menephrem, nunc primo, ut aerae conditorem, ognitum ex ſcripto codice Theonis, bibliothecae 'ariſinae, ad hominum doctorum notitiam prolaım a Larchero. Admonitio de antiquitate Aeyptiorum, intra juſtos fines revocanda. Explicatio duorum Zodiacorum, quos, per nuperam allorum in Aegyptum expeditionem, cognovit ac eſignavit praeſtantiſſimus vir Denon: nunc docte xplicuit & ad Ptolemaeorum tempora pertinere tendit intelligentiſſimus antiquorum operum judex, Viſcontius. Volumina III, IV, V, continent libros Herodoti ſex, a tertio ad octavum. oluminis VI varia eſt materia: Herodoti liber nus: Ejusdem nomine quae fertur Vita Homeri. xcerpta Photii, ex Cteſiae Hiſtoriae operibus, erſicae & Indicae: Plutarchi liber De Malignite Herodoti, ab Amyoto verſus: illa quidem nia, cum annotationibus Larcheri: denique, einozii Defenſio Herodoti adverſus accuſationem utarchi. Voluminis VII, amplum & luculenm eſt argumentum Chronologia Herodoti, de a mox referemus. Volumen VIII, habet Indi-

cem Geographicum locorum ab Herodoto memoratorum, cum annotationibus quavis pagina ſubjectis. Volumen IX, continet Indices duos: alterum brevem, Auctorum a Larchero in hoc opere citatorum, addita cuique notatione editionis: alterum longe copioſiſſimum, Rerum in Herodoti opere, & Annotationibus Larcheri, memoratarum, a p. 49 ad 591: accedunt in fine Additiones & Correctiones a p. 591 ad 608. *Sed* quum omnes hujus Larcheriani operis partes multum novae lucis cognitioni Veteris *Hiſtoriae* adferant, tum vero plurimum lucis adfert *Volumen* VII, quod eſt de Chronologia Herodoti. Nemo in his rebus facile adeo eſt hoſpes, ut ignoret, & in omni Vetere Hiſtoria ſubinde, & vero ſaepiſſime & maxime in ea aetate, quae fuit ante Cyrum Perſici conditorem imperii, non modo rerum proditarum fidem, ſed in primis etiam temporum notationem vacillare. Nam de Graecis antiquiſſima perhibetur memoria Regni Sicyonii, conditi ſaeculo ante noſtram aeram XXII. Quae deinceps feruntur hominum rerumque commemorationes usque ad Bellum Thebanum & Trojanum, ita turbatae fabulis traduntur, ut vulgo illud tempus *μυθικὸν* dicatur, ac difficile ſit veriſimilitudinem aſſequi; quamquam Chronologi & veteres & recentiores ex illa mole ita diſcreverunt hiſtoricas partes, ut iis per tempora digerendis, quaſi

quaſi Hiſtoriam, certe ſucceſſionem rerum hominumque, deſcripſiſſe videantur. Fuit igitur Trojae excidium terminus a quo & prioris aetatis, & ſequentis usque ad inſtitutas Olympiades, tempora fere per generationum ſpatia numerarentur. Et vero una eſt in toto illo aevo res, de cujus anno diſerte conſtet, ipſum initium notationis Olympiadum; quippe quod incidit in annum ante noſtram aeram 776. Nam Trojae excidium fuiſſe octoginta annis ante Heraclidarum reditum, omnium conſenſu probatur: at quoto anno ante Olympiades, utravis res acciderit, ignoratur: nec eſtium fide ad certum annum fixa eſt: ſed, ut res llius aevi, conjecturae probabilitate vix ad quinquennium, aut decennium, aut majus etiam ſpaium definiri poteſt. Diligentiſſimi adhuc recentiores Chronologi, in his Petavius, Trojae excilium poſuerunt anno ante noſtram aeram 1184: t Larcherus noſter in annum 1271, fidens indiciis Ierodoti ac Thucydidis recta interpretatione delaratis, tum computationi per generationes ictae, ſucceſſorum Herculis Heraclidarumque in egno Lacedaemonis, & Aeneae in regno Albano. laec eſt illa computatio, qua tres generationes entum annis cenſentur: qua Larcherus multum ovae lucis attulit antiquis rebus, oſtendens antiuiſſimos auctores ea uſos, poſteriores auctoritem Eratoſthenis & Apollodori, ſingulas gene-

rationes triginta annis cenſentium, ſecutos eſſe: a quo errore ex recentioribus ſolos ſibi tres caviſſe, Dodwellum, Freretum, Bouhierium. Aſſyriorum imperium, teſte Cteſia, usque ad *Sardanapalum* duravit 1360 annos: nec adeo multum ab hoc numero differunt ſequentes ſcriptores. At Herodotus prodit Aſſyrios imperium Aſiae per 520 annos tenuiſſe, tunc, quum a Medis, duce Arbace, ſubigerentur. Hic annus varie ponitur, a Petavio 876, a Larchero 748, aliter ab aliis. Aſſyrii & Babylonii quum rurſus a Medis deficerent, hi & Babylonii denuo Aſſyrios ſubigerent, tandem ipſi ſub Cyri imperium venirent, cujus initium numeratur 559; magna porro exiſtit repugnantia in regibus & annis, a Sardanapalo ad Cyrum. Aegyptii, teſte Herodoto, perhibebant, ſuos majores ab innumerabili ſpatio deinceps a Diis gubernatos, primum regem ex humano genere habuiſſe *Menem*: cujus aetas, ſecundum noſtras & Larcheri rationes incidat in annum 12356 ante vulgarem aeram: inde ſucceſſiſſe 329 reges ad *Moerin*, qui cenſetur anno ante vulgarem aeram 1424: deinceps regum ſucceſſionem prodebant ad annum 526, quo Cambyſes Aegyptum Perſico imperio adjecit. Sed, ut in Aſſyriorum, ita multo etiam magis in Aegyptiorum rebus mirifice invicem diſſentiunt Scriptores, Herodotus, Diodorus Siculus, alii: Manethos, Eratoſthenes, quoad ho-

ıorum reliquiae apparent, ex Julii Africani item ıerdito opere ſervatae apud Euſebium & Syncelum. Sed hi tres, ut Chriſtiani, & horum exemplo ıodierni, id egerunt, ut illorum populorum res b hiſtoricis traditas in conſenſum redigerent cum hronologia Veteris Teſtamenti, reſecando, trans-onendo, interpolando. Quod inſtitutum haud-uaquam probans Larcherus, divinam Hiſtoriae acrae auctoritatem minime ille in dubium vocans, nmo ubique eam ſui judicii profeſſione teſtifi-ıns, illud certe hiſtoricae & criticae rationi con-ntaneum judicavit, Scriptoris cujusque chrono-giam ex ipſo cognoſcendam, ac de populi cu-sque rebus & hiſtoria, ipſum populum, ejus-ıe traditiones & Hiſtoricos, audiendos eſſe. Ab ıjusmodi conſilio & ratione profectus, compo-it hanc Chronologiam Herodoteam, gratiſſi-um utiliſſimumque omnibus Veteris Hiſtoriae ıdioſis opus, conjunctum cum boni editoris & erpretis munere, debitum fidei & candori He-loti, qui nil ſine auctoritate, omnia vel ex cer-monumentis petita, vel fando accepta, decla-ıs ſubinde ſuum ipſe auctorem & judicium, pro-lit. Totum hoc argumentum Larcherus in hac tione multis partibus auxit, atque his Capiti-s deſcripſit. I, De Aegyptiorum Chronologia. imum, de ſcriptoribus harum rerum, eorum umento & auctoritate: Vetere Chronico, Ma-

nethone, Julio Africano, Euſebio, Syncello, Diodoro Siculo, Herodoto. Deinde de recentioribus Chronologis, Petavio, Marshamo, Perizonio, Devignoleſio, Origpyo, Gatterero, Jackſono, aliis etiam minus in hoc argumento cognitis. Tum de ſucceſſione Regum. Nam de Eratoſthene, qui & ipſe ſingulari opere res ac tempora Regum Thebaicorum conſcripſerat, dicitur in loco qui eſt de Syncello, & p. 387. II, De Phoeniciis, praecipue de tempore conditae Tyri & Carthaginis. III, IV, V, De Regibus Aſſyriis, Medis, Babyloniis. VI, De Deucalione *ejusque* poſteris, praeſertim Melampo, & Biante. VIII, De Pelasgis, eorum ſtirpe & propaginibus. IX, Atticarum rerum tempora, ab Ogyge ad Creontem, primum annuum Archontem. X, De Regibus Argivis, Inacho, Danao, caeteris. XI, De Europa, Cadmo, & Regibus Thebanis. XII, De Minoe I & II, ac Daedalo. XIII, De Hercule, Argonautarum expeditione, Medea. XIV, De Trojae excidio. XV, De Coloniis Graecorum ante & poſt Trojae excidium. XVI, De Heraclidis. XVII, De Regibus Lacedaemoniis. XVIII, De Regibus Corinthi. XIX, De Aeſopo. XX, De Pythagora. Hactenus pertinet pars prior hujus Voluminis ab initio ad p. 564: hinc parte reliqua ad finem p. 703, continetur *Canon Chronologicus*, multo item quam in priore editione lo-

locupletior & emendatior; quamquam ne in illa
quidem quidquam copiae diligentiaeque deſidera-
batur. De his acceſſionibus & correctionibus di-
citur in Admonitione Canoni praemiſſa: in quibus
tiam corrigitur error egregii viri Ed. Corſini,
nnum Atticum & Olympicum, etiam poſt annum
32 ante aeram vulgarem, ut diverſos notare per-
entis; licet ab illo anno, Metonis Enneade-
aeteride inſtituta, Attica & Olympica annorum
otationes inter ſe quadrare coeperint. Igitur in
oc Canone ſpatium temporis eſt ab initiis Aegyp-
orum ad annum ante noſtram aeram 221, quo
leomenis ultimi Lacedaemoniorum regis obitus
enſetur. Copia inde exiſtimari poteſt, quod ex
erodoto non ſolum praecipuae res, ut in priore
litione, ſed pleraeque omnes, ex aliis autem
criptoribus ac temporibus juſta memorabilium
rum ſeries apponitur. Et quo diſertior fieret
ratio temporum, quinque illa indicibus decla-
tur, Periodo Juliana, Aera vulgari Chriſtiana,
lympiadibus, Aera Nabonaſſaris, Annis conditae
bis Romae. Haec eſt brevis expoſitio operis:
io quantum incrementi allatum ſit cum ad intel-
gentiam Herodoti aliorumque Scriptorum, tum
judicium & cognitionem omnis illius Hiſtoriae
Antiquitatis, ſi diſerta epitome ſignificare veli-
us, vix nobis centum paginae ſufficiant. Et
rcherus quamquam hoc *exegit monumentum*

aere perennius, quamvis octogenarius, necdum tamen ceſſat a Literis. Scripſit nuper ad me Santocrucius: *Larcherum noſtrum extrema ſenectus non prohibet quominus quotidie eodem ardore in ſtudiis & lectione verſetur. Deus eum nobis diu adhuc ſervet! continuo enim doctorum hominum irreparabiles jacturas facimus.* — Et nos huic voto noſtrum adjungimus votum: optamus certe, ut egregius vir fructum doctrinae ac virtutis hunc percipiat, ut, in ſenectute ſtudiis exhilarata, diu illud Solonis uſurpet, Γηράσκω δ' αἰεὶ, πολλὰ διδασκόμενος.

VI. *Chriſtophori Saxii Onomaſtici Literarii Mantiſſa Recentior, ſive Pars Octava Nomenclatoris Scriptorum cujuscunque Bonarum Artium diſciplinae noviſſimorum, qui vel ſuperſtites adhuc ſunt, vel nuper deceſſerunt. Veteri ad Rhenum Trajectu apud Tim. a Paddenburg & Filium, & B. Wild & J. Altheer.* MDCCCIV. *pagg.* 464. Age vero & noſtratis Literarum Neſtoris memoriam excitemus, de quo Homerice dicere nobis licet — μετὰ δὲ τριτάτοισιν ἀνάσσει· qui nonagenarius jam per tertiam generationem inter ἄνακτας Literarum celebratur, atque ita in ſtudiis viget, ut natura quid in hominis literati vita & ſanitate producenda efficere poſſit, in hoc experta videatur; ejusque exemplum intuentibus aliis literatis, neſcio quomodo, auram ac ſpem, fortaſſe

va-

nam, certe blandam, ſimilis ſenectutis adſpiret.
vat igitur & valeat adhuc diu; tam diu quidem,
am diu vita & ipſi jucunda, & aliis fructuoſa
t! De libri utilitate ac praeſtantia alias diximus
hac Bibliotheca, Vol. II. Part. V, & VII: &
, ut ex prioribus voluminibus magnum, ita ex
entioribus quibusque majorem, cognitionis
ctum percepimus. Et in hoc recentiſſimo,
od in argumento noſtrae memoriae verſatur,
que nobis occurrit grata cum varietas, tum no-
is, in elogiis hominum nobis vel notorum vel
ius cognitorum; ut quavis fere pagina illud
raticum uſurparemus, *quantum eſt quod ne-
ius?* Scriptores, qui recenſentur, fere ſunt
ſexcentos: longe maxima pars Graece Latine-
docti: ſed ex aliis etiam Literarum doctrina-
que generibus, ſi qui vel in his inſignem famam
ſecuti ſunt, vel ab antiquitatis venuſtioris ra-
e non alieni fuerunt: Theologi, Juriscon-
, Medici, Philoſophi. Judicia de ſingulis
plerumque accurate, modeſte, breviter,
lita: nusquam, quod ſciamus, dure aut ini-
: immo, haud pauca in leniorem meliorem-
partem pronunciata, uberius quam res fere-
, nonnullos etiam nomine Critici condecora-
vidimus, quibus judicandi de his rebus facul-
m ſors negavit; ut complures futuri ſint, qui-
in hoc libro illud de ſe ipſis occurrat, *Si qua-*
que

que principibus permixtum adgnovit Achivis, qui nec principes, nec ſecundarii, vix tertii ſint. Quod & mihi ad mei lectionem elogii accidiſſe fateor; &, niſi faterer, perperam & arroganter facerem. Saxius, virorum optimus, qui tantas mihi laudes tribuit, quantas ego nec agnoſco nec exſpecto, ipſe viderit quomodo ſuum munus tueatur: mihi quidem conditionem ipſius viciſſim laudandi duriorem reddidit, metuenti ne, quamvis vere & ex animi ſententia eum laudans, tamen aliquid officio referendi debiti dediſſe videar. Illud per nobis gratum fecit, quod ſibi ipſe locum dedit in hoc libro, ſuasque res, ſcripta, & vitae praecipuas actiones ac viciſſitudines notavit: quodque in mentione *Jac. Vaaſſenii (van Vaaſſen) Animadverſionum Hiſtorico-Criticarum ad Faſtos Romanos Sacros*, Ruhnkenii noſtri epiſtolam ad Vaaſſenium edidit: adeo accurate, eleganter, ad hominis, cui ſcribebatur, admonitionem accommodate prudenterque ſcriptam, ut in exemplum epiſtolae hujusmodi commendari poſſit. *Atque* hac recordatione nolumus defungi, quin homines doctos, ſi qui ſunt, qui Latinas Ruhnkenii epiſtolas, ſive ad ſe, ſive ad alios ſcriptas, in manibus habeant, rogemus ut eas nobiscum communicent; ſi quidem earum editionem molimur. Intereſt Literarum, intereſt ſtudii elegantiarum & ſtili Latini, ne unam quidem ſententiam, accurate con-

onſcriptam, intercidere illius omnibus laudati
ri, qui inde a renatis bonis ſtudiis unus in pau-
s eleganter ſcribendi facultate excelluit. Sed in
ori Saxiani laudibus haec non eſt minima, quod
rebus quidem & factis: nam de judiciis ſatis
ximus: in factis igitur & rebus ipſis ſua com-
emorationi fides conſtet; ut nos quidem non
ſi in duos locos inciderimus, ubi egregium Scri-
orem vel hominum rumor, vel ſua adverſaria de-
perint. Alter locus eſt de Henrico Hana, viro
ctiſſimo: qui ſub *Dicaiophili* nomine Epiſtolam
auctores Ephemeridum Belgicarum, *Recenſentis*
ılo inſcriptarum, edidiſſe dicitur, a. 1790. 8.
os affirmare poſſumus, nihil huic viro literarum
commercii cum illis auctoribus illove negotio
erceſſiſſe. Cui rei etiam eſt documento titulus
ri *Dicaiophilus*, barbarus, abhorrens cum a
eca ratione φιλοδίκαιον uſurpante, tum ab
us viri in Graecis Literis peritia: conveniens
eritiae popularium hominum, ridiculos in
em genere titulos libellis ſuis imponentium,
triophilum, *Alethophilum*, ſimiles: quos *Phi-
atridem*, *Philalethen*, facere debebant. Quae
ratio conſtaret, *philoſophum* in *ſophophilum*
ıvertere liceret. Alter eſt locus de Jo. Luzacio,
o cl. qui non fuit *heres ſchedarum Valckenarii*,
od dicitur p. 314: ſed hujus bibliothecam li-
rum editorum, quorum in marginibus multa
ſunt

ſunt Valckenarii annotata, emit ab heredibus: qui in ſua poſſeſſione retinuerunt, & adhuc tenent; ſchedas, id eſt, ſcripta ipſius viri & adverſaria: quod diximus ſupra p. 97.

VII. *Pauli Erneſti Jablonskii Opuscula, quibus Lingua & Antiquitas Aegyptiorum, difficilia Librorum Sacrorum Loca & Hiſtoriae Eccleſiaſticae Capita illuſtrantur: magnam partem nunc primum in lucem protracta, vel ab ipſo Auctore locupletata. Tomus* I. *Edidit atque Animadverſiones adjecit Jona Guilielmus Te Water. Lugduni Batavorum, apud A. & J. Honkoop.* MDCCCIV. 8. *pagg.* 490. Diximus in Vita Davidis Ruhnkenii p. 191, „ eum P. E. Jablonskii opuscula, ab ejus ſibi filio miſſa, edere recepiſſe, eam provinciam Schultenſio, eoque mortuo, eruditiſſimo collegae Theologo, J. G. Tewatero tradidiſſe: haec opuscula partim antea quidem edita eſſe, ſed multis ab auctore adſcriptis annotationibus locupletata: partim nondum edita: in his, *Diſſertationes ad varia Antiquitatis Chriſtianae capita pertinentes:* tum vero exquiſitae opus doctrinae, quo plurimis Scriptorum cum Sacrorum, tum Graecorum Romanorumque locis novam lucem affundi, *Collectionem Vocabulorum Aegyptiacorum, quorum apud Veteres mentio occurrat:* nos, ut & Arnobianae & Jablonskianae editioni abſolvendae, cum bibliopolam, tum vero otium

ium nanciſcatur praeſtantiſſimus editor, Literarum
uſſa optare". Eventus optatis noſtris reſpon-
. Prodiit jam illa *Collectio Vocabulorum*, eo,
em appoſuimus, titulo: opus cum Auctoris lau-
ac praeſtantia exoptatum, tum vero eruditiſſimi
litoris acceſſione cumulatum. Nam Jablonskius
'e per quadraginta annos, ex omni Scriptorum
nere, reliquias Linguae Aegyptiacae & Copti-
: collegit, propriaque ſibi, cum illarum, tum
arum veterum linguarum, ſcientia explicuit:
que in argumento priores, Picqueſium, Relan-
n, Wilkinſium, longo poſt ſe intervallo reli-
t. Cujus judicii ſi quis documenta quaerat,
ivis in libri pagina exſtant: aut, ne totum per-
at, videat, ſpeciminis cauſſa, has voces:
rech: Ἀθάρα· Ζύθος· Ἡμιτόβιον· Θάλαμος.
Cheres: Καλάσιρις· Κόμμι· Λαβύρινθος· Μανέ-
· Μεισί. *Moni:* Μωύσης. *No-Ammon:* Νο-
, *Pſonthomphanes*, ſive *Pſothomphanech:* Πυ-
ίς· Σαββάτωσις & Σαββώ. *Sacal:* Σινδών.
rum: Σμάραγδος. *Sohar:* Ὑκσως· Φαλλβε-
γδας. Caetera vocabulorum multitudo quanta
ſuſpicari licet ex rerum Aegyptiacarum fre-
nte in Scriptoribus antiquis mentione, deo-
, hominum, animalium, regionum, urbium,
orum, arborum, ſtirpium, herbarum, men-
: quorum nominibus explicandis, multi Scri-
um loci illuſtrantur, nec pauci corriguntur.
Hu-

Hujus Tomi Primi pars ea, quae Jablonskii eſt, pertinet ab initio ad paginam 424, & conſtat *Collectione & Explicatione Vocum Aegyptiacarum, quarum mentio apud Scriptores Veteres occurrit.* Huic ſubjectae ſunt quavis pagina annotationes Editoris, perdoctae & utiles ad accuratiorem argumenti intelligentiam: qui & aliis addendis partibus librum locupletavit: cum Praefatione de rebus, ſtudiis, & ſcriptis Jablonskii: tum Indicibus compluribus, rerum, verborum, Auctorum: tum vero, *Auctario vocum paucarum* (LXXII) *recte aut ſecus pro Aegyptiacis habitarum.* Harum in priore genere probabilis & docta in primis eſt interpretatio vocum, Ἀθῆναι, Ἀμβρῆς, Ἔμβης, Ἔρπις, *Jannes & Jambres*, *Cinnim*, *Mitzraim*, Ψχέντ in Graeca Inſcriptione Roſetana: in poſteriore genere, vocum, *Aegyptus*, *Leviathan*, *Topazius*, Χονδρίτης. Tomus II, qui jam typis excuditur, habebit Diſſertationes *de Remphah*, *de Terra Goſen*, & alias a Jablonskio ipſo recognitas, caſtigatas, locupletatas. Ad hoc Jablonskianum negotium, tum deinceps ad editionem deſtinatam Arnobii, ut eruditiſſimo Editori, cum ingenii ſtudiique vigore etiam corporis vires porro ſuppetant, nos & noſtrum & Literarum cauſſa optamus.

VIII. Jacobi Philippi Dorvillii, Profeſſoris Amſtelodamenſis, quanta fuerit in Literis ſcientia,

a, quanta ſcientiae fama ſcriptis celebrata, ne-
nini paulo humaniori ignotum eſt: ejusdem quan-
um fuerit ſtudium librorum emendorum, quanta
ramque larga res familiaris ad huic ſtudio obſe-
endum, quanta bibliotheca, omni literario ap-
ratu inſtructa, libris optimis & rariſſimis, non
odo editis, ſed veteribus ſcriptis, collationi-
us variarum lectionum, annotationibus virorum
ctorum ineditis, Inſcriptionibus, Numismati-
us, aliisque antiquitatis eruditae monumentis,
iam noſtrates plerique norunt. Hujus mortui
1751, bibliothecae pars, quae libris editis con-
bat, per auctionem vendita eſt: reliqua pars
tamento legabatur Academiae Leidenſi, ea con-
ione, ſi filius, qui unicus erat Dorvillio natus,
ea obiiſſet, quam in ſuam ipſe tutelam veniſſet,
legati capiundi facultas Academiae Leidenſi
n contigit; filio adulto & ſua in tutela conſti-
o. Hic Amſtelodamo Londinum migrans, il-
literarium apparatum ſecum aſportans, ibi
ſenuit, & moriens filio ipſe ſuo Johanni reli-
t. De quo emit nobiliſſimus vir J. Cleaver
ıks, Londinenſis, egregia Literarum ſcientia in
eſtantiſſimi Porſoni diſciplina excultus: mox co-
es ſcriptos Viris Illuſtr., Curatoribus bibliothecae
lleianae, quae eſt Oxonii, vendidit. Interea
toribus & venditoribus vagus accidebat rumor
egato Academiae Leidenſi deſtinato, qui eos in

 ne-

negotio transigendo retardaret. Haec fiebant, no-bis in Batavia omnium ignaris; commeatu cum Britannia per bellicam calamitatem intercluſo; quam epiſtola ad me venit a Summe Reverendo Dominò Epiſcopo Oxonienſe, quaerente quae iſtius legati & rumoris cauſſà eſſet. Huic ego viro, quem & propter muneris amplitudinem, & doctrinae laudem, & ſingularem erga me Plutarchumque meum benevolentiam, honoris cauſſà appello: huic igitur viro ut certi quid reſcriberem, rem ad Illuſtres hujus Academiae Curatores defero, & teſtamenti Dorvilliani, cujus memoria jam apud nos interciderat, apographum rogo. Quod nos amiciſſimi noſtri Boſchii beneficio nacti, agnovimus nullum noſtrae Academiae ſupereſſe jus illius legati capiendi: & miſimus S. R. D. Epiſcopo, & reſcripſimus, hac addita clauſula. „ Et quandoquidem, quae primo mihi loco eſt, Academia noſtra, tanto bono potiri non potuit; gaudeo, illo Veſtram Academiam, quae mihi adhuc ſecundo loco fuit, potitam eſſe: illiusque Vobis adeptionem gratulor: non dubitans, quin nobis & noſtratibus uſum quidem fructumque quorundam horum librorum aliquando fortaſſe rogaturis, pro Veſtra & humanitate & erga Literarum ſtudia voluntate, facilem conceſſuri ſitis". Ad haec nuper reſpondit Vir S. R. „ Negotium illud Dorvillianum jam tandem ad exitum perductum eſt: &

te mecum gaudentem habeo, tanti Critici collanea, quaſi ex tenebris eruta, in publica biotheca locum ſortiri, ubi literatis omnibus, ut uſus poſtulet, pateant". Hujus rei notitiam tam fore ſperamus noſtrarum Literarum ſtudio- praeſertim expertis difficilem ad Dorvillianas edas aditum: & reputantibus, quid referat ad ilem earum uſum, utrum privati, quamvis hui, clauſtris contineantur: an in publica biotheca, clariſſimae Academiae, ſub liberali efectura & cuſtodia, ſerventur.

X. *Bibliothecae* Dorvillianae non eſt poſthada Röveriana, librorum quidem bonorum raumque, ſcriptorum & editorum, editionum principum, copia: cujus auctio erit anno timo 1806, d. 2. Junii: catalogus jam editur, ectus ab amiciſſimo nobis viro, B. P. Weſſcholteno, inſigni Bibliographiae, quae dicid eſt librorum editionumque, cognitione: is praefatione docte eleganterque ſcripta. hias Röverus, etſi paucis, qui nunc ſunt, ; quippe qui diuturnae vitae maximam parintra ſuos parietes degit: tamen doctrina, ſcriptis, pietate & prudentia, & vero locuTimae bibliothecae poſſeſſione, celebratus eſt. ie vero Scholteni nomen in noſtris Literis irum eſt. Qui quum recens ex noſtra diſci, eruditam illam de *Ciceronianae Philoſophiae*

 loco,

loco, qui eſt de Divina Natura, memoratam nobis Vol. II. P. IV. p. 126, diſputationem habuiſſet; inchoatam laudem mox confirmavit duabus in Jurisprudentiae argumento diſputationibus. Deinde ab anno 1787 ad 1795, rempublicam tractavit: ſplendidiſſimo Penſionarii munere duabus in Civitatibus, Schiedamenſi ac Delphenſi, functus; in hac urbe altero conjugio in Röveri affinitatem venit: eique in primis carus, mandatam ſibi ab eo provinciam, bibliothecae poſt illius obitum ad auctionem & publicam notitiam deſcribendae, ſuſcepit. Quod quidem officium non *modo* explevit, uti diximus: ſed etiam cumulavit addita brevi narratione Vitae M. Röveri, ita ad Latinitatis & elegantis doctrinae rationem conformata, ut ea referenda nec hunc noſtrum librum dedecorare, nec noſtris lectoribus ingratum facere videamur.

„ Natus igitur Delphis Batavorum, die 6 Januarii anno ſuperioris ſeculi decimo nono, patre Valerio Röver, matre Cornelia van der Duſſen, a primis temporibus aetatis in artibus liberalibus, muſicâ praeſertim & lineari picturâ, ſumma eſt cum laude verſatus; patre potiſſimum, harum rerum judice acerrimo, auſpice atque duce. Duodecimum agens annum Latinas & Graecas adeo arripuit literas, ut Gymnaſii Delphenſis Praeceptorem Gerardum Schröederum *pectore ſibi toto figeret*, prouti ipſe teſtatus eſt in carmine, *Somnium*,

ium, *ſive*, *Iter in regnum Luxuriae*, inſcripto; uod prodiit Delphis anno 1735, quodque huic iſcipulo ſuo *pectoris ex ima ſede* (ipſius ſunt erba) dicavit, adeoque cecinit:

Mole tibi creſcat ſic Bibliotheca librorum
Jam nunc plena libris Bibliotheca bonis!
Quodque facis, Luxum fugias! & mollibus annis
Grotiadae pergas more referre virum.

Neque ſane ille doctoris ſpem fefellit, ſi quim, vel hac imbecilla aetate, Carmina Graeca que Latina faceret, minime contemnenda. Ext illius *Somnium*, quo Herculis Prodicii fabuo, quae eſt apud Xenophontem, eleganti ſane itatione expreſſit, cum Gymnaſium relinqueret. iodeviginti annos natus adoleſcentiam ſuam nmendavit edito *Muſaei Carmine de Herone & andro*, cum, ut ipſe dicit in praefatione, *ann & quod excurrit opuſculum hoc paratum harit.* Biennio poſt in lucem protulit *Fragmen- veteris Jurisconſulti de Juris ſpeciebus & de numiſſionibus, quod ſervavit Doſitheus Magiſter Exercitationibus Graeco-Latinis nondum edi-* quod quidem Fragmentum cum notis & ndationibus edidit *ex Codd. MSS. Bibliothecae avae*, adjecto *Specimine Obſervationum & ndationum ad Gloſſas veteres Verborum Ju-* poſteaquam Curatores Academiae Lugduno-

 Ba-

Batavae illi conceſſiſſent, ut in ſcriniis archiviſque Bibliothecae Academiae Codices manu ſcriptos evolveret, quoscumque vellet. Quod Curatorum Decretum, d. 8 Novemb. 1737, uti Rövero honorificum, ita Literarum & Jurisprudentiae ſtudioſis valde fructuoſum fuit. Eodem quoque tempore ſcripſit *Specimen Juridicum inaugurale ad Loca quaedam Juris Civilis depravata*, in quo nova multa protulit, promiſſumque adeo explevit, quod in epiſtola ad fratres atque ad avunculum, libello praemiſſâ, his fecit verbis: *noviſtis, Viri Cariſſimi! animum meum abhorrere ab omni compilandi ſtudio, atque adeo me haud repetiturum, quae aliis obſervata & expoſita ſunt.* Sed haec juvenilia ſcripta, a Viris doctis, civibus atque exteris, ſubinde laudata, noſtrâ certe praedicatione non indigent. Deinde in foro eſſe coepit, atque Hagae Comitum per triennium fere degit. Sed, cum mitis ſapientia Röveri a ſtrepitu forenſi alienior eſſet, tum vero procul etiam a Republica aetatem agere, ſeque in omnibus procellis civilibus incolumem praeſtare decrevit. Cujus conſilii rationes licet forte poſſim, hoc tamen loco non exponam. Dixiſſe ſufficiat, neminis obeſſe ambitioni voluiſſe eum, qui nemini, ut credimus, ulla in re umquam fuerit moleſtus. Delphos itaque rediit, & modò in urbe, modò in villa, primum cum matre, pater enim matre de-

leceſſerat, annos viginti, & poſt matris obitum
eliquos fere quadraginta & duos, ſolus in urbe
ixit, in omni prope doctrinae & literarum genere
erſatus, ac virtutis & ſapientiae ſtudio unice de-
itus. Ergo, dicat forte quis, multa vel ſcripſit
nterea vel edidit. Nihil minus. Röveri otium
um Scipionis Africani otio quodammodo com-
arandum eſt, quod his Ciceronis verbis nobis
xprimere liceat: *quamquam Africanus majorem
udem vel meo judicio aſſequebatur: nulla enim
ius ingenii monumenta mandata literis, nullum
ius otii, nullum ſolitudinis munus exſtat. Ex
o intelligi debet, illum mentis agitatione, in-
ſtigationeque earum rerum, quas cogitando con-
quebatur, nec otioſum, nec ſolum umquam fuiſſe.
os autem, qui non tantum roboris habemus, ut
gitatione tacitâ a ſolitudine abſtrahamur, ad
nc ſcribendi operam omne ſtudium curamque
vertêmus.* Sed ſiluerint Muſae Röveri, ipſe
men profecto non ceſſavit. Etenim prouti ad-
dum juvenis cum Michaele Maittairio, Corne-
Bynkershoekio, Jano Barbeyracio, & Tiberio
mſterhuſio, de ſtudiis literarum per epiſtolas
ſſet, ita vir ad doctiſſimos quosque, Jacobum
lippum Dorvillium, Franciſcum Oudendor-
m, Ludovicum Casparum Valckenarium, Joan-
n Danielem Lennepium, Petrum Burmannum,
nnem Schraderum, Gerardum Meermannum,

 Joan-

Joannem Alberti, Jonam Guilielmum Te Water, Henricum van Wyn, quorum duorum poſteriorum Muſae cum maxime florent, aliosque complures literas dabat *rerum elegantiſſimarum refertas* (*). Cum his & ſimilibus ex ſua Bibliotheca rariſſimos communicabat libros: horum plerumque labores per longiſſimum ſane temporis ſpatium ope & conſilio juvabat. Quod cum multi eorum, quos ſibi beneficiis devinxerat, ſatis cumulate memoriae prodiderint; tum vero alii etiam egregii viri honorificam Röveri mentionem fecerunt: veluti Chriſtophorus Saxius, & Daniel Wyttenbachius, ex cujus ſummi ſane Critici (†) diſciplina me quoque profectum laetor. Sed nemo uberius, quam vir doctiſſimus idemque poëta elegantiſſimus Hieronymus de Bosch, cujus amicitiâ floreo; ſiquidem Carmine *ad Virum privatum Matth. Röverum, d.* 5 *Aug.* 1796, Viri vitam ita expoſuit, ut Röverus hos ipſe verſus probare poſſet, & nihil de ſua admirabili modeſtia remittere cogeretur. Quae cum ita ſint, nemo facile negaverit, hunc Virum nihil niſi nominis ſui commemorationem neglexiſſe, honeſtiſſimique ſane otii rationem reddere

(*) Sunt verba Valckenarii in Epiſtola ad Virum Nobiliſſimum Röverum, quae praemiſſa eſt Virgilio Collat. Script. Graec illuſtrato p. 11.

(†) *Amantius quam verius dictum, relinquimus ſcriptori.*

lere potuiſſe. Multis igitur aliis flebilis occidit, ed nulli forte flebilior quam mihi; quamquam eſcio, qui me pudor deterreat, quominus de me ɔſe dicam. Nam a ſenis latere, quoad ejus fieri oſſet, rariſſime diſcedere, cum eo, veluti cum atre, privata fere omnia communicare, eumque : rei etiam publicae ſtatu conſulere ſolebam. tenim non tantum de ſtudiis ſuis & de recte aeſti- andis rebus humanis ita loquebatur, ut ipſius ratio ſemper eſſet fructuoſa; ſed & philoſophiam mnisque antiquae & recentioris aetatis hiſtoriam, ûs & experientiae vicariam, adſciverat, ingenii- ıe magnitudine principum populorumque con- ia & facta vel ſagaciſſime explorare vel acri ju- :io ponderare ſolebat; ut te non hominem ple- nque in bibliotheca abditum audire, ſed Poly- ım aut Tacitum legere diceres. Inerat prae- ea a natura haud vulgare temperamentum ſum- e gravitatis ac jucundae hilaritatis; ut difficile pe eſſet judicatu, utrum illâ ſingulari pruden- , an vero hoc ſuavitatis condimento te magis ›i ſentires. Idem vero, tantum enim ad ſua dia recolenda ſumebat, longe maximam vitae 'tem ab oculis civium & hominum circulis fere ıotus, vix in publicum prodiit, niſi cultus Di- i externi aut propinquorum cauſſâ. Immo ne illud tempus ne ſanitatis quidem gratiâ am- ıvit, & tamen tantâ proſperitate uſus eſt vale-

 tudi-

tudinis, ut annos non *triginta*, quemadmodum T. Pomponius Atticus, ſed omnino quinquaginta medicinâ non eguerit. Atque ita ab omnibus vitae incommodis prope immunis fuit, niſi quod parentes, fratres, & ſororem eorumque liberos omnes efferre, ac patriam nonnumquam lugere debuerit. Sed annum agens octogeſimum ſecundum, ut forte ſtabat, ſenectutis imbecillitate humi prolabens, ſuperiorem oſſis femoris partem perfregit. Quem caſum vix imitabili patientiâ tulit. Nemo enim querimoniam audivit ullam, aut doloris vidit ſignificationem. In lectulo decumbens prope menſes quatuor, legendo & ſcribendo tempus transmittere ſolebat, ſaepe etiam Divini Numinis erga ſe beneficia commemorare, & vim atque ubertatem pietatis & religionis, tam in rebus proſperis atque ad noſtram voluntatem fluentibus, quam praeſertim in arduis, brevi atque efficaci oratione complecti, aut denique de aliis quoque rebus loqui; ſi quidem nihil humani etiam tum a ſe alienum putabat. Eumdem igitur vultum, eamdemque frontem, quâ in omni vitâ conſpiciebatur, & hoc tempore & poſtea retinuit. At biennio poſt ictero laborare coepit. Quem quidem morbum depellere contigit; ſed ita ut corporis vires deinceps & paulatim, naturâ ſolvente, amitteret, atque die 6 Aprilis anni 1803, placidâ ac tranquillâ, quâ vixerat, mente decederet. Tali in-

ngenio, doctrinâ & vitâ fuit Röverus, qui moriɩus ipſe ſuis comprobavit, *quid virtus & quid apientia poſſit.* Dab. Delphis Batavorum d. VIII Maji, MDCCCV."

X. Quod ſupra, in Epiſtola huic libello praexa p. III, dixi, me nuper repentino impulſu, quaſi ipſius Platonis inſtinctu, ad ejus Phaedoem edendum me conjeciſſe: hoc quale ſit, delarandum videtur. In ſcholis Graecis neceſſaria ıterpretationis materia ſunt Platonis dialogi.)uum enim Plato idem ſit & Philoſophiae & Eloıentiae princeps, idem Socraticae & ſapientiae venuſtatis uberrimus fons; ejus profecto cognione juvenes, antiquae elegantiae cupidi, mature ıbuendi ſunt. Igitur ſubinde Platonem in ſcho- meis tractavi; ſi quidem diſcipulos nanciſcerer, ic interpretationi maturos: id eſt eos, qui non ntenti ſola faciliorum Scriptorum & vulgo tractarum cognitione, ex horum lectione tamquam pinguis & humilis campi paſtu, ſe ad Graecae ılecticae ſublimitatem efferre, ac diſſerendi facul- :em ſuſcipere, auderent. Hujusmodi diſcipulos um mihi ſuperiore anno nactus viderer; proſui iis interpretationem Platonici libri. Quod propoſitum quum libenter accepiſſent; ecce erat exemplorum copia: cui ut conſulerem, ɔito conſilium cepi Phaedonis edendi: qui mihi logus ex omnibus is videbatur eſſe, qui maxi-

me

me & meo conſilio & diſcipulorum progreſſibus conveniret, idem tam locuples ac varius, ut, quoad ejus fieri poſſet, ex hoc uno maxime Plato cognoſceretur. Jam ipſo dialogo Graeco, typis expreſſo, utebamur in ſcholis; ejusque interpretationem ita ad finem perduximus, ut eventus metum noſtrum confutaret. Nam verebamur, ne diſcipuli plerique, demonſtrationum & argumentorum Platonicorum perpetuitate ac difficultate defatigati, paulatim noſtras ſcholas desererent. Quod ipſi Platoni accidiſſe, prodidit Diogenes Laert. III, 37, ut dialogum Phaedonem ante editionem, prouti mos erat, publice in auditorio recitans, ab auditoribus ſolus relinqueretur, ſenſim abeuntibus, excepto uno Ariſtotele. Nobis contigit, ut major diſcipulorum numerus ad extremum fideliter perſeveraret. Quorum nomina, nobis etiam nunc tacentibus, aliquando progreſſuum documentis ad publicam laudem celebratum iri ſperamus. Caeterum adhuc non niſi Graecum opus, quem contextum dicunt, typis expreſſum habebamus: Praefationem, Annotationes, Indices, per aeſtivas ferias conſcribere deſtinabamus. Et jam in Praefatione aliquantum progreſſus eram, quum Ἰλιόθεν με φέρων ἄνεμος Κικόνεσσι πέλασσεν, ventus me ſubitus a propoſito aliorſum detulit. Perveneram ad illum locum, quem modo attigi, de pingui & humili campo, eique propinqua altioris eru-

eruditionis regione: ſubiit me imago Heliconis,
& admiratio cur plurimi in campo conſeneſcerent,
pauci in altitudinem eniterentur. Locum cogi-
tatione informo, ſuis partibus diſtribuo, adorno.
Longior fit quam pro praefatione ad Phaedonem.
Age, inquam, reſervemus deſcriptiunculam Bi-
bliothecae Criticae. Sed hanc quando tandem,
am longo intervallo, rurſus edemus? Quin ſta-
im ad eam ſcribendam accedamus! Nam & aliae
dſunt ſcribendi cauſſae: urget quoque debiti
eligio: debemus, & lectoribus ac bibliopolae
bſolutionem inchoati libri, & Boſchio noſtro,
ptimo viro, munuſculum. Itaque hanc Biblio-
hecae Criticae Partem ſcribere coepimus, & ad-
uc ſcripſimus: &, adfluente deinceps rerum me-
norandarum multitudine excluſi, illam deſcripti-
nculam in aliud tempus rejecimus. Sint fortaſſe
ui conſtantiam noſtram deſiderent, quod, tam
vi momento, ex alio in aliud propoſitum impel-
mur. Horum nos reprehenſionem occupavimus
diluimus, in Praefatione ad Animadverſiones
oſtras in Plutarchum: quae jam quartum annum
xonii typis expreſſa, adventum ſubmittendarum
nimadverſionum, quibuscum una ederetur, ex-
ectavit; nunc, his ſubmiſſis, propediem edetur.
imilitudinem narrabo antiquitus traditam. Vita
oſtra eſt navigatio: quisque homo navigii ipſe
i dominus & gubernator, ventos non ipſe exci-
tat,

tat, ſed aliunde venientes prudenter excipere & ad curſum ſuum accommodare debet. Ita cauſſae, momenta, impulſus ad agendum, nobis aut extrinſecus accidunt; aut in nobis ipſis ultro, nullo animi imperio, exſiſtunt; ut aut nulla nobis, aut exigua facultas relinquatur, nos ipſos movendi; quam facultatem Graeci commode, uno vocabulo, *αὐτοκινησίαν* vocant. Sed, ut gubernatoris eſt, ventos regere, ne plus valeant quam ipſe velit: ita animi eſt facultas, qua cauſſas & momenta agendi ſibi oblata excipiat & moderetur ad ſuum judicium; quae facultas dicitur *αὐτοκράτεια*, & in ſapientiſſimo quoque maxime elucet: habet quaſi inſtrumentum regiminis & motus, gubernaculum, vela, remos, rudentes. Et, ut in mari ſunt loci quidam prae caeteris frequentes ventis pernicioſis, ita homo, cui hac in vita doctrinae ſtudium, & quaſi iter, propoſitum eſt, operam dabit, ut illos ventos effugiat: &, quamvis ab his aut aliis ictus, tamen minimum, quoad ejus fieri poterit, a recta via ſe averti patietur. Hujusmodi & noſtrum in hac vita munus & officium eſt, in Literis, diſcendo docendoque, & aliis & nobis prodeſſe. Officii pars eſt librorum ſcriptio: quorum ſi alio tempore alium ſcribimus, prouti vel tempus poſtulat, vel noſter fert genius, haudquaquam hoc eſt inconſtantis, nec *Λωτὸν ἐρεπτόμενον μενέμεν, νόστου τε λαθέσθαι*, deguſtata loto, reditum

obli-

livifcentis; ſed propoſiti operis partibus viciſque variandis, animum recreantis, & ad deſtitum iter perficiendum confirmantis. Sed, ut s quoque hac in relatione νόστου recordemur, ad Phaedonem redeamus: hujus editionem, parus inchoatis elaborandis, mox abſolvemus. Inea, ſi qui ſunt, ut profecto ſunt, viri docti, i collationes ſcriptorum Platonis codicum haant, quas nos in Phaedonem quidem nullas hamus, hi nos iis impertiendis valde ſibi oblibunt.

XI. Et illud commemorandum eſt. Ruhnkeis noſter utebatur Plutarchi editione Graecotina pervulgata illa, modi maximi, qui dicitur *folio*. Moralium volumen, cui notas quasdam cripſerat, ſe mihi commodaturum promiſerat. erea moritur: Moralium volumen nullum repeir; nec quo pervenerit indagari potuit: haud e levi detrimento, & bibliothecae Ruhnkenae, & noſtri in Plutarchum commentarii. are, qui ſe aliquando libros a Ruhnkenio nmodatos habuiſſe meminerint, hos magnopere ;amus; ut ſuos ipſi libros diligenter perluſtrent, llud volumen, ſi forte, repertum bibliothecae hnkenianae, quae jam pars eſt bibliothecae pu:ae Leidenſis, reſtituant.

XII. Errores cuique ſuos animadvertenti, mixaedio voluptas accidit. Nam, ut nos erraſſe, do-

dolemus; ita non amplius errare, gaudemus. Et vero humanae quidem ſapientiae laus magis cernitur in falſis opinionibus deponendis, quam veris notionibus acquirendis: quo magis a prima inde juventute ad extremam ſenectutem erroribus quotidie innutrimur & obruimur, adverſus quos perpetuo nobis luctandum pugnandumque eſt; veluti in bello adverſus hoſtium undique ingruentem multitudinem, quae nos cogit ſatis habere ſe depuliſſe & evaſiſſe, animumque ipſos noſtrum a proferendis noſtris finibus revocare. Ab hoc initio Socrates profectus, delatum ſibi *ſapientis* nomen deprecans, id ſoli Deo convenire pronunciavit, ſe quidem hac una in re ſapientem eſſe, quod ſciret ſe nil ſcire, ſeque ipſe noſſet. Cujus effati vis ac veritas latius patet, quam quod a nobis enarretur. Nunc hoc agamus, ut illo cum praecepto conjunctum eſt. Supereſt enim, ut in clauſula hujus libelli de quibusdam ejus locis vel corrigendis vel diſertius declarandis moneamus. Et in hujus Bibliothecae inſtaurandae cauſſis praecipuis fuit nobis talium locorum per omnes noſtros antea editos libros notatio: quam nunc uni praefationi Plutarcheae tribuere potuimus: quod diximus p. 127. Quibus de locis quamvis ſubinde monuimus, vel in familiaribus hominum ſtudioſorum colloquiis, vel in ſcholis noſtris ac dictatis; tamen praeſtabat a nobis ipſis publice moneri;

ne

forte, privatim ſecus acciperentur. Nam ne, bis certantibus, occuparentur ab aliis, Μή τις ... non magnopere veremur; qui hoc illis animo non um aequo, ſed & grato, relinquimus: modo junctum ſit ab arrogantia, & conjunctum cum icio errorum nondum nobis animadverſorum. eterum, quam operam ſcriptis noſtris antea tis omnibus deſtinavimus, eam certe impertias huic noviſſimo libello, neque eum ſine hac ſtra emendatione in publicam notitiam exire mus. Igitur eum relegentibus nobis protenus urrit, quod diximus p. III, de noſtris ſcriptis, editis, tum nondum editis, ſcholis ac dicta- & nos advertit metu, ne ſint, qui vanitati il- nobis commemorationem tribuant. Hanc flagitabat cum ipſa Epiſtola ad virum eum- & eruditiſſimum & nobis amiciſſimum ſcripta: vero ſtudium atque utilitas hominum & Lite- leditorum & nobis faventium, quibus haud atum facturi videbamur mentione argumento- privatis noſtris commentationibus, deinceps ndis, tractatorum. Et quam noſtris, eamdem um, maxime Ruhnkenii, dictatis editionem navimus: quae nunc mendoſa in multorum ibus jactantur, &, ut res nullius, a primo quo- occupantur. Sed haec ſeorſum & ſingilla- credo, nec in hac Bibliotheca exibunt.

M Nam

Nam huic ſatis eſt materiae, in noſtris & commentariis, & librorum novorum cenſuris ac relationibus: quorum nos multitudinem ad paucitatem revocabimus delectu; quo tamen complectamur genera nobis adhuc intacta, in his Orationes in noſtris Academiis nuper habitas & editas; ſi quidem earum nec argumentum a noſtris Literis, nec ratio ab eloquentiae ſtudio, aliena fuerit. Nunc pergamus ad aliorum hujus libelli locorum notationem. P. xx, *in otio literata cet.*: ad hoc otium noviſſime acceſſit negotium publicum, optimo viro in Senatum Civitatis Leidenſis allecto. P. 46, Heuſingeri Animadverſiones in Plutarcheum librum *De diſcernendo Adulatore ab Amico*, interea nacti ſumus. P. 125, Polyaenum Athenienſem de Memnone ſcripſiſſe, colligimus indicio Chronici Paſchalis p. 116, A, & Syncelli p. 151, C, edit. Scriptor. Hiſtor. Byzant; & Euſebium citat Fabricius B. G. III, p. 482, quem locum in Scaligerana editione fruſtra quaeſivimus. Caeteri fere operarum errores ita corrigantur: p. ix, *Quarenondum?*, l. *Quare nondum?*; p. 19, *bonorum Literarum*, l. *bonarum L.*: p. 21, *deprehendimus*, l. *deprehenderimus*: p. 32, *declaverit*, l. *declaraverit*; p. 44, *perreximur*, l. *perreximus*: p. 54, *Baroni*, l. *Barone*: p. 69, ἄφροσύνηο, l. ἀφροσύνης: p. 88, φίλοτιμία, l. φιλοτιμία; p. 93, ἄσ᾽ ἐνὶ — l. ἄσσ᾽ ἐνὶ: p. 103,

p. 102, *convenient in παρὼν*, l. *conveniunt*, *in γὰρ ὢν*, caet: p. 103, *in ſequenti parte*, l. *in ſequente parte*. Ibid. *αἰτία* l. *αἰτίᾳ*: p. 115, *ἄριστο*, l. *ἄριστοι*: p. 119, *propoſitnm*, l. *propoſitum*: p. 120, *Aureliae*, l. *Aurelianorum*: ibid. *acrea*, l. *aerea*: p. 125, *τινὶ τινὸς*, l. *τινί τινος*: p. 126, *ſeorſim*, l. *ſeorſum*: p. 131, *Aureliam*, l. *in Aurelianorum urbem*: p. 139, *ſiccariorum*, l. *ſicariorum*: p. 141, *ſculptae*, l. *caelatae*: p. 142, *ſculpta*, l. *caelata*: ibid. *emendatur*, l. *emendantur*: p. 146, *de Plutarchi criminibus*, l. *de Pl. criminationibus*: p. 148, ad *μυθικὸν dicatur* adde, *cujus nominis vim nonnulli ad Olympiadum adeo initium pertinere volunt: minus illi recte, noſtro quidem judicio*. P. 154, *Santecrucius*, l. *Sanctocrucius*: p. 157, ad *Nos quidem* adde, *nam alii alios deprehendent locos; nos librum ſemel perlegimus*: p. 166, *furctuoſum*, l. *fructuoſum*: p. 176, *illo*, l. *quod illo*. Caeteros, qui noſtram diligentiam effugerunt, errores, pro ſua quisque lector humanitate & intelligentia corrigat, nobisque ignoſcat.

BIBLIOTHECA

CRITICA.

VOL. III. PARS IV.

Ἡ γὰρ τῶν λόγων κρίσις πολλῆς ἐστὶ πείρας τελευταῖον ἐπιγέννημα.

LONGINUS.

AMSTELODAMI,
Apud PETRUM DEN HENGST,
MDCCCVIII.

VIRO. NOBILISSIMO. ERVDITISSIMO
FRANCISCO. GODARDO
BARONI. VAN. LYNDEN. I. V. D
ACADEMIAE. FRANEQVERANAE
CVRATORI
S. P. D
DANIEL. WYTTENBACHIVS

Extremum hunc Arethuſa mihi concede laborem:
Pauca meo Lyndeno: —

Age finem & faſtigium Bibliothecae Criticae ıponamus! Nam & amatores ejus tandem eâ otâ potiri cupiunt: & ipſa propemodum clamans indignatur, ſe per nos tamdiu, ut fabulam ıpite carentem, obire: & Lyndenus noſter proıiſſum ſibi munusculum exſpectat: & nos omniıs gratificari ſtudemus. Amatores dico, cum gentes eam, tum habentes: quos ego dudum osdem eſſe putans, ſero nuper errorem meum ag-

agnovi. Accidit enim ſaepius per illa intermiſſae editionis tempora, ut homines Literarum noſtrarum ſtudioſi ex me quaererent, an mox rurſus Partem Bibliothecae Criticae editurus eſſem? Quibus omnibus eodem modo reſpondere ſolebam: „ Faciam, inquam, otium nactus; ſcri-„ ptio diligentiam ac tempus poſtulat: οὐκ ἐσμὲν „ τῶν ἐμούντων, ἀλλὰ τῶν ἀκριβούντων· quod „ profeſſus ſum in ipſo libro, Voluminis Tertii, „ Partis Primae exordio". Hanc illi cauſſam probare videbantur: „ Sane, ajebant, praeſtat vete-„ rem diligentiam retinere, quam aliquid ex ea „ feſtinando remittere". Ego illos omnes & amatores & lectores eſſe putans, eorum reſponſum in meam laudem interpretabar: & homo ſimplex ſaeculique ignarus ita creſcebam gloriola, quaſi illorum judicio jam jamque ſublimi feriens ſidera vertice. Incidi deinde in alios minus faciles, qui me ab illa ſublimitate dejicerent: „ Heus tu, in-„ quit, ecquando nova Pars Bibliothecae Criti-„ cae exibit"? Ego ſolito illo modo reſpondebam. Tum ille: „ Tu vero potius aliquid mi-„ nus elaboratum juſto tempore, quam magis „ elaboratum ſero da". Ego rurſus & hoc in meam laudem accipiens, „ Perhumaniter, in-„ quam, facis, qui meis nugis tantum tribuas, „ ut eas vel immaturas legere velis". Ille „ Vah! inquit, cenſen' me omnes meos libros

„ le-

„ legere? magnam habeo bibliothecam; quae „ ſi mihi legenda eſſet, mallem, ut Homericus „ Tireſias, pauperis domini operarius ruſticus „ eſſe. Semper novos libros emo: genera conti„ nuare, inchoata opera partibus deinceps ex„ euntibus explere pergo: vix unum & alterum „ legi totum, nec eum niſi parvulum: caeteros „ obiter inſpicio, evolvo: ſic vivimus, & ta„ men habemur eruditi: habeo quidquid eſt hu„ jusmodi, Diaria, Ephemerides, Menſtruos libellos, Annales, Acta Literaria, Bibliothecas, Syllogas, omnino quas vocant periodicas chartas: in his tuam Bibliothecam Criticam: quae, ut fatear, valde mihi eſt moleſta, quod jamdiu inchoata & imperfecta manet: ſic mihi per pulpita vagantur ſingulae partes, ut ſaepe eas requiram: velim tandem quaternio abſolvatur, ſaltem ut eum uno volumine complecti poſſim." Haec ille. Cui ego: Macte, inquam, virtute eſto, qui me diuturno errore liberaſti, quod adhuc putavi eosdem eſſe amatores & lectores librorum: pro quo tibi beneficio hanc gratiam promitto, ut poſtremam partem propediem edam, quam tu cum prioribus vagis partibus in unum volumen concludere poſſis." Et hic quidem hujusmodi erat.

uit alius qui facetus eſſe vellet: „ Quomodo,

 „ in-

„ inquit, valet proxime edenda Bibliothecae
„ Criticae Pars." „ Nondum, inquam, valet,
„ quippe nondum nata." „ Sume, inquit,
„ *ὠκυτόκιον*, ut tandem parias." „ Vereor, in-
„ quam, ne ſic puer exeat inſignis ad deformi-
„ tatem, quem tu ex XII tabulis necandum ju-
„ dices." „ Atqui, inquit, dudum peperiſ-
„ ſe debebas, ſi datam fidem ſervare, ac boni
„ viri perſonam tueri, velles." Tum ego:

„ *Parcius iſta viris tamen objicienda memento:*

„ ego fidem dedi cum exceptione, quantum &
„ quando eam per alia negotia praeſtare liceret:
„ ſemper pauca habui, ſed nemini unquam de-
„ bui: meo pauper in aere fui: neſcivi vos li-
„ brorum amatores debitum librarium acerbius
„ etiam exigere quam pecuniarium: ſit ita! nolo
„ tecum contendere; ne me in jus ad Praeto-
„ rem rapias, ubi, inſuetus litigandi, cauſſa
„ cadam: ſine paululum temporis me abs te au-
„ ferre, & habebis quod petis." Conceſſit,
abiit: ſic & hunc demovimus.

Nunc, mi Lyndene, duo nobis agenda ſunt: alterum, ut continuo praeſens debitum ſolvamus, hac poſtrema Bibliothecae Criticae Parte edenda: alterum, ut caveamus, ne quis amator rurſus exactoris creditorisque adverſus nos perſonam

ſus-

ſuſcipere poſſit. Ergo ſi quid aliquando ſimile hujus Bibliothecae ſcribemus, primum, ſingulares libellos edemus, quos ille voluminum coactor ſtatim ſingillatim ligare poſſit, nec per pulpita vagantes requirere cogatur: deinde, ne quid in poſterum promittamus, quo iſte librarii debiti exactor nos ex jure manum conſertum vocare audeat.

Sed pergenti, mi Lyndene, coeptum opus pergere, ultro mihi cogitatio temporis inter hujus & primae Partis ſcriptionem interjecti occurrit: quae cogitatio, triſtis ne an jucunda, certe ejusmodi eſt, ut ſilentio eam praetermittere haudquaquam poſſim. Triginta hi ſunt anni. Tu nondum natus eras. Vivebat pater meus, virorum optimus: cui non modo τὸ ζῆν, ſed & τὸ εὖ ζῆν, debui. Vivebant alteri patres mei, Ruhnkenius & Valckenarius, quorum ex lumine lumen ipſe mihi accenderem. Ego Amſtelodami Literas & Philoſophiam docebam, in otio quamvis tranquillo, tamen deinde quot quantisque commutationibus turbato? Et illos tres viros fatum exſtinxit: & amicos, quibus florebam, multos aut mors mihi eripuit, aut temporum varietas ſubtraxit: quorum amiſſionem, ut aſſolet, ſi quando unius alteriusque boni viri acceſſione ſupplere licet, fortuna praeclare nobiscum egiſſe videtur. In his & tuam, mi Lyn-

 dene,

dene, & Patris tui, nobiliſſimi prudentiſſimique viri, mihi amicitiam obtigiſſe, in praecipua felicitatis meae parte pono. Equidem in hac vitae tamquam navigatione ita ventis & fluctibus jactatus ſum, ut tamen in puppi gubernaculum meae ipſe cymbae retinerem, eamque neque à magnis navigiis obrui, nec parvis nocere ſinerem; ſed in utramque partem conſectarer τὸ εὖ ποιεῖν καὶ εὖ πάσχειν, *beneficia dare & accipere*: ſaepe mecum reputans illud Pythagoricum,

Πῇ παρέβην; τί δ' ἔρεξα; τί μοὶ δέον οὐκ ἐτελέσθη;

& judicium de me ipſe inſtituens ex illa formula,

Δειλὰ μὲν ἐκπρήξας ἐπιπλήσσεο· χρηστὰ δὲ τέρπευ.

recte factis laetatus ſum, ſecus factis dolui. Omnino, niſi mea ſorte contentus vivam, ingratus erga Jovem reperiar: qui ex duobus doliis in ejus atrio poſitis, unde fata hominum miſcet, altero pleno bonis, altero malis, plus mihi ex meliore quam pejore infudit. Sed ſatis de me; ne quis Davus objiciat, *id populus curat ſcilicet.*

Patria, ſi umquam, tunc certe florebat; ſi hoc eſt florere, ut profecto eſt, divitiis & opibus per mercaturam affluere. Bello flagrante Britannorum adverſus ſuos colonos Americanos, eorum-

eorumque defenſores, ipſa ſe neutrarum partium gerens, fructum commeatus ab utrisque percipiebat. Cum divitiis apud multos creſcebat luxuries & ſuperbia: multi ſurgebant νεόπλουτοι, qui ſibi terrarum domini viderentur, nos doctrinae ſtudioſos alto ſupercilio deſpicerent, & fere illud creparent,

O cives, cives! quaerenda pecunia primum eſt:
Virtus poſt nummos.

Plures tamen erant boni viri, παλαιόπλουτοι, divitiis aſſueti & recte utentes, apud quos frugalitas, modeſtia, liberalitas, beneficentia, vigeret, doctrinam vel colentes vel certe honorantes, admonentes illos ſuperbos, ne nimium confiderent fortunae rudentibus aptae, quam ſubita belli tempeſtas ſternere & affligere poſſet. Itaque mox evenit. Boni viri ac docti ſtabant: ſuperbi cadebant, jamque malebant, mediocri fortuna contenti, doctrinae ſtuduiſſe. Biennio poſtea pax reſtituitur: nec ſincera illa, ſed civilibus diſcordiis turbata; quas compeſcuit annus octogeſimus ſeptimus, veterem felicitatem promittens: cujus ſpem quinto anno intercepit novum bellum & calamitoſum & diuturnum, falſem intermiſſum pace Ambianenſi, quam ſomniavimus magis quam percepimus. Ergo inſtaura-

ratum bellum, cujus ingraveſcentia damna adhuc toleramus, finem nondum proſpicimus. Nam inde à principio illius temporis, ſeditionum cauſſae ac ſemina ex Americanis ad Europaeos deferri, ſenſim gliſcere, incendii materiam arripere: aeſtuare populi, veterem ſuarum civitatum formam indignari, novam quaerere, eamdemque aliis populis inferre. Qui aeſtus, quae bella ab alio ad alium populum continuata, quo evaluerint, quem adhuc eventum habuerint, Tibi, mi Lyndene, haud ignoranti quid narrem?

Et quaſi non ſatis eſſet illud tuibarum, quod populos agitaret, ecce novitatis libido mox etiam philoſophorum ſcholas invaſit: nova exſtitit ſecta, nimirum & ipſa aliquid eſſe volens, nec quieta ſedere ſuſtinens, &

Talibus in rebus communi deeſſe ſaluti,

ſed tumultuari, alias ſectas ad ipſius formulam adigere conari, ſe ſolam veram profiteri, indignari ſe umbraculis ſuis incluſam teneri, nec imperium ſuum per terrarum orbem latius proferre poſſe: necquicquam; quippe ipſa ſe *ſuis* acuminibus compungens & labefactans: tortuoſis concluſiunculis & nova verborum obſcuritate, φιλοκάλους, dilucidae fructuoſaeque ſapientiae amantes, avertens: quamvis clamoſa & ventoſa, ſi-

ſimilisque ventis, quos

vaſto rex Aeolus antro
Imperio premit, ac vinclis & carcere fraenat.
Illi indignantes magno cum murmure montis,
Circum clauſtra fremunt.

Quibus de rebus quum nuper apud me, paulo poſt tuum ab exteris in patriam reditum, ſuaviter confabularemur, Tu, mi Lyndene, ſic ſuſcepiſti: „Opportune mentionem fecimus Philoſophiae: „nam quum apud vos ſtudiorum cauſſa degens, „& frequens ad veſpertinos ſermones tuos ventitans, aliquando ex te quaererem, quae nova „illa eſſet Metaphyſica, quis eam colentium „fervor, quae cauſſae quod veteranis non probaretur, tu argumentorum quaſi puncta breviter notans mihi ſatisfaciebas: uberioris cognitionis tempus, finitis demum Academicis, ut „dicuntur, ſtudiis, mihi fore ajebas. Nunc tempus illud adeſt, ut recuſare nequeas, quin plura mihi de hoc argumento narres."

Vix dum haec dixeras, quum ad nos intrabant hilalethes, Agrotae F., & Critobulus Aſclepias F., multae politiſſimaeque homines doctrinae, ſtudiorum communione, & amicitiae vetuſta, mecum conjuncti. Qui ſubito Te conſpicati, ditumque Tibi gratulati, quum continuo quae-

rere coepiſſent, ecquid apud exteros novi? ecquos claros viros vidiſſes? ecquid illum in illa terra, ecquid alium in alia? Tuque iis ita reſpondiſſes, ut & humanitate tua & diligentia delectari viderentur, ſic perrexiſti: „Enimvero, „praeſtantiſſimi viri, alio vobis tempore de „caeteris, quas quaeritis, rebus ſatisfaciam: „nunc mihi hanc veniam date, ut conficiam „quod coeperam, & a W. noſtro vetus debi„tum exigam, quod ante complures mihi annos „promiſit, ſe de noviſſimo illo philoſophan„tium fervore narraturum." Illis inter ſe ſubridentibus, & aſſenſum invicem nutu ſignificantibus, affirmantibusque opportunum ſibi accidere id argumentum, & libenter audituros; habitus inter nos eſt hic ſermo, quem ut conſcriberem ederemque, vobis hortantibus, ego me facturum & ad Te ſcripturum promiſi: & nunc fidem liberans, editum & hac ipſa comprehenſum epiſtola Tibi mitto. Sic autem refertur, quaſi ipſi loquentes inducamur; ne *inquam* & *inquit* ſaepius interponatur. In quo Tu auctoritatem Ciceronis tui agnoſces: qui in Laelio item fecit, Platonis ſui, ut noſti, exemplum ſecutus.

I.

W. Rem ſane requiris, Lyndene, non modo ve-

veterem, ſed antiquatam. Nam & tunc apud Germanos nova iſta Metaphyſica jam obſoleſcebat, & nunc obſoluit. Quare ſinamus eam, ut in proverbio eſt, dormientem dormire. Noſtri homines, ut ſcis, pauci peregrina ſtudia captant: ſed qui captant, vehementer id agunt, & fere omnia peregrina vera pulcraque putant: caeterum ſero ea cognoſcunt, at ſemel cognita cupide amplectuntur, ac tarditatem cognitionis nſania & diuturnitate imitationis compenſant; nde ſit, ut tunc maxime ferveant, quum invenores jam deferbuerunt; & illa apud nos ſtudia igeant, quae apud peregrinos, ubi nata ſunt, ludum vetuſtate evanuerunt. Quae & Tu reens inde redux meminiſti, & ego Philalethem oſtrum ſaepe dicere memini.

PH. Quis enim dubitet de re quotidie ante culos poſita, cum in veſtitu & ſupellectile, ım in Literis & artibus: in quibus noſtrates, ui ſupra alios cives elegantes videri cupiunt, ova peregrinaque exempla conſectari ſolent, ıque fere pro iisdem habent: ut novum eſſe uid putent, modo peregrinum ſit: & pereinum, modo novum. Idem fuit negotium ius Philoſophiae: jam duodeviginti annos ıta erat, quum noſtri homines eam apud nos oducerent, & Belgice crepare cogerent: apud ermanos tunc vetula habebatur, & erat ſane

pro

pro ingenio ſaeculi effoeta: habebat filias grandiuſculas & matris & invicem non modo aemulas, ſed & expultrices: ab his amatores ad Platonis Muſam defluxerunt: quam noſtri Kantiani ignoraverunt adhuc, matris quamvis decrepitae amore beati. Quod autem quaeris de fervore hominum novam iſtam rationem celebrantium, febris eſt, mi Lyndene, febris, ut olim Wolfiana, antea Carteſiana, prius etiam alia atque alia, ſic iſta Kantiana, non quidem, ut illae, late per Batavam terram fuſa, ſed intra paucos concluſa; at eosdem, ut ſero allata, eo vehementius agitans, ut neſcias, utrum eos rideas, an misereris.

W. Equidem prius magis cenſeam; habita tamen ratione aetatis: &, ut illa apud Comicum mulier adoleſcenti per amorem peccanti veniam dat,

Non adeo inhumano, inquit, *ingenio ſum, Chaerea,*
Neque ita imperita, ut, quid amor valeat, neſciam.

ſic ego adoleſcentibus metaphyſica febri delirantibus ignoſco; qui eadem & ipſe adoleſcentulus deliravi. Ita enim natura fert, ut quisque homo ſemel, aut ſummum iterum, in vita, veluti corpore variolis, ſic animo amoris aut alia ſtudii inſania corripiatur, poſtea convaleſcens ſanus & immunis vivat. Cumque iſta febris fere novos

&

& imperitos invadat, peritos doctosque fugiat; ignoſcitur adoleſcentibus: aetate provectis minus ignoſcitur; quo turpius his eſt imperitis & indoctis eſſe, quoque majore cum dedecore delirant, & quo graviore cum periculo aegrotant.

LYND. Te ne umquam iſta febri laboraſſe! equidem non putaram, reputans quam, quae nunc eſt, & animi tranquillitatem, & ingenii lenitatem; quamquam te Metaphyſicam docuiſſe ac dictatis conſcripſiſſe ſcio.

W. Quam tu mihi tribuis ſive lenitatem, ſive tranquillitatem, vellem ea in me tanta ineſſet, quanta tibi videtur: quamquam aetate & ſtudio me ad eam aliquantum profeciſſe haud diffiteor. Quod autem de febri dixi, ita eſt, Lyndene: adoleſcentulus Wolfiana febri laboravi: quid facerem illa aetate, abreptus aeſtu ſaeculi & exemplo condiſcipulorum: neque tamen vehementer, neque diu, laboravi: mox enim ſuccedens Literarum ſtudium & lectio veterum, maxime Platonis, Ciceronis, Plutarchi, mentis agitationem ab incitatione ad rationis ſanitatem redegit, & ad eum temperavit modum, ut ſexto poſt illum anno Metaphyſicam docere juſſus, ad ejus inſtitutiones conſcribendas potius ſeveritatem judicis, quam cupiditatem amatoris, adferrem.

II.

II.

PH. Vellem edidiſſes hunc libellum, ut antea Logicum, quem libenter legi.

W. Fortaſſe faciam aliquando, eique comitem addam aliquot locis auctum correctumque Logicum libellum, qui jam diu ex librariis tabernis evanuit. Illud quoque fortaſſe, partem Pſychologiae, de Animi ſimplici natura & immortalitate, adjungam Platonis dialogo Phaedoni: quem, ut noſti, ad editionem inſtruere coepi, deinde aliis negotiis, & his duabus *poſtremis* Bibliothecae Criticae Partibus, & *horribili* denique noſtrae urbis clade meaeque domus vaſtatione die XII Januarii, hujus anni, intercipientibus, in proximum otium rejeci.

PH. Atqui illam Pſychologiae partem tunc legemus, quandocumque cum Phaedone prodierit: nunc totum libellum cognoſcere cupiens abs te peto, ut mihi ejus legendi copiam facias.

W. Unicum mihi eſt exemplum, idque tractando ſcholisque habendis attritum ac paene lacerum; quod vereor ne manibus cupidi lectoris commiſſum penitus conteratur & pereat. Sed opportune in mentem mihi venit Scholtenii noſtri, qui has audivit ſcholas ac deſcripſit, &,

qua

[q]ua eſt humanitate, earum Tibi uſum facile [c]ommodabit.

PH. Bene mones, & faciam: at nunc ſaltem [d]iſtributionem ac partes totius materiae, re[c]enſeas.

W. Modo poſſem, Philalethes, facerem: [n]unc nec ſingillatim ita omnes ex ordine partes [m]emoriter reddere facile eſt: nec liber in prom[tu] eſt, ut ex migratione cum aliis confuſus & [la]tens. Ne vero omnino ſtudium feſtinationem[que] tuam deſtituam, ſatis quaeſo habeas me uni[ve]rſe & breviſſime libelli argumenta habitumque [sig]nificare.

PH. Et hoc, quamvis parum, ſatis mihi ſit; quidem plus non licet.

W. Ergo materiae quadripertitam deſcriptio[ne]m retinui, Ontologiae, Phychologiae, Coſmo[lo]giae, Theologiae: ſingulis eam notionum co[pia]m complectens, quam & Metaphyſicae offi[ciu]m profiteri judicarem, & in accuratiſſimis lo[cu]pletiſſimisque philoſophorum libris tradi ani[m]adverterem. In forma autem eam rationem utriusque methodi uſum ſecutus ſum, quem Logicis Praeceptis P. III. Cap. I. §. 6, no[v]i. Porro, quum Metaphyſica omnium aliarum [fun]damenta principiaque doctrinarum contineat, [op]eram dedi, ut haec & attingerem, nec tamen

trac-

tractando in ipſarum proprios fines invaderem: deinde, ut nexum conſequentiamque notionum inter ſe ſignificarem, quo propius haec doctrina ad ſimilitudinem firmitatis Geometricae conformaretur: tum, ut, quoad ejus fieri poſſet, terminos facultatum cognoſcendi & rerum cognoſcendarum inter ſe compararem, eaque comparatione, ſi fieri poſſet, appareret, quousque progredi liceret, & ubi ſubſiſtendum eſſet: deinceps, quod in Logicis Praeceptis ſpectavi, eorumque in Praefatione profeſſus ſum, vetera cum novis ita conjunxi, ut diſcentes cum ad recentiorum decreta rationemque cognoſcendam, tum ad antiquorum intelligentiam, vocarem. Itaque, ut imaginem rei numquam viſae ab exemplo rei viſae vel aliis oſtendere, vel ipſi praecipere ſolemus, fingite vobis metaphyſicum illum libellum, excepta materiae diverſitate, ſimilem eſſe libello, quem noſtis, Logico.

PH. Satis hoc eſt ad laudis praeſtantiam.

W. Immo ad mediocritatem; amplius enim nil ſpectavi.

CR. Non ſatis eſt ſimilitudo: accedat oportet aequalitas; non enim genere ſolum, ſed gradu etiam laus cenſetur.

W. En ſolitum propriumque Critobuli acumen! ſic eſt, ut ais: & ego aequalitatem quoque ſpectavi.

CR.

CR. Atqui ſi utramque aſſecutus es, ajo te ſupra mediocritatem adſcendiſſe.

W. Quid ita?

CR. Quia mediocritas eſt dimidium: & initium eſt dimidium; judice Horatio enim, *Dimidium facti, qui coepit, habet:* tu autem non modo coepiſti, ſed etiam perrexiſti: ſed dic, ſodes, quare libellum non edidiſti?

W. Quia ſolum perrexi, nec perfeci.

CR. Vah! Quaſi vero nullum niſi perfectum librum edi fas ſit! ita ſane nobis carendum ſit llo novorum proventu librorum, qui nos quotınnis beat.

W. Tu quidem acutulo tuo genio obſequeis: &, qui ipſe nil ſcribis, ſcriptoribus etiam ludis: nova tamen ſcripta captans, ſi quam orte in iis deprehendas ineptiam, ridendi exgitandique materiam: durus homo, qui ſcribenum aerumnis nil movearis, nil condones.

LYND. Enimvero frugi homo, è ſecta Hoıtii! qui *ridendo verum dicebat*, ſcribentes corgebat; eosque *Munus & officium nil ſcribens ſe docebat.* Tu vero nondum reſpondiſti, ıod Critobulus quaerebat, quare illum libelm non edideris.

W. Horatianam vobis auctoritatem viciſſim pono:

**

ſi quid tamen olim
Scripſeris, in Meti deſcendat judicis aures,
Et patris, & noſtras, nonumque prematur
in annum,
Membranis intus poſitis: delere licebit,
Quod non ediderìs; neſcit vox miſſa reverti.

Et forte fortuna ſic evenit, ut nono, poſtquam Logicam Metaphyſicamque inſtitutionem conſcripſeram, anno, illam expolirem & ederem. Itaque & hanc edendi maturum videbatur tempus; ſi quidem eam item expolivitſem: quod quo minus tunc agerem, intervenerunt aliae ſcriptiones, veluti totius voluminis ſecundi Bibliothecae Criticae: ne dicam de perpetuo Plutarchi opere, cui reliquum omne otium tribuebam.

III.

LYND. Nonne illorum temporum etiam diſputationes fuerunt, cum tuae, tum diſcipulorum? tuae quidem duae, altera *de Unitate Dei*, altera *de Placito Immortalitatis Animorum:* diſcipulorum item duae, Scholteni *de Theologia Ciceronis*, Nieuwlandi *de Muſonio.*

W. Fuerunt, Lyndene: & vero ad harum mentionem tuae quoque Panaetianae recordor diſpu-

putationis, quam Tu item, ut duo priores diſputatores ſuam uterque, in publicâ diſceptatione ita defendiſti, ut mihi, quamvis Praeſidi, nagis auditoris quam adjutoris partes relinquerentur.

CR. Ohe! jam rurſus extra oleas vagamur. cimus omnes & novimus: & ego in illis tribus iſceptationibus auditor adfui: &, ſi vultis, juitus teſtimonium dicam, tunc, ut fere aſſolet i re bene geſta, omnes auditores judicaſſe ſe ımquam ſimile quidquam audiviſſe: ſed nunc tem ſinamus narratorem noſtrum pergere.

W. Recte facis, Critobule, qui Praeſidis par- ſuſcipis, nosque in differendo aberrantes, in dinem cogis. Scilicet narrare inſtituebam, ıe mihi cauſſae fuiſſent, ut illius libelli edinem differrem. Et illae mihi fuerunt, quas i, cauſſae; & alia accedebat. Nam ego quum tempore novos exterorum de Philoſophia os animadvertere & legere ſolerem, accidit eodem anno, quo Logica Praecepta edidi,)CCLXXXI, Kantii liber inſcriptus *Criti- Purae Rationis* prodiret, jam antea denunıs & exſpectatione praeceptus, quaſi veteomnem Metaphyſicam everſurus, novamque urus: & noveram auctorem ex aliis quibusejus ſcriptis ut acutum & ingenioſum, ſed dem captatorem novitatis & admirabilitatis,

 nec

nec mihi probatum in argumento de *Unitate Dei*, & judicio de *Falſa Argutia Figurarum Syllogiſticarum*, ut ſuis locis notaveram, in Diſputatione de Unitate Dei p. 63, & in Logicis Praeceptis p. 183. Attamen illam ejus Criticam Purae Rationis mihi cognoſcendam judicabam; ſi forte aliquid adferret, quo ego docerer vel, repudiatâ meâ vetere Metaphyſicâ, novam hanc eſſe ſequendam, vel certe partes quasdam in vetere circumſcribi, mutari, aut addi, oportere.

PH. Ecquid igitur attulit?

W. Pro exſpectatione parum: ſed dicam quid mihi acciderit. Librum ſimul ac prodiſſe ferebatur, arceſſo, legere incipio. Praefatio arguta, primo res notas referens, deinde magnifica promiſſa expromens. „Puram Rationem, inquit, eſſe animi facultatem cognoſcendi res, „ per ſe ſolum, ſine ſenſuum corporis & experientiae communione: Inventarium notitiarum „ intelligibilium à Pura Ratione profectarum, „ eſſe Syſtema Metaphyſicae. At hoc in libro „ id Syſtema nondum exhiberi: ſed criticam, „ id eſt cenſuram, agi Rationis Purae & notitiarum ab ea proficiſcentium: inquiri, an Metaphyſica cadere poſſit in facultatem ingenii „ humani: poſſibilis nec ne ſit: quam ſuperiore aetate reginam ſcientiarum habitam, nunc

„ ſae-

„ ſaeculi errore contemtam jacere, & quaſi Ovi-
„ dii Hecubam queri — *modo maxima rerum*,
„ *tot generis natisque potens* — *nunc trahor*
„ *exul, inops*. Ita hoc in libro quaeri ſitne
„ omnino quaedam Metaphyſica, ejus limites
„ fontesque deſignari ex principiis: Rationem
„ difficillimum ſuum munus, ſe ipſam cogno-
„ ſcendi, denuo ſuſcipere, tribunal conſtituere,
„ quod ipſius juſta poſtulata tueatur, injuſta
„ repudiet, iſtam litem non imperioſis edictis,
„ ſed ad aeternas & immutabiles ipſius Rationis
„ leges decidat. Hanc unam adhuc relictam
viam ſe ingreſſum profiteri audere, nullum eſ-
ſe Metaphyſicum problema, quin per hanc
Criticam aut ſolutum ſit, aut ei ſolvendo via
aperiatur, & quaſi clavis praebeatur". — Ta-
a, priores reprehendens, & ſe ipſum praedi-
ıns, & alia ſimilia, in Praefatione ponit.

PH. Satis hoc, ut cuilibet in mentem veniat

Quid tanto dignum feret hic promiſſor hiatu?
Parturiunt montes!

W. Caute agis, quod caetera omittis,

— *naſcetur ridiculus mus*.

neque enim tam parvulum animal prodiit, nec tam timidum & fugax.

CR. Dicam vobis ex hiſtoriâ naturali: fuit aut horrens ſpinis echinus, aut creber flagellis polypus.

W. Mihi videbatur item Ovidiana forma exiisſe, non quidem reginae Hecubae, quam Kantius volebat, ſed anus fatidicae Sibyllae querentis illud ſibi tempus veniſſe, quod venturum ipſa augurata erat,

Tempus erit cum me de tanto corpore parvam
Longa dies faciat, conſumtaque membra ſenecta
Ad minimum redigantur onus: nec amata videbor
Nec placuiſſe Deo. Phoebus quoque forſitan ipſe,
Vel non agnoſcet, vel dilexiſſe negabit;
Usque adeo mutata ferar; nullique videnda,
Voce tamen noſcar: vocem mihi fata relinquent.

CR. Et haec ei convenit forma, vocali, incurvae, capite humi demiſſae, in terram tuenti, & obtuſâ oculorum acie ultra experientiae terminos, quod ipſa fatetur, proſpicere haud valenti.

PH. Neque illud vere dixit Kantius, Metaphyſicam tunc in contemtu jacuiſſe; quippe quae in Germania complurium intelligentiſſimorum libris virorum recens ornata colebatur: quorum,

rum, ut alios taceam, Lambertus in Architectonicâ eam recenſuerat, Platnerus in Anthropologiâ & Aphoriſmis deſcripſerat & explicuerat, Federus in Compendio populariter & ſuaviter ſcripto ad communem intelligentiam commendaverat; ut nec ipſa cultorum frequentiam deſideraret, & cultores traditam adhuc ejus probabilitatem aequi bonique facientes, ei majorem firmitatem evidentiamque addi cuperent: quam ſi quis adferret, is unus hominum ſtudia augere poſſet. Ita calentibus dudum hominum deſideriis, exſtitit Kantius, qui deſideratum bonum ſe adferre profiteretur: isque in primis idoneus ad perſuadendum novis quidem & recentibus;

Κἠκ τούτω Δάφνις παρὰ ποιμέσι πρᾶτος ἔγεντο.

Cultus eſt ipſe ab illis divino prope cultu: & riguit aliquamdiu.

CR. Iſtam vero cantilenam tragice exaggerarunt plerique hujus ſectae doctores: clamaunt, Philoſophiam adhuc infirmis ſuperſtructam undamentis, apud alios contemtam, ab aliis advertenda omnia religionis & juſtitiae firmamena adhibitam fuiſſe: Kantium jam protuliſſe veam aeternamque Philoſophiam, publicae privaeque felicitatis, ac perpetuae inter omnes fecis pacis, effectricem. Quorum hoc, puerilis

 jactan-

jactantiae. illud veteris anilis querelae: utrumque re & eventu confutatum. Sed tu, quaeſo, quid tibi acciderit, narrare perge.

IV.

W. Praefationi proxima erat Introductio: novum et inuſitatum dicendi genus: ſpiſſae tenebrae: tum ipſa tractatio: ſpiſſiores etiam tenebrae, & cum lectionis progreſſu ingraveſcentes. Tantùm quidem diſpiciebam, conſequentiam argumentorum deeſſe, pleraque temere ac ſine demonſtratione poni, poſtulari, nec ad probabilitatem explicari. Triente perlecto, librum de manibus pono: ſexto poſt menſe reſumo, lecta de integro relego, indeque reliqua perlęgo: permaneo in priore meâ de libro ſententiâ: itaque ab eo diſceſſi, ùt caput cauſſae improbarem, quasdam partes ſingulares probarem, earumque in gratiam eum non abjicerem, ſed ut rurſus legendum ſeponerem. Quartus poſt illum annus me, mutatâ cathedrâ, ad Literas Hiſtoriasque docendas traduxit, & neceſſitate, cum edendi mei libelli, tum rèlegendi voluminis Kantiani, liberavit:

— *ſic me ſervavit Apollo.*

CR.

CR. Invidens ſcilicet Apollo tibi aemulo conſuetudinem cum amatâ ſuâ vetere, Sibyllâ.

W. Haud ſcio: gratias quidem ei tunc habui, qui mihi ingrati laboris gratiam feciſſet. Ergo totus in literis verſabar, & quod à quotidiano docendi munere ſupereſſet otii, Plutarcho tribuebam: Philoſophiae recentioris hactenus rationem ducebam, ut, ſi quid in eâ novum ac praecipuum prodiret, id cognoſcerem. Kantianus liber vix amplius in ephemeridibus Germaniae memoratus, ut nemini intellectus, in oblivionem abire videbatur. At vero,

Interea magno miſceri murmure terram

Germaniam. Kantianus liber adhuc neglectus, jam produci, celebrari: ejus ſtudium primo latius ſerpere, tum ubique differri, denique per totam Germaniam pervadere, fervere. Auctor illud congruum ſeptentrionali frigori opus, tamquam Cimmeriis tenebris & boreali glacie concretum, protulerat: quaſi ejus ingenium iſto ſemine inflaſſet Boreas ille dictus equas afflatu fecundare. Ac prouti Ixion amore Junonis, reginae Deorum, captus, ab eâque eluſus objectâ nube ipſius deae in imaginem conformatâ, cum eâ congreſſus Centauros genuit, cuncta tranſſilientes & Theſſaliae ſegetem conculcantes:

 ſic

ſic Kantius ſcientiarum reginam deperiens Metaphyſicam, ab ea deceptus Cimmeriâ caligine, eam iniens, genus ſcientiae procreavit Centauricum, *tranſſcendentale* appellitatum, ſepimenta prioris Philoſophiae tranſſiliens, vireta fructumque vaſtans. Pater ſuum foetum in librum includens, &, tamquam Pandorae dolium, proponens, non dubitabat, id ſua ipſum admirabilitate philoſophantium &. mentes in ſe converſurum, & ſtudia ſibi conciliaturum. Avus Boreas adſpirans coeptis, dolium ſuſtulit, adverſus Zephyrum conflicturus; ſi forte beatarum ſub eo ſitarum regionum teporem floremque areſacere & glaciare poſſet: & ſupra Germaniam transvolans in Saxoniam dolium dejecit. Quod ibi aliquot annos neglectum jacuit. Philoſophantes unus & alter accedunt, patris nomine, & praefationis, tamquam operculi, feſtivitate invitati: tollunt operculum, dolium interius inſpiciunt. vident plenum materiâ piceae nigredinis & gravis odoris. Veterani operculum rurſus imponunt: monent novitios item facere; ne materia calore aëris effervefcens, in eorum capita erumpat. Pater ingloriam dolii ſortem audiens, faces ad illuſtrandum ſubmittit: quibus admotis dolio aperto, vapores à materia exhalante ſurgentes ignem concipiunt, & ſubito cum fulgure ſonitum edunt. Ecce! novitii puerique ad rumorem

no-

novitatemque ſpectaculi excitari, adcurrere, adſtare, ſtupere, mirari, gaudere, geſtire, ignem quisque & materiae partem rapere & auferre: maſſa picea concutiendo agitandoque exardeſcens crepitansque diſſiluit, rapientium vultus atrâ fuligine opplevit, capita furore inſtinxit; ut ſibi pulcri & ſapientes viderentur; per vicos oppidaque diſcurrentes debaccharentur, deorum hominumque fidem obteſtarentur, ſe priſtinis liberatam tenebris Philoſophiam, ipſamque veritatem, adferre. Pater, qui fortaſſe foetum ſuum diutius neglectu ignoratione que oppreſſum ipſe abdicaturus erat, nunc eum celebrari, ſeque ipſum divinis laudibus ferri videns, laudem laude cumulare, novosque natos procreare inſtituit: foetui duas ſubmittit ſorores Criticas, *Rationis Practicae*, & *Facultatis Judicandi*, tum alios & alios novos natos; qui omnes, ut novae & inauditae ſapientiae pleni & coelitus delapſi, à bacchantibus ſuſcepti, & in eundem divinitatis chorum aggregati ſunt. Sic per decennium haec ſola viguit veritas, in ſcholis, libris, ephemeridibus decantata, & Criticae Philoſophiae nomine celebrata. Atque, prout in civili converſione fieri ſolet, ut ejus patroni non ſint unius generis, ſed bonis civibus communem ſalutem ſpectantibus admiſceant ſe mali cives, proprium commodum quaerentes, inquieti & audaces, quibus

bus: tranquillo rerum ſtatu in humilitate latendum fuiſſet, jam turbatis rebus emergentes, populo ſe ductores, id eſt demagogos, ferentes, per conciliabula, ſodalitia, coitiones, ſtationes, ſtabula, cauponas, tabernas, plebis ſtudia praedicantes: ſic in hac ſcholaſtica converſione exſtiterunt demagogi, nullo aut mediocri ingenio, per obſcuritatem antea ignorati, & infra omnes mortuos amandati, hanc inclareſcendi occaſionem arripientes, pervulgatas novae doctrinae formulas brevi tempore diſcentes & memoriae tradentes, easdem mox in conventiculis, circulis, ſtabulis, cauponis, thermopoliis, imperito & miranti vulgo, tamquam agyrtae medici collyrium lippitudinis, panaceam caecutientis ingenii oſtentantes & venditantes. Jam novitii ac tirones fere Kantiana caſtra ſequebantur, & veteranos item facere hortabantur. Hi reſpondere: „*Immo vos noſtra ſequamini caſtra, ut confirmata veteris diſciplinae ſpectatâ bonitate & veritate*". Illi: „*Atqui nos veram cauſſam tuemur, Criticam ſcilicet Philoſophiam*". Hi: „*Vos autem, quandoquidem ipſi Criticae nomen profitemini, ejus etiam officium agatis, & anteaquam illam judicatricem Philoſophiam amplectamini, judicate de ipſa primum utrum vera ſit, nec ne*". Tum illi: „*Jam Kantius pro no-*

„ *bis*

„ *bis judicavit: non opus eſt, ut tantum labo-*
„ *rem ſuſcipiamus, & rem actam agamus: aut,*
„ *ſi forte, ſatis eſt nobis ejus judicium cognoſce-*
„ *re & ſubſcribere*". Veterani: „ *En! ut pa-*
„ *rum vobis ipſi conſtetis, Criticam à Critica*
„ *tollatis; & Philoſophiam à ratione ad credu-*
„ *litatem redigatis*. Illi: *Erga Kantium qui-*
„ *dem ſic jus fasque eſt: qui unus omnem Ratio-*
„ *nem, idque critice, complexus eſt: cujus do-*
„ *ctrina, tamquam Palladium, coelitus delapſa*
„ *ad nos venit: nobisque veram viam ad verita-*
„ *tem oſtendit*". Ad haec veterani: „ *Enimve-*
„ *ro illa via valde eſt difficilis & impedita* ".
Novitii: „ *Si plana & facilis eſſet, non duceret*
„ *ad interiorem veritatem* ". Hi: „ *Et vero*
„ *illa doctrina mire eſt obſcura*". Tum illi:
„ *Niſi obſcura eſſet, non eſſet divina: ipſa obſcu-*
„ *ritas eſt pars & documentum divinitatis ejus:*
„ *& oracula ſunt obſcura*". Ita veterani com-
miſerati novitios, animi morbum agnoſcentes,
eos unico medico, tempori, relinquunt.

V.

PH. Haud abs re narraſti: & mihi ſane & Critobulo, invicem ſubinde rem reputantibus, ſimiliter viſum eſt: ſed tu nondum, id quod maxi-

me

ſine exſpectabam, retuliſti quid in illa Critica Purae Rationis improbaveris.

W. Longi ſermonis, Philalethes, initium moves, qui materiam habeat libri ipſam illam Criticam numero paginarum ſuperaturi; ſi quidem illam ita legi, ut omnes locos, quos improbarem, ſigno ad marginem poſito notaverim: & paucae ſint paginae, in quibus hoc ſignum non aliquoties exſtet. Itaque fervente poſtea hujus Philoſophiae ſtudio in Germania, eique illuſtrandae compluribus editis libris; horum praecipuos mihi proſpexi: & fere quod ſcire *cupiebam*, non inveni: quod non cupiebam, inveni. Inerat in omnibus praedicatio laudum Kantii, mihi minime ignotarum, declamatoria prope, ex ipſius verbis accepta & repetita: erat in melioribus quidem paucis, doctrinae breviarium; quod, minime ingratum, non tamen novum, mihi accideret; quippe jam ipſius lectione libri praeceptum: non erat explicatio locorum à me notatorum, quorum & ego explicationem mihi dari cupiebam, & illi ſcriptores nullam rationem habuerant; ſive quod ipſi eos non intelligerent, ſive quod intellectos improbarent & omittendos judicarent.

PH. Ergo tu quoque non de ſingulis illis locis, quod infinitum eſt, ſed de univerſâ doctrina

na

na ſummatim, quod paucis fieri poteſt, quid ſentias refer.

W. Ego vero me tandem certamine miſſum putabam, nam & me dudum hujus laboris taedet; quem aliud in tempus rejici malim: & Vos hodie mera vi mecum agitis. Sed quando contra neceſſitatem, ut in proverbio eſt, ne Dii quidem valent, age faciamus, quod jubetis.

VI.

Z. Sic igitur pronunciant: „Duplex adhuc Me-
„ taphyſicae ac diverſum fuit inſtitutum: alte-
„ rum *Dogmaticorum*, decreta ſtatuentium, ſectas-
„ que condentium invicem evertentes: alterum
„ *Scepticorum*, univerſas & ſingulas Dogmati-
„ cas ſectas evertentium: hanc tandem conten-
„ tionem ſedavit Kantius, adferens *Criticam*,
„ id eſt, eam rationem, quae & animi facul-
„ tates & rerum cognoſcendarum materiam, ſuis
„ finibus circumſcribit; ut appareat quousque
„ & haec pateat, & humana facultas pervenire
„ poſſit". Hanc nos profeſſionem improbamus. Nam primum, philoſophantium illa diviſio nec Hiſtoriae fidei, nec Logicae legibus, congruit; quippe *Dogmaticis* decreta ſtatuentibus, & verum cognoſci poſſe affirmantibus, opponendi ſunt ii, qui hoc negant, ut *Academici* ab Arce-

ſi-

ſila & Carneade profecti, & ſimiles: horum in medio ſunt *Sceptici*, qui *σκέπτονται*, *conſiderant*, *quaerunt*, neſcire, necdum ſe inveniſſe fatentur. Ita Sextus Empiricus, Pyrrhonic. initio. Kantius autem aliis in rebus eſt *Dogmaticus*, in aliis *Negans*, in quibusdam *Scepticus*. Deinde fines facultatum animi & materiae cognoſcendae deſignare & inter ſe comparare, propoſitum fuit, ut multis ante Socratem philoſophis, ſic ipſi, & qui poſt eum fuerunt tantum non omnibus, ad Leibnitzium, Lockium, & noviſſimos usque; quod qui neſcit, hoſpes plane & rudis in *Hiſtoria* Philoſophiae ſit. Hanc autem finium deſignationem ſe perfeciſſe, & Criticam dixit primus Kantius, ſolita ſibi verborum licentia: quum potius, à re ipſa, *finientem*, *decernentem*, *aeſtimatoriam*, *circumſcribentem* dicere deberet. Sed nimirum *Criticae* cognomen magis ad opinionem vulgi valebat, & tunc in primis vigebat ſaeculi more; ut nil magis commendaret librum quam hoc nomen in titulo poſitum. Veluti antea celebrabantur nomina *philoſophicus* & *pragmaticus*: neque liber placere poterat ſine alterutro aut utroque; jam omnes *Hiſtoriae* exibant *philoſophicae* & *pragmaticae*: compendia adeo, artium praecepta, *rhetoricae*, *grammaticae*, *coquinariae*, erant *philoſophica* & *pragmatica*: ſic tunc in iſtum honorem

rem ſucceſſerat nomen *Criticus*, quod libro ad vulgi ſtudia januam aperiret.

β. „Sed, ajunt, hanc finium deſignationem ſu-„periores fruſtra tentaverant, perfecit demum „Kantius: hic oſtendit, Metaphyſicae materiam „eſſe notiones mere intelligibiles, antiquiores „notionibus ſenſibilibus ab Experientia per ſen-„ſus corporis in Animum illatis, ab iisque pu-„ras ac genere ipſo diverſas: has in Animo ab-„ditas, per Experientiam demum evolvi: con-„tineri autem eas duodecim *Categoriis*, ac duabus intuendi conditionibus *Tempore* & *Spatio*: duodecim illas Categorias rationem ſuam habere in quadruplici enunciationum affectione à Logicis tradita, *Quantitate*, *Qualitate*, *Relatione*, *Modalitate*: his tamquam generibus ſubjectas eſſe has formas: Quantitati, *Unitatem*, *Multitudinem*, *Omnitudinem*: Qualitati, *Realitatem*, *Negationem*, *Limitationem*: Relationi, *Subſtantiam* & *Accidens*, *Cauſſam* & *Effectum*, *Communionem*, id eſt, *Reciprocationem inter agens & patiens*: Modalitati, *Poſſibilitatem* & *Impoſſibilitatem*, *Eſſe* & *Non eſſe*, *Neceſſitatem* & *Contingentiam*. Hae ſunt, ajunt, notiones antiquiſſimae & principes, quaſi *ſeminales conceptus Intellectus puri*, tamquam *formae cogitandi*; quibus accedunt formae *Temporis* & *Spatii*, per quas

*** „Ex-

„ Experientia ſenſibiles notitias, id eſt, ſenſuum
„ viſa, *intuitiones ſenſibiles* dictas, ſuſcipit &
„ in Categoriarum formas infert: quibus formis
„ viſa quaeque *Intellectus* noſter accommodat:
„ exinde nova duo notionum intelligibilium ge-
„ nera effingens: *Conceptus Reflexionis*, & *Ideas*:
„ caeterum inveniendo numquam extra terminos
„ Experientiae progrediens, ſed intra eos in-
„ cluſus, notionibus corporeis adſtrictus: *nec va-*
„ *lens* ad invenienda placita ultra hos terminos
„ poſita, quamvis graviſſima & maximi illa mo-
„ menti, de *Deo ejusque virtutibus & providen-*
„ *tia*, de *Animi humani Libertate & Immor-*
„ *talitate*, in Metaphyſicae muneribus neceſſa-
„ riis deſiderata & celebrata; ad haec igitur pla-
„ cita reperiunda ac demonſtranda caecus & in-
„ firmus eſt Intellectus noſter; quippe quibus
„ non in Metaphyſica, ſed in Practica Philoſo-
„ phia locus eſt; ubi in principio, ut *inde-*
„ *monſtrabilia* poſtulata ponuntur *Animi huma-*
„ *ni libertas*, ac *Divini numinis virtus & pro-*
„ *videntia*; unde conſequi *Animos hominum eſ-*
„ *ſe immortales*, & ad propoſitam iis à Deo fe-
„ licitatem porro contendere". Haec eſt, ſi
recte memini, ſumma doctrinae, breviſſime, quo-
ad ejus fieri potuit, & pauciſſimis quaſi punctis
notata: ab auctore autem ipſo ſubtiliter & fuſe
explicita.

CR.

CR. Immo implicite & contorte, multis & cuminibus compacta, & ſpinis contexta: tu ve-) pro hac brevitate ſatis diligenter. Nunc, quid nprobes, narra.

γ. W. Finium illa deſignatio accurata ac veli i circulo & centro circumſcripta, quod à raecis dicitur, κέντρῳ καὶ διαστήματι περιγραομένη, nondum à quoquam philoſopho con- ſta videtur; Kantius quidem, ſi ſibi conſtare & nſentaneus eſſe vellet, ne conari quidem eam bebat. Qui enim cognitionem humanam, nec odo ſenſibilem ejus partem, ſed & intelligibi- n, à ſcientia & veritate ad opinionem ac ſpe- m traduxit, ſeu, ut nunc loquuntur, *ex ob- tivâ ſubjectivam fecit*, qui & ipſe homo, & ad ndem naturae conditionem, ad quam caeteri nes homines, adſtrictus ſit: quomodo is n *ſubjectivâ* ſua cognitione fines *veros*, quos cant *objectivos*, cognoſcat? Quamvis enim ıcedamus cognitionem noſtram eſſe opinabi- ı, *ſubjectivam*, tamen is, qui fines ejus ſe ɔis deſignaturum profitetur, *veros* fines, eos ſunt, non qui videntur tantummodo, *objec- s*, non *ſubjectivos*, praeſtare debet. Licebat, gmaticis hoc profiteri, Pythagorae, Platoni, aticis, Ariſtoteli, Stoicis, Epicureis, Car- ɔ, Leibnitzio, Wolfio. Nemo ita praeciſe nagnifice profeſſus eſt ante *Kantium*: ſcili-

 cet,

cet, *ſe tribunal inſtituiſſe, quo, ſecundum ipſius Rationis aeternas & immutabiles leges, ipſius cauſſa judicaretur, jus vindicaretur, fines conſtituerentur.* Quae tandem illa eſt *Ratio?* ſcilicet, humana, opinabilis, *ſubjectiva.* Hujus leges igitur ſunt *aeternae* & *immutabiles?* Ita quidem de divina Ratione loquuntur alii Philoſophi; & fas eſt ita loqui: non de humana: nedum de hac infra humanae integritatis modum à Kantio redacta.

J. Metaphyſicae viam eſſe à priori, id eſt eam, quae à primis ad poſtera tendat, ab *intelligibilibus* ad ſenſibilia ducat, à maxime univerſalibus ad minus univerſalia, à ſupremis generibus ad inferiora & particularia, à cauſſis ad effecta, omnes inde ab ejus incunabulis conſenſere Philoſophi: haec autem *prima* utrum antiquiora ſint Experientiâ, jamque ante ejus adventum in Animo lateant, an per eam colligantur & conformentur, de hoc vero diſſenſerunt: illam ſententiam tenuerunt maxime Plato & Leibnitzius, ideis iſtum principatum tribuentes: hanc Ariſtoteles, Stoici, Epicurei, Lockius, alii poſt eum multi, in his ille in Kantianis ſcholis celebratus Humius, cognitionem humanam omnem unice à ſenſibus corporis oriri ſtatuentes. Fuit etiam tertium genus Philoſophorum inter utroſque interjectum, notiones illas univerſales alias antiquio-

]uiores ſenſibus, alias à ſenſibus ortas, cenſen-
ium. Et quidam anguſtius, quidam latius Me-
aphyſicae fines aperiebant; ut vel ſolâ Ontolo-
;iâ eam circumſcriberent, vel Theologiam, at-
ue adeo Pſychologiam & Cosmologiam ei adde-
:nt. Omnes autem in eo conſentiebant, ut eam
:ientiâ principiorum elementorumque cognitio-
:s humanae definirent; ut, quemadmodum Phi-
ſophia omnium caeterarum ſcientiarum, ſic
[etaphyſica totius Philoſophiae ſemina ac fun-
menta contineret. Atque hac ubertatis aucto-
atisque exiſtimatione adhuc florebat, licet ple-
:que ejus partes firmitate evidentiaque ſcien-
e carerent. Quam firmitatem Kantius Me-
ıhyſicae conciliare ſtudens, & animadvertens
id conſequi non poſſe, ſi ejus & amplitudinem,
cognitionis veritatem, quam *objectivitatem* vo-
ıt, retinere vellet, eam primum ad pauca
menta, deinde ad opinionem, *ſubjectivitatem*
go dictam, revocavit: elementa igitur Expe-
ıtiâ antiquiora conſtituit *duodecim Categorias*,
duas intuendi conditiones Tempus & Spatium;
bus elementis, veluti formis, viſa ſenſuum
Experientiam infuſa ſuſcipiat & accommo-
Intellectus; ut ea percipiat & cogitet non
lia re ipſa ſunt, ſed qualia in illis formis for-
a videntur. Iam ut iſto de commento recte
cetur, tria ſunt ſpectanda; an eſſe *poſſit*, nec

 ſibi

ſibi ipſum repugnet; an revera *ſit:* an illud *efficiat*, cujus cauſſa excogitatum eſt.

$\bar{\varepsilon}$. Ac primo quidem, repugnantia quaedam ſupra jam in $\bar{\gamma}$ à nobis animadverſa eſt. Succedunt aliae repugnantiae. Nam Categoriae illae à Kantio ſic informantur, ut proprium Metaphyſicae officium, quod in *viâ à priori* poſitum eſt, evertant. Dicit enim eas ante ſenſibilium viſorum adventum in Animo eſſe, nec tamen cogitari, ſed per illa demum excitari. Hoc poſſumus intelligere in Platonis opinione de Reminiſcentia notionum ex priore vitâ *ſervatarum*: in Leibnitzii Harmonia Praeſtabilita: in notionibus ac viſis memoriâ reconditis: in facultatibus Animo à naturâ tributis, necdum actione vigentibus: in iſtis Categoriis intelligere non poſſumus. Ariſtoteles Animum comparabat tabulae raſae, in qua nihil ſcriptum eſſet, ſed poſtea demum illatis in eam ſenſuum viſis notiones quaſi inſcriberentur. Hoc, niſi cujusmodi ſit, ſaltem ut ſibi ipſum non repugnans cogitare poſſumus. Sed Kantianis Categoriis plane accidit illud Ariſtophanis de Euripide; de quo aliquis interroganti an domi ſit, reſpondet ἔνδον καὶ οὐκ ἔνδον, *eſt domi, & non eſt domi.* Ariſtoteli quidem Animus tabula raſa, eaque plana, eſt: Kantio item tabula raſa, non tamen plana, ſed quaſi diſtincta parvulis vel ollis exſtantibus, vel recepta-

taculis depreſſis, tamquam lacunis, aut cellis apum, duodecim Categoriis, & duabus conditionibus intuitionis Tempore & Spatio. Fingite vobis cogitando talem tabulam diſtinctam quatuor ordinibus ternarum cellarum, & ſuper hos ordines poſitas duas cellas Spatii ac Temporis, per quas materia viſorum ab Experientia extrinſecus recipiatur, & in illas duodecim cellas influat, earumque figuram accipiat. Niſi forte iſtam tabulam ſolis verbis non ſatis diſerte ad veſtrum ſenſum deſigno, & potius lineis ejus imaginem depingi vultis.

PH. Atqui perſpicue oſtendiſti ac probabiliter, mihi quidem, qui dudum iſtud Categoriarum negotium comparare ſolebam cum negotio piſtricium tabernariarum, quae, quotidie in foris & compitis ſedentes, popana coquunt in artaginibus item diſtinctis per complures ordines receptaculorum, quorum ſingulis infundunt maſſam liquidam cyatho ex cratere hauſtam. Sic piſtricem facio Experientiam, cyatho Spatii ac Temporis ex cratere rerum ſenſibilium corporeas notitias haurientem, in ſingula duodecim Categoriarum receptacula infundentem, coquentem, Animoque apponentem.

W. Dilucide tu ſane & Socratice, rebus obſcuris ex rebus obviis & vita communi lumen affers; neque crater iſte tuus à cratere Platonici

Timaei abludit. Illud autem volebam, Kantium per iſtam Categoriarum inanitatem, ipſum hoc ſuum à priori natum opus elementarium, hanc, ſive Metaphyſicam, ſive Puram Rationem, funditus tollere. Nam illae profecto formae, illa receptacula vacua ſunt, antea quam Experientia quid in ea infuderit: & nihil habent. Hoc autem nihil *aliquid* eſſe, liceat Criticis philoſophis affirmare; nobis, qui alio ex genere critico ſumus, & communi rationi obſequimur, non licet.

ς. Deinde, Categoriae iſtae *neque ortu*, *neque numero ſunt id*, *quod debebant eſſe:* id eſt, non habent juſtum ortum; & numerus duodenarius temere iis, ut neceſſarius, affingitur. Categorias enim volumus eſſe elementa Purae Rationis, & anticipationes primitus ante Experientiam in Animo humano abditas, & quidem in Animo quovis, rudi adeo ac recens nato: non volumus Logicas, ſed Metaphyſicas, ut vulgo loquuntur, *reales*, non *nominales*, non Logici quadro ordinatas, ſed ante omnem non modo Logicam inſtitutionem, ſed Experientiae actionem & rerum externarum ad ſenſus corporis appulſionem, *in* Animo impresſas. Cui autem bono fuit, aedificium ad aeternas & immutabiles, ut ipſe ait, Rationis leges exactum, tam vago Logicae de Enunciationum diviſione praecepto ſuper-

perſtruere. Et haec tralatitia in Logicis fertur diſtributio Enunciationum, ſecundum *Quantitatem*, *Qualitatem*, *Relationem*, *Modalitatem*: Et alia eſt tripertita, minus deficiens, ſecundum *proprietatem internam*, *externam*, *uſum evidentiamque in diſciplinis*; internâ complectente tres notas ſpecies, inſignitas his nominibus, *Quae*, *Qualis*, *Quanta*: quam diſtributionem & ego ſecutus ſum in meo libello. Neutra ſatis congruit accuratae diligentiae & paritati, quâ ſpecies in praedicato poſitae ſummam ſubjecti exaequent, id eſt quod vulgo dicunt, *ſubjectum à praedicato exhauriatur*. Eſt alia accuratior, qua diverſae Enunciationum ſpecies ducuntur ex diverſitate trium Enunciationis partium, Subjecti, Praedicati, Copulae. Sed hoc alias. Nunc fac, quod negamus, illam quadripertitam eſſe integram & plenam; ejus tamen à Kantio facta ad Categorias accommodatio non unam habet reprehenſionem: veluti, quod *Limitatio*, quae eſt ſpecies Quantitatis, & eadem quae *Particularitas*, Qualitati ſubjicitur: quod eadem *Limitatio* ducitur ex *Enunciatione Infinita*, & haec ipſa non ſatis accurate ab Enunciatione Negante diſtinguitur: quod *Relatio* ſuis finibus non diſtincte circumſcribitur, & ad alias etiam Categorias pertinet: quod *Relationis* & *Modalitatis*, quum ſex utriusque Categoriae re-

cenſeantur, hae non niſi pro tribus numerantur; ſcilicet, ut numerus duodenarius extorqueatur: quod, praeter illas à K. poſitas, aliae ſunt in Categoriis cenſendae notiones principes.

ζ. Nam ſi naturae auctoritatem ſequentes quaerimus; quae ſint vel eſſe poſſint Animi notiones Experientiâ antiquiores, debemus Animum informare quaſi extra corpus degentem, & in nullo adhuc verſatum corpore, aut in corpore ita recentem & novum, ut nulla adhuc rerum externarum communione & Experientiâ quidquam notionis traxerit. Cujusmodi Animus *qualis* ſit, cogitare difficile eſt. Sed tamen, quaeſtionis cauſſa, fingamus talem nobis Animum viventem & vigentem ſpectandum obſervandumque dari. Prima certe omnium cogitatio vigeat oportet *conſcientia ſui*, penitus à ſe ipſâ exiſtens, non profecta diſtinguendo ſe ab aliis extra ſe rebus; quippe quas Animus nondum novit. Haec igitur *conſcientia*; hoc *Ego*, habet in ſe involutum ſenſum notitiarum complurium confuſum quidem, ſed qui animadvertendo & tractando clareſcat, & ad diſtinctam cogitationem pergat: in his protenus ſenſum *Durationis ſuae*, *Succeſſionis*, *Temporis*, *Libertatis*: ſuccedit cogitatio *τοῦ Eſſe*, vel *Non eſſe*, alia quale *ipſum* ſit, aut *diverſa*: haec alia aut revera *exiſtere*, aut tantummodo eſſe *poſſe*: *id*, *quod ſit*, *eſſe*: *quod non ſit*, *non eſſe*:

neq

nec poſſe ſimul quid eſſe & non eſſe: hinc, *Aliquid* & *Nihil*: *Ens* & *Non Ens*: *Verum*, *Falſum*: *Totum*, *Pars*; Principium Repugnantiae, & Excluſi Medii, *inter eſſe & non eſſe nil eſſe medium*: porro *Neceſſarium* & *Contingens*: ut quid fiat, requiri ut ſit *poſſibile*, nec tamen hoc ſatis eſſe, ſed aliud quid debere accedere, ſcilicet *cauſſam*: Principium hoc, *ſine cauſſa nil fieri*: quod jam in iis omnibus, quas diximus, notionibus ſuberat: Inde *mutari*, *agere*, *pati*, eorumque contraria: *Cauſſa* vel propior, vel remotior, & prima, *Deus*. Ipſum *Ego* protenus infixam notionem habet *Subſtantiae*, à quâ diſtinguit *Accidentia* ſua, *cogitare*, *durare*, caet. *Genus* comparandis ſimilibus venit, cujus *Proprietates* ſunt necesſariae, *Modi* & *Relationes* contingentes. Accidentis ſuprema diſtributio in *Quantitatem* & *Qualitatem*: illa praecepta ex longiore aut breviore duratione ſui, ex majore aut minore numero cogitationum: haec poſterior, Accidentibus, praeter Quantitatem, omnibus, uno genere comprehendendis. Indidem ex Quantitate, *Materia*: *Finitum*, *Infinitum*: *Perfectum*, *Imperfectum*: ex Qualitate, *Forma*, *Ordo* & *Temeritas*, ſ. *Confuſio*, *Bonum* & *Malum*, *Suave* & *Inſuave*, *Pulcrum* & *Turpe*. Hae ſunt notiones praecipuae Ontologicae, id eſt Purae Rationis. Nam de notionibus Moralibus,

bus, ortis ex altera Animi parte, Voluntate, quam illi Practicam Rationem vocant, dicere non attinet. Et adhuc Animum ſpectavimus purum à rerum extra ſe communione. Jam è ſolitudine in ſocietatem & conſuetudinem rerum externarum inducatur: cujus nobis una conditio cognita eſt, haec vita & habitatio in corpore animali. Nova jam animo aperitur ſcena: priores notiones vitae ſolitariae locupletantur & confirmantur: accedunt novae, *Corporum*, *Extenſionis*, *Soliditatis*, *Spatii*, *Motus*: quibuscum priores, & ſuam ipſe & Divinam naturam *comparans*, ſuae cum hac ſimilitudinem & conjunctionem, à terrenâ autem & corporeâ materiâ diverſitatem ac disjunctionem, agnoſcens, futuram immōrtalitatem certâ ſpe praecipit, & ad omnem virtutem capesſendam excitatur: qui Ethicae fons eſt. Et omnino veterum intelligibilium & novarum ſenſibilium notionum temperamento & quaſi mutuo tritu, tota cognoſcendi facultas excolitur, modificatur, & ad novarum rerum inventionem inſtruitur. Nos autem hanc viam à prioribus philoſophis oſtenſam & accuratius ordinatam, nunc breviſſime ac ſummatim retulimus. Haec eſt ἐννοιογονία naturae, *notionum generatio naturalis*.

PH. Et res mihi placet, & nomen. Sed rem tu deinceps cum Kantii Categoriis comparabis.

Ad

Ad nomen autem hoc in mentem mihi venit Kantiani nominis *noogoniae*, quo eamdem rem notarunt, quamvis ab ea alieno, nec *notionum*, ſed *mentis* generationem ſignificante. Et quod ipſe dixit Germanicis literis *noumena* id eſt *νοούμενα*, *intelligibilia*, inde *νούμενα* fecerunt quidam ejus cultores; ut eos *νουμηνία*, *novilunium*, voluisſe puteş; & mali ſit ominis, à *cogitandi* verbo aberrasſe. Ipſe Dialecticam antiquo cognomine *καθαρτικὸν*, i. e. *remedium purgans*, dictam, *catharcticon* dicens, *arctum*, ut ſibi domicilio conjunctam, & magis cognitam, cogitasſe videtur. Categoriae autem nomen ab Ariſtotele ſumens, mirifice eum reprehendit, quod perperam decem illas Categorias ſtatuisſet, & his poſtea quinque alias adjecisſet; temere ipſe *Categorias* & *Categorumena*, ſcienter ab Ariſtotele diſtinctas, commiſcet. Omnino, ultra quam Philoſophum decet, Literae ei defuerunt; ut in Hiſtoria Philoſophiae vix ſupra Spinozae & Carteſii aetatem progresſus videatur. Qui ſi priores & antiquos cognitos ac pertractatos habuisſet, à multis ſibi erroribus cavisſet.

CR. Fortasſe: niſi eum novae ſectae condendae gloria decepisſet.

η. W. In hac igitur ennoëogonia priorum, quamvis brevisſime adumbratâ, notiones apparent in Categoriis cenſendae, & à Criticae Philo-

loſophiae auctore omiſſae: veluti *Conſcientia ſui*: *Principium Repugnantiae*: *Aliquid & Nihil*: *Verum & Falſum*: *Bonum & Malum*: *Pulcrum & Turpe*: *Perfectum & Imperfectum*: *Ordo & Confuſio*, (*τάξις καὶ ἀταξία*): quae profecto & theoreticae & maxime univerſales ſunt; nec facile illis duodecim tamquam partes ſubordinari poſſunt. In eadem Philoſophia Critica ex illis duobus omnis cogitationis fundamentis, & omni naturae cogitanti praeſentibus quaſi luminibus, *Principiis*, *Repugnantiae* & *Cauſſae*, ut illud omittitur, ſic hoc Categoriae Relationis *ſubjicitur*, ex illuſtri loco in angulum abjicitur, & omnino quaſi ludibrio habetur. Nam datur ei in Categoriis neceſſitas & auctoritas univerſalis: eadem ei in Experientia adimitur, nec relinquitur niſi probabilitas ex multitudine & iteratione exemplorum nata. Utrumque temere. Et quum Metaphyſicam non ultra fines Experientiae pertinere vult, in primis hujus Principii vim labefactat. Negat enim illud nos adducere ad cognitionem Cauſſae primae omnium rerum, id eſt, *Dei*: negat illud locum habere in Libertate humanae voluntatis. Itaque ſimillimum facit Epicuro, qui ſine cauſſa declinationem atomorum induxit; ſcilicet, ut & Mundi ortus Deo effectore liberaretur, & Libertas neceſſitate cauſſae ſolveretur: cujus opinionis vanitatem dudum ex-

plo-

ploſam refutare non opus eſt. In illa autem Vetuſtiorum ennoëogonia *Principium Cauſſae* habet neceſſitatem & auctoritatem univerſalem, certa ratione analytica, *à priore* notione Poſſibilitatis ductam; quod à poſſe ad eſſe perveniri nequit, niſi aliquid antea accedat, quod *aliquid* eſt cauſſa: & in Experientia colligitur duplici obſervatione: non tantum per multitudinem & iterationem exemplorum, ſed etiam per cognitionem nexûs antecedentium & conſequentium, id eſt, cauſſarum & effectorum: veluti remedii ſalubritas cognita & ex multis ſanationum exemplis, & ex interiore ejus natura, & ad morbi genus ratione & efficientia, ad eum veriſimilitudinis gradum confirmatur, qui prope ad ſummam evidentiam accedat. Quam rationem ſignificavimus in Logicis, III, 7, 8.

θ. Et quod ubique inculcat, & modo memoravi, *Puram Rationem non ultra fines Experientiae, nec ad res, quae ſenſibus corporis attingi nequeant, progredi poſſe; & proinde graviſſimorum dogmatum, Divinae Naturae ac Providentiae, Libertatis & Immortalitatis Animorum humanorum, probationem non Purae Rationis, id eſt Metaphyſicae, ſed Practicae Rationis eſſe argumentum*: pluribus partibus à vero aberrare videtur. Primum non conſentaneus ſibi eſt in eo, quod, quum Categorias à priori, in-

intelligibiles & antiquiores eſſe Experientiâ ſtatuit, ab his nullum progreſſum ad nova intelligibilia concedit. Nam ipſi illi *Philoſophi*, qui nil ante ſenſuum impulſionem in Animo eſſe volunt, veluti Ariſtoteles, Stoici, Lockius, & plerique, hi tamen aditum ad illas notiones, Dei, Immortalitatis, Libertatis, relinquunt, earumque demonſtrationes tuentur. Et recte quidem. Nam hoc eſt Rationis humanae, à rebus cognitis ad res incognitas pervenire: ut in omni fit diſciplina, arte, & vita communi. Quid igitur *impedit*, quominus à *Principio Cauſſae* ad cogitationem cognitionemque Primae Cauſſae effectricis Mundi hujus perveniamus, eamque Cauſſam effectricem potentiâ & intelligentiâ parem & idoneam huic tanto operi conficiendo judicemus? Non modo nil impedit; ſed cogit etiam Ratio, ſana quidem; fruſtra vetante Kantiana Ratione. Idem valet de Immortalitate, & Libertate. Deinde, quod ſupra diximus, qui Metaphyſicam ſpoliat facultate perveniendi ad res ultra fines captumque Experientiae poſitas, is ipſam tollit Metaphyſicam, & fruſtra quovis verſu ſuum illud *à priori* ac *transſcendentàle* jactat. Tum, quod illa tria placita, Dei, Immortalitatis, Libertatis, ex Metaphyſica ad Ethicam, ex Theoretica Ratione ad Practicam relegat; non modo haec ipſa

pla-

placita labefactat, ex lucido firmoque intelligentiae faſtigio in lubricam & confuſam interni ſenſus latebram rejiciens: ſed ἀφιλοσόφως agit, & ipſum primum Philoſophiae officium negligit. Hoc enim jubet quaerere de rebus non ſolum *an* & *quae*, ſed etiam *quare*, ſint: jubet cauſſas rerum indagare, quousque fieri poteſt: vetat ſubſiſtere in illo ὅτι, *quod* ſint, quando aditus ad earum διότι, *quare ſint*, adhuc patet. Nam illa profecto via Criticae Philoſophiae „ Habeo „ in me Imperativum Categoricum jubentem „ recte agere: hic non eſt niſi a Deo; ergo vo„ luntas mea eſt libera, & Deus rationem ha„ bet bene & ſecus factorum, remunerando & „ puniendo: quod quando in hac vita non fit, „ in futura fiet; & Animi ſunt immortales" ſic enim fere interpretantur illam formulam ſupra β memoratam: illa igitur via certe praepoſtera judicanda eſt; primum, quod Theoretica dogmata ex Practico ducuntur, contra naturam Philoſophiae, cujus eſt Practica ex Theoreticis ducere, & ab horum uno ſimplicique fonte omnem reliquarum rerum cognitionem repetere, nec principia multiplicare: deinde, quod illa tria Theoretica dogmata longe dilucidiora & minus incerta ſunt, quam ille Senſus Moralis dubius & controverſus, & antiquitus & patrum memoria diverſis diſputationibus agitatus, necdum di-

**** ju-

judicatus, nunc à Kantio, ut indubitatus, nullis novis argumentis, ſed novo habitu imperatorio, inaudito nomine Imperativi Categorici, in ſcenam revocatus ac productus. Nonne hoc eſt *Deum ex machina inducere*, & cum Deo Libertatem atque Immortalitatem? Et quod Epicurus reprehendebatur, Deum verbis reliquiſſe, re ſuſtuliſſe; quod nullam ei in condendo mundo partem concedens, ejus notionem tamen animis hominum à naturâ inditam & impreſſam ajebat: nonne ſimile in tribus illis placitis Kantius fecit? Quid eſt aliud, judicium veritatis à *ratione* ad ſenſum irrationalem & myſticam *temeritatem* transferre, ſi hoc non eſt? Pueris & plebi iſtae ſpecies oſtententur; ſapientiae ſtudioſi argumentis & rationibus doceantur. Quando autem illis placitis *antinomiae* litem intendit, & illud agit, ut oſtendat eorum demonſtrationes adhuc à philoſophis inventas & uſurpatas nil efficere, in utramque partem valere, nec magis demonſtrari poſſe illa vera quam falſa eſſe: hoc igitur cum agit, nihil agit. Partim enim demonſtrationes illas philoſophorum non ſatis plene & accurate retulit; omnino autem non cogitaſſe, certe non curaſſe videtur, eamdem machinam contra ſe ipſum converti poſſe; eamdem eſſe cauſſam omnium theorematum, exceptis mathematicis, quamvis recte exacteque demonſtratorum, ut in con-

contrarium converti poſſint, & in utramque partem de iis diſputare liceat: & in hanc antinomiae cauſſam magis etiam plurima ſui ipſius decreta incidere, quo plura ipſe ſine demonſtratione poſtulans dictansque poſuit.

2. Sed ſingillatim principia videamus. Quum omnes ab omni aevo tenuerint philoſophi, *res ſenſibiles ad Tempus & Spatium eſſe adſtrictas*; hi novi Critici hoc ita jactarunt, quaſi ſoli ſcirent & reperiſſent: & ſane aliquid adjecerunt: hanc ſcilicet concluſionem, *Ergo res non ſenſibiles non ad Tempus & Spatium adſtrictae ſunt.* Quod aeque eleganter concluſum eſt atque illud, *Omnes canes habent quatuor pedes; Ergo, qui non ſunt canes, non habent quatuor pedes.* Scilicet non adtenderunt ad magnitudinem ſubjecti & praedicati, eorumque proportionem. Sed hujusmodi paralogiſmi apud novos iſtos Criticos non ſunt infrequentes. Quanto melius erat, ſimplicem Veterum rationem ſequi: duplici via ad hoc theorema pergentem, Ontologica & Pſychologica. Illa hujusmodi eſt: Res (τὰ ὄντα) ſunt vel mere poſſibiles, vel exiſtentes: xiſtentes ſunt vel corporales vel incorporales: orporales nobis innoteſcunt per ſenſus corporis, ut ad Spatium ac Tempus adſtrictae: incororales quoque eſſe ratio progreſſu intelligit, em eas ad Tempus adſtrictas; ſi quidem eſſe

pergunt ac durant: ad Spatium, nec ne, neutrum intelligit. Pſychologica haec eſt. Notiones ſunt rerum vel ſenſibilium, vel intelligibilium: illae cum notione Temporis ac Spatii conjunctae ſunt: hae an item, non liquet ex hac diſtributione; ergo pergendum: res intelligibiles ſunt vel ſingulares & concretae, vel univerſales & abſtractae: hae extra Tempus & Spatium ſunt: illas eſſe, ratio progreſſu intelligit, item eas ad Tempus adſtrictas eſſe, ſi quidem eſſe pergunt ac durant: ad Spatium, cauſſa nulla, quae impediat, apparet; immo ſuadere videtur analogia Temporis & aliarum rerum exiſtentium: at participes eſſe utriusque non omnino ut res ſenſibiles, ſed ſuo ſibi modo & ratione. Veluti in hoc exemplo, non omnia quadrupedia eodem modo quatuor pedes habent, quo canes: ſed alia genera aliter, & quodque genus ſuo ſibi modo. Sic in intelligibilibus his, naturas cogitantes vel inferiores, vel ſuperiores, vel ſupremam, Deum, cauſſam omnium rerum, Spatii Temporisque participes eſſe par eſt convenienter ſuae quasque naturae: ac Dei quidem Tempus cenſendum eſſe non mutatione rerum & ſucceſſione momentorum, ſed conſtanti & immutabili duratione, ſingulis partibus totam aeternitatem explente: Spatium autem vel infinita praeſentia, vel alia quadam Deo

digna

digna ratione. Quae omnia, etſi qualia ſint ignoramus, tamen neceſſe eſſe, ut aliquo modo ſint, intelligimus. Quo de argumento egregie disſerunt Plotinus VI, 8, 16, Plutarchus De EI Delphico p. 392, 393: & alii, quos ibi laudavimus. Jam ipſa Categoria Spatii quam mire conformata eſt! —

VII.

CR. Hem tu! totumne ſpinarum effundere ſaccum paras?

W. Ego vero putabam me flores ſpargere, & gratum vobis facere: ſin contra accidit, vos in culpa eſtis, qui in hoc me argumentum compuliſtis. Et multo plura habebam. Nam quae ante hos tres & viginti annos notaveram, nec poſtea inſpexeram, nuper mihi in hoc rus ejecto, ac turbatas meas chartas luſtranti, forte in manus inciderunt, meque ad legendum, & quaeſtionem memoria recolendam, adverterunt. Unde illos vobis flores inſperſi.

PH. Quod nunc ſparſiſti, ſatis eſt unde mihi confirmetur id, quod aliquando, lecta illa Purae Rationis Critica, judicavi, melius eſſe retinere veterem noſtram, ſive impuram ſive mixtam quis vocet, Metaphyſicam, & fecundam illam rerum ubertate, & ratione ſummopere

 pro-

probabilem; quam, nemo illam adoptare pro criticâ & purâ ſe venditantem, non valentem ad veteres poſſeſſiones tuendas, nedum ad novas acquirendas, veluti vidimus de Deo, Immortalitate, Libertate: & alias deſideramus; v. c. de rerum extra nos vera ſubſtantia, de Animi & Corporis nexu, de imperio in ſe ipſum, de eodem confirmando adverſus perturbationes & calamitates, de aliis quaeſtionibus ex Metaphyſica proficiſcentibus. Haec erat illa profeſſio, *nullum eſſe problema Metaphyſicum, quin ei ſolvendo copiam feciſſet Critica Purae Rationis!* Scilicet graviſſimas quaeſtiones extra fines Experientiae relegare, & ex Metaphyſica circumſcribere! Unde factum eſt, ut nemo adhuc in hac ſecta Metaphyſicam probabiliter compendio vel ſyſtemate conſcripſiſſe dicatur; quippe quae omnia delet ac diruit, nec aedificandi materiam relinquit.

CR. Et mihi ſatis eſt: qui & ipſe aliquando iſtum legens librum, quum argumentum de Spatio cognoviſſem, eum abjeci; quod mihi appareret *pergula pictorum, veri nihil, omnia ficta,* nec reliqua diſputatio, ut à falſis initiis profecta, vera eſſe poſſet. Idque multo etiam magis nunc judicavi, explicita iſta Categoriarum vanitate. Quare age, relinquamus tandem iſtos Cimmerios lacus, ac dias luminis auras repetamus.

LYND.

LYND. Mihi quidem, quamvis hujus ſcientiae experti, ſi pace veſtra dicere licet quid ſentiam, ſic videtur. In Metaphyſica conſtituenda, ut in aliis diſciplinis, non id ſpectandum eſſe, ut fecunda, ſed ut vera ſit: &, ſi nulla omnino ſit, nec eſſe poſſit, ut hoc ipſum, nullam eſſe nec eſſe poſſe, nobis perſpectum exploratumque ſiat. Deinde Kantium tanti, ut fertur, ingenii virum, nihilne utilitatis attuliſſe dicamus?

W. Et modeſte & prudenter mones, Lyndene. Ego à vobis rogatus atque adeo coactus dicere quid in Critica Purae Rationis improbaſſem, horum quaedam enumeravi. Sunt vero etiam quae probem: nimirum ſingularum quarumdam partium expolitionem, & acutas nonnullas animadverſiones. At univerſam doctrinam, principia & exitum, probare me non poſſe fateor. Omnino, ut ais, nil niſi verum quaerimus: ſed hoc ipſum ab aliis nobis oblatum, an verum ſit, noſtro ipſi judicio, non aliena auctoritate, probare debemus. Et quod quaeris de utilitate, duas certe attulit. Alteram, quod alios, quae ipſi deeſſent, requirentes, ad quaerendum excitavit. Alteram, quod confirmari vidimus veterem querelam, *homines ſemper eſſe pueros*, nec priorum exemplis diſcere ſibi cavere. Nam quum inde à nata Philoſophia, per bis mil-

le & quadringentos annos, quaevis fere generatio novam ſectam tulerit, quae verum antea fruſtra quaeſitum inveniſſe putaretur; tamen proxima quaevis generatio, quaſi oblita errorem prioris generationis, ſua ſibi vice eundem errorem rurſus erravit. Ergo vir quidam quem noſtis, aliorum judicio valde doctus, & meo non indoctus, me ſerio monuit ne porro fidem Platoni, Ariſtoteli, aliisque philoſophis haberem; Kantium enim jam veritatem tandem inveniſſe & pateſeciſſe. Itaque, inquam, hunc legiſti. Non legi, inquit: ſed adeo multi ſic de *Kantio* affirmant, ut dubitari nequeat. Te, *mi Lyndene*, qui *eſſe* & *videri* diſtinguere noſti, popularis clamor non auferet, nec à judicii via dejiciet. Sic nos etiam, qui docti dicimur, ſimiles reperimur pueris & puellis, noviſſimam quamque veſtis & ornatus ſpeciem pulcherrimam, priorem autem inficetam judicantibus. Adeo nec ad Philoſophiae, nec ad ſtultitiae, finem pervenimus. Sed, ut ad rem redeam, quid mihi porro acciderit, audiatis. Horum igitur in Kantii doctrina & admiſſorum animadverſio, & omiſſorum deſideratio, effecit, ut hanc Purae Rationis Criticam repudiarem. Cujus me repudiationis eo minus poenituit, quod poſtea cognovi item facere & feciſſe veteranos, & in his complures doctos & intelligentes viros in Metaphyſi-

ficae ſcientia dudum laudem adeptos, Eberhardum, Mendelſohnum, Platnerum, Garvium, Herderum, Federum, Meinerſium, Tiedemannum, Schwabium, Nicolaium, Wielandum, Reinhardum, Falckium, Henningium, Weishauptium, Statlerum: quorum εἷς ἐμοὶ μύριοι, unus mihi potior eſt decem millibus novitiis imperitia ſua captis, novitati applaudentibus. Et noſtratium pauciſſimi novae ſectae ſtudebant, & hi novitii, nulla antea Philoſophiae cognitione ſubacti. Ex quibus unus aut alter familiaris me hortabatur, ut ipſe quoque Criticae hujus beneficio uterer, meque Kantianum facerem: cui fere reſpondebam: „ Ego & in Literis & in Phi-„ loſophia, meam mihi dudum Criticam & ha-„ beo & ſervo: legi Kantianum librum, nec „ probare potui, quae quidem intellexi". Illi me docere velle: ego ſermonem in aliud convertere argumentum, de quo inter nos conveniret. Sic me ignorantiae & tarditatis obtentu à moleſta eorum ſedulitate liberabam. Quamquam ne novitii quidem omnes ingenii ſtudiique laude carent. Lapſi ſunt, ſaeculi illecebris & clari viri nominisque admiratione judicium praecurrente & occupante. Cui viro quod novitatis & admirabilitatis captatio adfuit, Literarum ſcientia & Philoſophiae Hiſtoria defuit, nil ei obfuit apud novos, ignaros, nec animadver-

rentes; & condonandum caeteris ejus ingenii dotibus; cogitandumque illud, *non omnia poſſumus omnes.* Et fuit ſane caeterum Kantius excellens univerſae ſcientia Philoſophiae: exercitatus Metaphyſicarum tractatione rationum, ſingularis acumine: oratione argutus, nec ſine ſale. Neque tamen ideo ejus doctrinam probamus. Et ipſe à magnis viris, Platone, Leibnitzio, Ariſtotele, Lockio, aliisque diſſenſit. Et nobis liceat à Kantio diſſentire. *Amicus Plato, ſed magis amica veritas.* — Jam vero, me tandem dimittite. *Dixi!*

VIII.

CR. Iſtud vero *Dixi* nil tibi proderit, quo magis te ſermone defunctum putes: neque nos hanc formulam accipimus: quin te adhuc debitorem tenemus, qui nondum declaraveris quod quaerebamus, quare tuum ipſe Metaphyſicum libellum non edideris; ſiquidem nova decretis nil ejusmodi tibi attulit, quo tuus tibi foetus aut reformandus, aut abdicandus, videretur.

W. Id quidem ſponte intelligere poteratis ex eo, quod dixi, me in Literarum cathedram traductum, in primis etiam hunc commutationis fructum cepiſſe, quod me libelli illius edendi neceſſitate ſolutum viderem. Quod multo etiam ma-

magis poſtea ſic judicavi; quum tota Germania tumultu Kantiano agitaretur, & pauci veterani, adverſus innumerabilem novitiorum multitudinem, priſtinam poſſeſſionem aegre tuerentur. Quid enim mihi tot partibus à Kantiana ratione diſſentienti, hunc libellum edenti accidiſſet, niſi ut in medium belli ſcholaſtici flammam inciderem? Ergo cautus mihi ipſe proſpexi, domi manſi: ſic

Ἕκτορα δ' ἐκ βελέων ὕπαγε Ζεὺς ἔκ τε κονίης,
Ἔκ τ' ἀνδροκτασίης, ἔκ θ' αἵματος, ἔκ τε κυδοιμοῦ.

LYND. Neque tamen ſatis tutus à Kantianis telis manſiſti.

W. Quibuſnam illis?

LYND. Illis, inquam, quibus Belgicus ſcriptor Critici Horrei te petiit, eorum nomine, quae in Vita Ruhnkenii de Philoſophia Kantiana poſuiſti.

W. Nunc memini, abs te admonitus: & recte dicis *petiit*; non enim feriit, nec attigit: neque tunc animadverti, nec poſtea cogitavi.

CR. Nec mirum; quippe ab invalido jaculatore miſſa tela uſque ad te pervenire non potuerunt. An vero aliquid ſimultatis tibi cum homine fuit, qui te peteret?

W. Nil quidquam, quod quidem ſciam.

LYND.

LYND. Noviſtine eum & vidiſti?

W. Cognovi & vidi adoleſcens adoleſcentulum, primo Amſtelodamenſi anno meas ſcholas audientem, Metaphyſicas & Graecas: quarum illas privatim domi meae, has gratis in Remonſtrantium Collegio habebam.

LYND. Itane diſcipulus tuus fuit?

W. Fuit auditor: diſcipulum dicere non audeo.

LYND. Quid ita?

W. Quia diſcipuli ſunt, qui diſcunt: ille autem an quid didicerit, neſcio.

PH. Attamen haec, quaecumque *fuit*, *diſciplinae* neceſſitudo ſatis valere *debebat*, ut ne publice te reprehenderet.

CR. Kantianum videtur, gratuitam benevolentiam profeſſam, ingratam malevolentiam exercere.

LYND. An vero alius quis Kantianus illa de cauſſa te reprehendit?

W. Nemo prorſus, quod noverim.

LYND. Quid ipſe Kantius, cui tu, ut veteri Ruhnkenii condiſcipulo & divi, Vitae illius exemplum miſiſti?

W. Ipſe per ſenectutem ad ſcribendum infirmus, reſcripſit per amicum ſuum Rinckium, eruditiſſimum virum, perhumaniter adeo: & alios quidem libri locos memoravit, illos ab

Hor-

Horreario poſtea reprehenſos, ne hilum quidem.

CR. En fanaticum Horrearii ingenium! qui à Kantio ignoratus, nedum rogatus, ſua ſponte defenſorem ſe illi, inquiſitorem nobis, obtrudat.

LYND. De illo autem Horrei ſcriptore, relictis tuis ſcholis, deinceps quid factum eſt? Nam nunc quidem eum Amſtelodami degere, Profeſſoremque ſalutari, audio, adeptum tuam quondam in Remonſtrantium Collegio veterem cathedram.

W. Neſcio: noverit Philalethes, qui unus in paucis noſtratium plurimos homines novit.

PH. Hunc quidem non nimis. Illud duntaxat: eum Leidae Theologiam didiciſſe: deinde ruri concionale ſacerdotium factitasſe, & adverſus Bonnetium, clariſſimum Theologum, pro libertate cogitandi ſic ſcripſiſſe, quaſi pro aris & focis decertaret: per quam litem primo ejus nomen cognoſci mihique innoteſcere coepit.

CR. En conſentaneum ſibi hominem! qui in Theologia libertatem cogitandi tueatur, in Philoſophia migret, ac diſſentientes vexet. Sed narra, quaeſo, Philalethes, reliquas res ejus, quas noſti.

PH. Paucae ſunt. Nam, abdicato ſacerdotio, Amſtelodamum venit, ibique ſenem noſtrum Meerſchium obſequio demulcens, hujus commendatione illam cathedram obtinuit. Ex qua

eum

cum duas orationes Latinas habentem audire me memini: alteram auſpicando muneri, alteram funebrem in obitum Meerſchii: cum quidem in utraque inconditum quid & ſubagreſte clamaret, quaſi ad ſurdos ruſticos dicens. Orationum Latinitate à ſcriptore cujusdam Ephemeridis Belgicae reprehenſâ, ab hoc gradu dejectus, ſe ad Belgice ſcribendum recepit. Paucis poſt annis, abdicata cathedra, in Weſtphaliam habitatum abiit. Mox inde redux, Kantiano afflatu inſtinctus, doctrinam in Germania tunc jam labentem, ſed ſibi noſtratibusque novam, *quaſi poſt feſtum* venditare ac divulgare coepit: *Criticum Horreum* inſtituit, inde veluti è *ſuperiore loco*, fanatici inſtar vatis vociferans: „*magnus* „*exſtitit Kantius propheta*, & *ego hujus inter* „*Batavos exorior hypopheta: lucem ille accen-* „*dit in tenebris; ſurgite tandem, o cives, ex* „*ignorantiae veterno*, & *tantam ad lucem* „*mentes convertite veſtras*". Quo clamore quum peritis riſum, imperitis admirationem excitaſſet, pergebat vaticinari, privatim in circulis, publice ex Horreo, obteſtans & incuſans voluntariam caecitatem hominum, qui non omnes Kantianum lumen ſuſpicerent & colerent; ſcriptorem quemque, qui de hoc homine non ſatis honorifice ac reverenter locutus videretur, producens & reprehendens: ex quorum numero, tu quo-

que

qüe nominatím fuiſti, W: &, ut tantum noſtrates nominem, Wynpersſii, Muntinghius, Ypejus, Calkoenius, Nieuhoffius, Feithius, Alphenus, clari ſuo quisque in genere viri. Porro, inique ferens ſuam virtutem non ſatis agnoſci, neque ſe novae luci ſpargendae in Batavas Academias acciri, eas Nyctopolin & Scotopolin appellitare; indignari eas non ita beatas eſſe, ut à ſe tam pulcro & lucido Sole illuſtrentur. Interea pauci eum homines ſequi & probare: legentium numerus minui: plerique continuo clamore, & ejusdem materiae formaeque perpetua iteratione, ſatiati, & cramben toties recoctam faſtidientes, alia ſtudia requirere: Criticum Horreum extabeſcere: Kantii cultus evaneſcere: diutius quidem ille duraturus, ſi claros auctoritate, & Metaphyſica docenda ſpectatos viros, veluti Wynpersſios, Hennertium, Roſſynium, Swindenum, Nieuhoffium, ſimilesque potius patronos, quam Horrearium praeconem nactus fuiſſet. Haec habui quae recordarer, Lyndene: plura ſi requiris, Wyttenbachium urge.

IX.

W. Quaſi vero tu non ita me hodie urgeas, ut nullum Lyndeno urgendi locum relinquas. Equidem vobis affirmo, me iſto de negotio nil dignum

dignum veſtra cognitione praeterea ſcire.

PH. Age, age, niſi dignum, modo aliquid, vel indignum. Certe de Orationibus illis cupio ſcire quid judices; quippe quas te cognoviſſe ſatis memini. Scin' tibi hodie non eſſe recuſandi facultatem, teque noſtrum eſſe, niſi κτήσει, tamen χρήσει.

W. Haec vero non χρῆσις eſt, ſed ἀπόχρησις: qui patientia mea prorſus abutamini. Nam quod modo de crambe dixiſti, nonne putas mihi *quoque* ea iteranda nauſeam fieri.

PH. Eſto: hodie totum hoc tibi *exhauriendum* eſt: cras liber eris.

CR. Immo jam hodie liber *eris*, & ſymbolam abs me feres; ſi quidem id unum adhuc, quod Philalethes quaerit, nobis expleveris.

PH. Iſta conditione & ego tibi auctoramentum promitto.

W. Hoccine erat, quod initio hujus *ſermonis* invicem ſubridebatis, affirmantes, eum vobis opportunum accidere?

PH. Sic eſt: nam paulo antea, quam ad te intrabamus, hac ipſa de re locuti eramus; & ego Critobulo dixeram, me per otii luſum aliquando tuam cauſſam meditatum eſſe: & hic mihi reſponderat, ſe ſimile quid ſuum memoriâ tenere.

W. Ergo vobis morem geram; ut meae ipſe

cu-

cupiditati vehementer à vobis incenſae ſatisfaciam.

LYND Et illud, quod ſub ipſum tempus editae in Horreo illius reprehenſionis me alii, & ego te interrogabam, an ad eam reſponſurus eſſes?

W. En! hunc quoque Lyndenum oneri onus addentem! Nam tibi quidem jam tunc, ut puto, ſatisfaciebam dicens, „ Quid enim reſpon„ deam febricitanti, miſerando potius quam re„ fellendo? non magis quam caniculis, quae „ antea me allatrarunt."

PH. Sed, age! dic tandem de Orationibus.

W. Ergo, quod Latinitatem, & alia ſubinde, deſideravit ac notavit ignotus cenſor, non fuit de nihilo. Ipſe in quadam Ephemeride reſpondens cenſori, pronunciabat, eum nil ſcire, *ſtupidum caput* Belgice appellans: affirmans, bonitatem orationis ſuae doctiſſimis Amſtelodamenſibus probari. Quod quum aliquis mirans mihi narraret, *Noli me*, inquam, *in illis doctiſſimis Amſtelodamenſibus numerare.* Equidem, conſilio nuper capto cenſendarum Orationum noſtra memoria habitarum, illas quoque ad earum, quibus cenſura deſtinatur, numerum aggregavimus. Jam explevi munus à vobis mihi impoſitum; tu hunc, Philalethes, auctoramentum, & tu, Critobule, ſymbolam imperti.

***** X.

X.

PH. Quid ais Critobule? rides: idemne tibi videtur, quod mihi, vices in aliud tempus rejicere?

CR. Sic ſentio. Et advesperaſcit jam, nobisque abeundum eſt.

W. Siccine vobis videtur, & datam fidem, & meam exſpectationem fallere?

CR. Atqui fidem liberavimus; nam te promiſſo alacriorem ad narrandum fecimus, & exſpectatione oblectavimus. Hoc fuit auctoramentum, haec ſymbola.

W. Quid eſt fidei calumnia, niſi hoc eſt? Adhuc, ut domini & imperatores mecum egiſtis: nunc, ut tyranni.

CR. Quid hoc ad tyrannos?

W. Quia ſimiliter fecit Dionyſius, *Siciliae* tyrannus: fidicini, ut caneret, ingentia dona promittens; deinde, peracto cantu, nihil dans, debitum ſolviſſe ſe ei dicens: *Quamdiu enim*, inquit, *tu me cantu delectaſti, tamdiu ego te ſpe delectavi.* Hodie, ut caetera, hoc vobis ſic abibit:

Poſt mihi non ſimili poena commiſſa luetis.

CR.

CR. Iſtud nos Virgilianum alio conſutamus Virgiliano: jam enim eo proceſſit tempus,

Veſper ubi è paſtu tandem decedere campis
Admonuit.

W. Age, Lyndene, fer opem; ad incitas redigor!

LYND. En adſum, atque iſtis ponderoſum regero Heſiodeum,

Μισθὸς δ' ἀνδρὶ φίλῳ εἰρημένος ἄρκιος ἔστω.

Solvere debetis caro viro condictam mercedem, aut totam, aut quantum ejus ſatis putet. Et quandoquidem ego, litis arbiter advocatus, ſcire aveo, quid vos de iſta in Horreo prodita reprehenſione ſentiatis, non dubito quin & vos huic ἀνδρὶ φίλῳ ſatisfacturi ſitis, ſi tantum, quantum dixi, nunc repraeſentaveritis.

W. Probo, Lyndene, arbitrium tuum.

CR. Dicat Philalethes, quocum una legi, & conſenſi inſcitum & puerile eſſe commentariolum. Singula non amplius recordor.

PH. Et ego non niſi univerſe, ſed ſatis memini fuiſſe negotium plenum, ut arrogantiae, ita ignorantiae, plenum ruris & inficetiarum. Nam quod in Vita Ruhnkenii de Kantii doctri-

na dicitur, eam orationis & novorum verborum obſcuritate ac ſpinis laborare, id ne ipſi quidem in Germania Kantiani negant: negat & reprehendit Horrearius. Idem, Kantium nova verba fabricatum defendens exemplo Ciceronis, non vidit res prorſus eſſe diverſas: Ciceronem primum diſerte de Philoſophia ſcribentem, verba, quae nondum erant, Latina de Graecis feciſſe, itaque res verbis illuſtraſſe: Kantium nactum linguam Germanicam abundantiſſimam & ſufficientem cuivis philoſophae notioni ac ſectae, veteribus rebus nova nomina poſuiſſe, tortuoſam ſententiarum conſtructionem inſtituiſſe, itaque ex luce tenebras feciſſe. Et vult Horrearius ſe doctum & elegantem facere citandis veterum dictis ac verſibus, & facetum conformando dialogo! Quae ornamenta in homine aliena, vel graculum varium, vel ſaltantem auritulum, ex fabula nobis referunt. Satin' haec vobis fortiter.

W. Satis fortiter; ſed breviter, ut feſtinantis abire.

LYND. Equidem & de Ciceronis cauſſa, novis verbis Philoſophiam augentis, aliquando hanc ipſam theſin ad diſputandum poſui: & recens Leidam veniens, diſſertationes petendo Juriſconſulti gradui ſcriptas perluſtrans, videns plenas citatis multorum auctorum locis, earum ſcriptores longe erudiriſſimos homines eſſe putavi. Po-

ſtea

ſtea intelligere coepi. unde, plurimarum quidem, illa doctrinae copia veniret: ſcilicet in Jurisprudentia ex paucis recentiorum interpretum libris: in Literis autem ſaepe ex Langii Polyanthea, Eraſmi Adagiis, Lexico Poetico, aut, ſi forte, ex Voſſii libris, Fabricii Bibliothecis, Bruckero, aliis: nec his meditate legendis, ſed eorum indicibus pervolutandis, & locis citatis ſublegendis. Neque tamen ex hoc genere ſcriptorem Horrei Critici eſſe dico; quippe cujus ſcripta numquam legi.

PH. Atqui hujusmodi fere ſunt. In Philoſophia autem non niſi Kantiana tenet, eaque quaſi catechumenus oracula reſonat: alios, priores & veteres, adeo non legit, ut Hiſtoriam quoque Philoſophiae ignorare videatur.

LYND. Quod ad Philoſophiam attinet, equidem nec ejus ſcientem, nec philoſophum me fero; ſi quidem hoc nomen jam *ſapientem*, nec amplius *amatorem ſapientiae*, quod omnes eſſe volumus, ſignificat; ut ſi errorem conſuetudinis corrigere velimus, amator ſapientiae non *philoſophus* ſed *philophiloſophus* dicendus ſit. Sed in Philoſophiae ſtudio, ſemper hic frequens error fuit, ut magis ſectae quam Philoſophiae ſtuderetur: & ut homines parum acuti & laudis cupiditate incenſi, caſu in aliquem magiſtrum incidentes, ejusque auctoritate capti, nil niſi

 hu-

hujus decreta tenerent, his crepandis ſuperbirent; aliorum placita philoſophorum, quamvis ignorantes nec intelligentes, abjicerent.

W. Modeſte, ut ſemper, de te judicas, Lynidene: & poteras certiore etiam cum ratione *Philoſophiae ſcientem* te ferre, quam multi novitiae formulae ſectatores. Nam, ne de meis dicam ſcholis, in quibus Hiſtoriam Philoſophiae cognoviſti: domeſtico certe ſtudio Logicum meum libellum perdidiciſti: Ciceronem, Xenophontem, Diogenem Laertium, legendo contriviſti: praecipuas Philoſophiae partes tradentem audiviſti Wynperſſium, venerandum ſenem, acumine & ſcientiae copia πολλῶν ἀντάξιον ἄλλων novitiorum: denique facultatis tuae ſpecimen exhibuiſti Panaetianam diſputationem, de qua Homerice affirmare poſſumus,

Οὔτις τοι τὸν μῦθον ὀνόσσεται, ὅσσοι Ἀχαιοί.

XI.

PH. Immo & hic totus ſermo, credo, ejusmodi fuit, ut nullius ei lectoris acumen reformidandum videatur.

W. Veſtris in hoc ſermone partibus facite quod vultis: ego meam, eam quidem de Horreario negotio, partem in publicum protrudere nolim.

PH.

PH. Quidni?

W. Quia neque ad priorum latratiunculas ca-niculārum, aut commovi me, aut omnino con-cönverti: & hanc poſtremam dudum oblivione ſepeliveram, nec, niſi à vobis admonitus, umquam recordatus eſſem: deinde quis velit ſermones de his nugis habitos etiam conſcribere, & bona ſtudiisque debita tempora perdere?

PH. Audin' quid dicam?

W. Si dices, audiam.

PH. Tu nimium intentus tuis es ſtudiis; ut ad malevolorum in te maledicta obſurdueris & plane obtorpueris: ſic homunculis ad porro maledicendum animus creſcit, ut identidem noſtrae aliorumque patientiae inſultent. Itaque hunc ſermonem conſcribere, minime eſt tempus perdere: ſed opus utile ac neceſſarium facere. Neque volo te injuriam inferenti referre, ſed ei bene facere admonendo & corrigendo. Volo te Plutarchi tui praeceptis obſequi.

W. Quem tu mihi Plutarchum, quae praecepta, objicis?

PH. Illa nimirum de Divinae Tarditate Vindictae: quam nobis imitandam eſſe, tarde quidem, ſed tamen puniendo, medicinae inſtar; ne nocentes, quaſi proſpero ſucceſſu elati & exſultantes nocere & peccare pergant, ſed reprehenſi & coerciti meliores reddantur.

W. Mirabiliter quidem, nec tamen non probabiliter, narras.

PH. Sic eſt. Scio te numquam cogitaſſe de Horreario refellendo; neque, quamvis à me & aliis admonitum, tuis ſtudiis aliquid ſubſecivi temporis ſubtrahere, & ad iſtam cogitationem ſcriptionemve conferre, operae pretium duxiſſe. Nunc viden' quantam unus hic pomeridianus ſermo nobis materiam pepererit: quam tibi certe facile ſit verbis & oratione veſtire. *Illud* etiam cogitare debes, argumentum eſſe conveniens, atque adeo debitum, Bibliothecae tuae Criticae: quo conſcribendo ac *prodendo omnes intelligant*, tuae Bibliothecae & *Horrei* diverſas eſſe Criticas: quod contra quidam inepti homines eas ejusdem generis eſſe putaverunt, & Horrearium te per aemulationem ac rivalitatem ſugillaſſe.

W. Ineptos profecto iſtos fuiſſe oportet.

PH. Ita fuerunt, & adhuc ſunt: quibus tamen hoc dandum ſit: & ſimul rationem habere debes prudentum, qui multi ex illa, in Vita Ruhnkenii, facta mentione Metaphyſicae Kantianae, exſpectant, ut tuam de hac ſententiam diſerte prodas.

W. Caetera haud ſcio an vere dicas: illud vereor, ut Horrearius noſtra ſcriptione corrigatur.

PH.

PH. Aut hac, aut nulla alia medicina, corrigetur.

W. Eſto: ſed ſcin' quid vos velim: date mihi ſaltem hanc veniam, ut ego meam, vos veſtram, ſermonis partem conſcribatis: deinde, ut me meam Lyndeno dicare ſinatis, cui dudum aliquid literularum promiſi.

PH. Totum conſcribes, & totum Lyndeno dicabis. Atque ſic habeas, nos nobis imperium in te prorogaſſe eum in diem, quo die ſermo noſter totus editus prodierit.

W. Sed dubito an veſtra meaque dicta recordari omnia poſſim.

PH. Si quid oblitus fueris, nos te monebimus, propediem ad te redituri & penſum exacturi.

W. Ergo mihi optimum erit, ſapientes imitari, quos ajunt libertatem in ſumma ſervitute retinere, libenter faciundo id, quod coguntur & omnino faciundum eſt.

PH. Ita fac, & ſapienter facies. Sed nunc, quia adveſperaſcit, nobisque in urbem redeundum eſt, haec hactenus: jamque vale.

W. Et vos valeatis imperatores.

CR. Siccine abeuntes adhuc laceſſis?

W. Dicam verius, *Et vos valeatis amici.*

CR. Video quid velis, quia ſcilicet libenter ruri manes: dic totum verſum, *Et Leidae turres,*

reo, & vos valeatis amici.

W. Malo hoc à te, quam à me, dici. Tu autem ſic vale, ut id vere dixiſti.

Hic nobis exitus fuit ſermonis: idemque mihi ſit finis epiſtolae. Quam ego ad Te, Lyndene, ſcriptam, eo conſilio edidi, ut amoris erga Te mei monumentum exſtaret. Sic enim Tibi perſuadeas velim, Te mihi cum antea cariſſimum fuiſſe, tum nuper cariorem *etiam redditum* esſe; quod Te à peregrinatione *reducem*, exterarum patriarumve rerum nec *laudatorem* nimium, nec reprehenſorem, ſed utrarumque juſtum exiſtimatorem, rediisſe: nativum animi candorem, Literarum noſtrarum ſtudium, amorem denique veterem erga me tuum, integrum ſincerumque retulisſe, agnoſcerem. Ita & *Tu vale*. Scripſi ruri d. XXIV. Decembris a. MDCCCVII.

BIBLIOTHECAE CRITICAE

PARS DVODECIMA.

I.

ΔΕΥΤΕΡΑΙ ΦΡΟΝΤΙΔΕΣ.

CVRAE POSTERIORES RETRACTANDIS PRIORIBVS PARTIBVS.

Steſichorus poëta, quum Helenam carmine vituperaſſet, oculorum ſenſum amiſiſſe fertur: eumdem recuperaſſe, facto alio carmine, quo illud refutaret, Helenamque ſummis laudibus afficeret. Haec fuit illa Steſichori palinodia, Veteribus in exemplum commendationemque retractationis confeſſionisque errorum celebrata. Sed neque palinodiae hujus efficientia fidem inveniſſet, niſi conſenſiſſet cum opinione antiquitus tradita & ab heroico profecta ſaeculo, quo ſapientiae magiſtri poëtae, arte ſua abutentes &

invitis Muſis cantantes, ab his caecitate puniri credebantur. Nec ipſa haec opinio apud heroicum jam ſaeculum viguiſſet, niſi cum humani ingenii natura congrueret. Eſt enim alia, eaque gravior oculorum caligine, mentis caligo, quam hi paulatim contrahunt, qui opiniones ſuas, vel à ſe partas, vel aliunde acceptas, ita probant, tenent, amplexantur, ut eas unice firmas certasque eſſe ſtatuant; nec cogitent, ſe fortaſſe in iis tuendis errare, easque ad *rationis* normam & judicium, ut unicum recte videndi inſtrumentum, exigendas eſſe. *Qua* negligentia denique eo prolabuntur, ut quamvis *ipſi* imperiti rerumque ignari, tamen ſe ſuarumque opinionum auctores & conſortes ſolos ſapere, diſſentientes quosque deſipere, putent. Atqui ſi Veteres recte ſapientiam cognominarunt *mentis oculum*, ſapientiae autem initium *cognitionem ſui ipſius* dixerunt; nulla profecto alia res majorem menti caliginem offundit, quam ea, quae cognitioni ſui ipſius officit: nec alia huic magis officit, quam errorum noſtrorum ignoratio. Quae cum unicuique turpis eſt, tum turpior etiam iis, qui ejusmodi munus ſuſceperunt, cujus pars ſit errorum alienorum notatio. Quin igitur & nos cenſuram nunc in nos ipſi convertamus. Cujus nomen & officium quum ab Romano more venerit, civitatis cenſendae, claſſibus deſcri-

ſcribendae, bonis moribus ordinandae, vitiis purgandae; age iſtud munus in propriam civitatem, id eſt in noſtrum ipſi animum, inducamus. Habet enim, auctore Platone, unusquisque in ſe quaſi civitatem: habet ejus varias partes: regentem, tamquam principem: regendas, veluti plebem & vulgus: miniſtras, quaſi optimates & magiſtratus: habet rationem, motus, impetus, affectus, cupiditates. Rationis eſt caeteras partes non ſolum perpetuo imperio continere, ſed cenſurâ etiam tempeſtivâ luſtrare, quâ laborantibus ſuccurrat, deficientes ſuppleat, exſultantes reprimat, peccantes caſtiger, falſas expurget.[a] Quod cenſurae officium, quum per omne vitae ſpatium late pateat ſeduloque exercendum ſit, nos nunc quidem ad unam literatae noſtrae vitae partem, Bibliothecam Criticam, adhibeamus, in ejusque hoc exitu totam luſtremus; ut, ſi quid in locis tractatis falſi commiſſum ſit, arguamus: ſi quid veri omiſſum, ſuppleamus. Nam intactos attingere locos, nunc longum, & poſterioris potius, ſi forte, cujusdam, quam praeſentis, argumentum ſcriptionis ſit.

PARTE I.

P. 17. Ciceronis de Oratore II, 17: *In is operibus ſi quis illam artem comprehen-*

 de-

derit, *ut*, *tamquam Phidias*, *Minervae ſignum efficere poſſit*, *non ſane*, *quemadmodum*, *ut in clypeo idem ille artifex*, *minora illa opera facere diſcat*, *laborabit.* Hanc lectionem probavimus, & ex breviloquentia ſic interpretati ſumus —: *non laborabit quemadmodum minora illa opera facere diſcat*, *ut nec Phidias laboravit*, *quemadmodum minora illa ſigna in clypeo Minervae efficeret.* Similis ſententiae, diverſae conſtructionis, comparatio oratoris cum Polycleto, exſtat in eodem Ciceronis opere, II, 16. Conſtructionis exemplum ex Nat. Deor. I, 2, appoſuimus in Prooëmio Partis V, p. 8. Nunc alia addere juvat. Graecorum haec eſt ratio. Sic Hippocrates de Diaeta §. CI, p. 96. edit. Korayi: οὐ σπαργανοῦνται, ὥσπερ ἐν Αἰγύπτῳ· i. e. *nec faſciis illigantur*, *ut neque in Aegypto.* Hujusmodi eſt Nepotis de Regib. I, 2: *Lacedaemonius autem Ageſilaus nomine*, *non poteſtate*, *fuit rex*: *ſicuti caeteri Spartani.* In eodem genere eſt, ubi καὶ negat, praecedente negatione: veluti apud Dionem Chryſ. Or. XXXVIII, p. 468, B: εἰ δὲ μὴ διαμαρτάνω μήτε τῆς ὑμετέρας περὶ αὐτοῦ προαιρέσεως, καὶ ὅσα γε ὑμῖν δύναμαι χρήσιμος εἶναι —: *ſi me neque veſtrum de hac re conſilium*, *neque quid vos juvare poſſim*, *latet* —. Ex hoc uſu accipiendus eſt Propertius I, 8, 13: *Nec tibi Tyrrhe-*

rhena ſolvatur funis arena, Neve inimica meas elevet aura preces: Et me defixum vacua patiatur in ora, Crudelem infeſta ſaepe vocare manu. Quo loco illud, *Et me defixum*, idem valet ac ſi eſſet *nec me defixum:* nec tamen ita neceſſe fuit ſcribi; quia ſubauditur *non* ex antecedentibus. Eadem ratio eſt, I, 16, 12: *Nec tamen illa ſuae revocatur parcere famae, Turpior & ſaecli vivere luxuria:* id eſt, continuanda negatione priore ad ſequentem verſum, *& non turpior vivere: non revocatur quominus turpior vivat* —. Turſellinus Particularum CXLIV, 7, adfert hanc in rem ex Celſo I. Prooëm: *Neque Hercules iſtud & antiqui medici neſcierunt, ſed his contenti fuerunt.* Quod ſi ſanum eſſet, tamen ad hanc cauſſam non pertineret; nunc in bonis libris exſtat, *neque, hercules, iſtud antiqui m. n. caet.* aſſeverandi particulâ. Frequentior eſt compoſitio particularum *neque, &*, qua haec ajendi vim retinet: veluti in illo Ciceronis De Or. I, 39, *homo neque meo judicio ſtultus, & ſuo valde ſapiens:* quem uſum annotarunt Cortius ad Salluſt. Jugurth. I, 5,: & J. M. Heuſingerus ad Cic. Offic. I, 19, 9. Sed hic, de quo nunc egimus, uſus & rarior eſt, nec vulgo à Grammaticis animadverſus. Omnino conſtructionum negantium tanta eſt varietas, ut multae illarum formae nondum ſatis teneantur, nec in

Grammaticorum libris ad rationem revocatae tradantur.

P. 22. De Orat. II, 7, 8: — *quanto hoc magis in oratione eſt ſpectandum, in qua non vis potius, ſed delectatio, poſtulatur.* Exemplis hujus compoſitionis haec addantur: Plutarchi ſimilis eſt conſuetudo, qua pro *μᾶλλον* ponitur *ἄλλος*, v. c. De Vultu Lunae p. 926, A: — *ἄλλην τινὰ τοῦ μένειν αἰτίαν εὑράμενος (ὁ κόσμος) ἕστηκεν, οὐ κατὰ τὴν τοῦ τόπου φύσιν· aliam quamdam manendi cauſſam invenit mundus, quam loci naturam.* Ibidem p. 936, C: *κατ' ἄλλον οἴονται τρόπον, οὐκ ἀνακλάσει γίνεσθαι τὸν φωτισμόν· alio modo, quam reflexione, Lunam illuſtrari putant.* De Primo Frigido p. 950, C. Sic etiam Cicero De Orat. III, 36: *non poſſum queri, quod mihi videare aliud quidquam, & non id, quod ſuſceperis, diſputaſſe.* Orat. Pro Archia, 1: *Ac ne quis à nobis hoc ita dici forte miretur, quod alia quaedam in hoc facultas ſit ingenii, neque haec dicendi ratio aut diſciplina —.*

P. 23. Platonis effatum in Phaedro p. 350, C: *ἡ ῥητορική — ψεύδεται, καὶ οὐκ ἔστι τέχνη, ἀλλ' ἄτεχνος τριβή.* tritum ac frequens fuit poſteris ſcriptoribus. Ariſtides reprehendit Orat. Platon. I. T. II. p. 173: *οὐκοῦν πάνθ' ἅμα μαρτυρεῖ, καὶ τὴν ῥητορικήν, τέχνην, ἀλλὰ μὴ ἄτεχ-*

νον

νον τριβὴν εἶναι. Appulejus De Doctrina Plat. II, p. 16: *Rhetoricae duae ſunt apud eum partes: quarum una eſt diſciplina contemplatrix bonorum, juſti tenax, apta cum ſecta ejus, qui Politicus vult videri: alia vero adulandi ſcientia eſt, captatrix veriſimilium, uſus nulla ratione collectus. Sic enim* ἄλογον τριβήν *elocuti ſumus; quae perſuaſum velit, quod docere non valeat.* Imitatus eſt Plutarchus, De Virtute Docenda, p. 440, A: τί διαφέρει τοῦ λέγοντος ὅτι τῶν μικρῶν καὶ παιδικῶν καθηκόντων εἰσὶ διδασκαλεῖα καὶ λόγοι καὶ ὑποθῆκαι, τῶν δὲ μεγάλων καὶ τελείων ἄλογος τριβὴ καὶ περίπτωσίς ἐστιν. In Platonis dicto antiquitus duplex lectio verſata videtur, ἄτεχνος & ἄλογος: forte ex aliis locis, ubi haec rhetoricae notatio repetitur: v. c. in Phaedro, p. 354, D: Gorgia, p. 287, C: Leg. XI, p. 684, D. Saepe rhetores huc ſpectant. Attigit hunc locum & Valckenarius ad Euripidis Phoeniſſas, verſ. 531.

P. 23. Et alter a Cicerone expreſſus Platonis locus in Gorgia p. 896, H, inſignis ille dicterio rhetoris in philoſophum conjectio, quo huic accidere dicitur, καταδεδυκότι τὸν λοιπὸν βίον βιῶναι μετὰ μειρακίων ἐν γωνίᾳ τριῶν ἢ τεττάρων ψιθυρίζοντα, ἐλεύθερον δὲ καὶ μέγα καὶ ἱκανὸν μηδέποτε φθέγξασθαι: & hic, inquam, locus poſterorum imitatione Scriptorum tritus

 eſt.

eſt. Horum quasdam dictiones apponere juvat. Epicteti Diſſert. I, 29, p. 161: Οὐ θέλεις τὰ μὲν λογάρια τὰ περὶ τούτων ἄλλοις ἀφεῖναι, ἀταλαιπώροις ἀνθρωπαρίοις, ἵν' ἐν γωνίᾳ καθεζόμενοι μισθάρια λαμβάνωσι. II, 13, p. 240: εἰς τὴν γωνίαν ἀπελθὼν κάθησο, καὶ πλέκε συλλογισμοὺς, καὶ ἄλλῳ πρότεινε. Plutarchus De Philoſophando cum Principibus p. 777, B: τὰ μέσα τῶν πόλεων ἀποδιδράσκειν βουλόμενος, ἐν γωνίᾳ τινὶ καθ' ἡσυχίαν ἀναλύων συλλογισμοὺς, καὶ περὶ ἐλέγχων φιλοσοφῶν. Ad Principem Indoctum, p. 788, A: ὁ δὲ ἐν κλίνῃ διημερεύων, ἢ καθήμενος ἐν γωνίᾳ στοᾶς φλυαρῶν, εὐκαταφρόνητος. Ariſtidis in Panathenaico, T. I, p. 176: ταῦτ' ἐστὶ γωνίας ἀξίων ἀνθρώπων καὶ τὸν ἥλιον οὐχ ἑωρακότων. Numenius in Euſebii Praep. Evang. XIV, p. 738, C, de Antipatro Stoico: γωνίαν λαβὼν, βιβλία κατέλιπε γράψας τοῖς ὕστερον—. Damaſcius apud Suidam in Voce Οὐλπιανός, & Photium p. 1072, non nominato Platone, totam illam Calliclis orationem mutatis verbis quaſi tranſſcribens, haec ſubjicit: τοιγαροῦν οἱ ἐν γωνίᾳ καθήμενοι λόγιοι, καὶ φιλοσοφοῦντες πολλὰ μάλα σεμνῶς περὶ δικαιοσύνης καὶ σωφροσύνης, ἐκβαίνειν ἐπὶ τὰς πράξεις ἀναγκαζόμενοι ἀσχημονοῦσιν· ὡς ἅπας λόγος, ἂν ἀπῇ τὰ ἔργα, μάταιόν τι φαίνεται καὶ κενόν. Poſtremam ſententiam à Demoſthene ſumens Orat. Olynth. p. 7, B: σκοπεῖτε μέν-

μέντοι τοῦτο, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ὅπως μὴ λόγους ἐροῦσι μόνον οἱ παρ' ἡμῶν πρεσβεῖς, ἀλλὰ καὶ ἔργον τι δεικνύειν ἕξουσιν, ἐξεληλυθότων ὑμῶν ἀξίως τῆς πόλεως, καὶ ὄντων ἐπὶ τοῖς πράγμασιν· ὡς ἅπας μὲν λόγος, ἂν ἀπῇ τὰ πράγματα, μάταιόν τι φαίνεται καὶ κενόν· μάλιςα δὲ ὁ παρὰ τῆς ἡμετέρας πόλεως. Eamdem epigrammatis formâ concluſam legimus in Anthologia Planudea I, 44, 7:

Πᾶς λόγος ἐςὶ μάταιος, ὁ μὴ τετελεσμένος ἔργῳ·
Καὶ πᾶσα πρᾶξις τὸν λόγον ἔργον ἔχει.

quorum in ſecundo verſu ſententia reſtituenda videtur legendo, Καὶ πᾶσα πρᾶξις, ἧ λόγον ἔργον ἔχει· *Et omnis actio, cujus effectus in verbis ſubſiſtit.* Fluxit enim ex geminis Demoſthenis ſententiis, alibi proditis: v. c. Orat. De Philippi Epiſtola p. 65, B: φημὶ χρῆναι πάντας ἡμᾶς παρασκευάζεσθαι μὲν πρὸς τὸν πόλεμον· παρακαλεῖν δὲ τοὺς ἄλλους Ἕλληνας, μὴ λόγοις, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἔργοις, πρὸς τὴν ὑπὲρ ἡμῶν συμμαχίαν· ὡς ἅπας μέν ἐςι λόγος μάταιος, πράξεων ἄμοιρος γενόμενος· τοσούτῳ δὲ μάλιστα ὁ παρὰ τῆς ἡμετέρας πόλεως, ὅσῳ δοκοῦμεν αὐτῷ προχειρότατα χρῆσθαι τῶν ἄλλων Ἑλλήνων. Exordio X, p. 134: δεῖ γὰρ τοῖς ἐπὶ τῶν λόγων εὐδοκιμοῦσι, συμφέροντός τινος ἔργου πρᾶξιν προσ-

εἶναι· ἵνα, μὴ νῦν μόνον, ἀλλ' ἀεὶ τὰ ῥηθέντα καλῶς ἔχῃ. Differentiam conjunctionemque nominum πρᾶξις & ἔργον animadvertimus Bibl. Crit. Part. IX, p. 123: & Commentario in Plutarchi Moral. p. 84, D: ἔργον & λόγος, ibidem p. 159, B.

P. 48. In Platonis Sympoſio p. 317, B: Ἔρωτα δὲ μηδένα πω ἀνθρώπων τετολμηκέναι εἰς ταυτηνὶ τὴν ἡμέραν ἀξίως ὑμνῆσαι, ἀλλ' οὕτως ἠμέληται τοσοῦτος θεός· ταῦτα δή μοι δοκεῖ εὖ λέγειν Φαῖδρος. Probaverat nobis ſuam Stephanus rationem, corrigens — ὑμνῆσαι, ἀλλ' οὕτως ἠμελῆσθαι τοσοῦτον θεόν· poſtea intelleximus leniore mutatione ſenſum & conſtructionem reſtitui poſſe, ὅτι ponendo pro vel ante οὕτως, ſic, vel ὅτι ἠμέληται, vel ὅτι οὕτως ἠμέληται. Atque ſic erit *converſio conſtructionis ex obliqua in rectam*, de quo genere explicuimus ad Plutarchum De Sera Num. Vind. p. 126, 127: & Bibl. Crit. Part. XI, p. 99. Cujus generis quum variae ſint formae, quaedam etiam ſine ὅτι, has ne quis forte adhibeat ad particulam ὅτι huic loco abjudicandam, monendus eſt, illarum formarum diverſam à noſtro loco eſſe rationem, in hoc eſſe apodoſin ὅτι poſtulantem hanc, ταῦτα δή μοι δοκεῖ εὖ λέγειν Φαῖδρος: in illis non item: quarum exempla proponamus; quo dilucidius appareat, quid velimus. Sic igitur Sophocles, Electrae 62: Ἤδη

"Ηδη γὰρ εἶδον πολλάκις καὶ τοὺς σοφοὺς
Λόγῳ μάτην θνήσκοντας· εἶθ' ὅταν δόμους
"Ελθωσιν αὖθις, ἐκτετίμηνται πλέον.

ubi ſimplex ratio ἐκτετιμῆσθαι exſpectaſſet. Xenophon Cyropaediae I, 1, 3: Κύρῳ γοῦν ἴσμεν ἐθελήσαντας πείθεσθαι, τοὺς μὲν ἀπέχοντας παμπόλλων ἡμερῶν ὁδὸν, τοὺς δὲ καὶ μηνῶν, τοὺς δὲ οὐδὲ ἑωρακότας πώποτε αὐτὸν, τοὺς δὲ καὶ εὖ εἰδότας, ὅτι οὐδ' ἂν ἴδοιεν· καὶ ὅμως ἤθελον αὐτῷ ὑπακούειν· & hoc loco quis pro ἤθελον maluiſſet θέλοντας· intelligens tamen conſuetudinis & ſtructurae Grammaticus neutro quid loco corrigendum judicet. Itaque in Plutarchi Gryllo p. 989, A: ὁ Μενδήσιος ἐν Αἰγύπτῳ τράγος λέγεται πολλαῖς καὶ καλαῖς συνειργνύμενος γυναιξὶν οὐκ εἶναι μίγνυσθαι πρόθυμος, ἀλλὰ πρὸς τὰς αἶγας ἐπτόηται μᾶλλον. — ubi ad ἐπτόηται in noſtra editione annotavimus „ *malim* ἐπτοῆσθαι" non quod omnino Plutarchum ſic ſcripſiſſe neceſſe judicaremus, ſed quod fortasſe ita ſcripſerit; quippe ordinariae & communis compoſitionis ſtudioſus.

P. 48. Ibidem probavimus ſententiam Stephani in loco p. 317, H: τούτου δὲ καὶ ἡ Πελίου θυγάτηρ "Αλκηστις ἱκανὴν μαρτυρίαν παρέχεται ὑπὲρ τοῦδε τοῦ λόγου κ. τ. λ. verba ὑπὲρ τοῦδε delere jubentis. Noſtram deinde ſententiam

tiam pluribus argumentis confirmavimus in Annotatione ad Selecta Hiſt. Gr. p. 360, & in Supplemento poſtremae editionis hoc ipſo anno factae, p. 451, ubi ex hac Platonis disputatione ductam plane ſimilem Muſonii disputationem attulimus ex Stobaeo p. 413. Caeterum in Platone editio nobis uſurpata Lugdunenſis pro ὑπὲρ habet ὑπό.

P. 49. In eodem Platonis libro p. 320, E: Eryximachus Ariſtophanem docens remedia depellendi ſingultus, hoc etiam ponit: ἀναλαβὼν τι τοιοῦτο οἵῳ κινήσαις ἂν τὴν ῥῖνα, πτάρε. diximus pro κινήσαις, *moveas*, legendum eſſe κνήσαις, *titilles*. Quam correctionem confirmat Stobaeus Tit. XCVIII, p. 542, locum inſigniter ab edito diverſum citans.

P. 50. Ἀλλ' ἰτέον ἤδη ἐπὶ τὸ πρᾶγμα. Sic Plato Leg. XII, p. 695, F: ἰτέον ἄρα ἐπὶ τινὰ ἀκριβεςέραν παιδείαν τῆς ἔμπροσθεν. Plutarchus Solert. Animal. p. 980, A: ἀλλὰ μᾶλλον ἐπὶ τὰς κατ' ἰδίαν κοινωνίας αὐτῶν καὶ συμβιώσεις ἰτέον. Et eſt ἰέναι ἐπὶ τὶ, *ad aliquod argumentum narrandum vel tractandum accedere*, frequens de disputando phraſis: v. c. Platoni p. 608, G. 639, H. 654, C. 699, C. 704, F. Plutarch. Moral. p. 62, B. 667, E. Ariſtid. T. I, p. 57.

PAR-

PARTE II.

In Ciceronis Verrina, Act. II, Lib. II, 23, dictionem impeditam ita cum Burmanno correximus: *Jam intelligetis, hanc pecuniam, quae viâ modo viſa eſt exire ab iſto, eamdem ſemitâ revertiſſe.* Operae pretium eſt adhibere Lucianum, in ſimili argumento eadem feſtivitatis ſigura uſum, de eluſo haereditatis captatore, qui venenum, quod ſeni à ſe adulatione ineſcato paraverat, ipſe per errorem ſumens, eoque exſtinctus, apud inferos ſic reprehenditur à familiari: πλὴν ἀλλ' οὐδὲ σὲ τὴν ἐπίτομον ἐχρῆν τραπέσθαι· ἧκε γὰρ ἄν σοι διὰ τῆς λεωφόρου ἀσφαλέστερον, εἰ καὶ ὀλίγῳ βραδύτερος ἦν. Accurate redditum eſt: *Enimvero neque tu ad compendiariam iſtam debueras te convertere; veniſſet enim tibi haereditas viâ regiâ tutius, etſi paulo tardius.* Dialog. Mort. VII. T. I. p. 357.

P. 13. In eadem Oratione, cap. 76, animadverſionem expromſimus, qua locus Philipp. XIII, 4, ita explicatur, ut particulae *cum-tum*, conſequentiam temporis & cauſſam ſignificare intelligantur. Quo de genere hos in adverſariis ad hanc Bibliothecae Criticae paginam locos Ciceronis à nobis annotatos reperimus: Offic. I, 32: *Ineunte enim adoleſcentia, cum eſt maxima imbecillitas conſilii, tum id ſibi quisque genus aetatis*

tis degendae conſtituit, quod maxime adamavit. II, 10. III, 20, 33. Epiſt. Ad Diverſ. XIV, 3. XVI, 4, 12.

P. 30. Meleagri Epigramma hunc habens exitum,

Τρισσάκι σεῦ δὲ μόνας· ἁ Κύπρις ὤπασεν εὐνὰν,
Καὶ Πειθὼ μύθους, καὶ γλυκὺ κάλλος Ἔρως·

initium majoris verſus corruptum ſic tentaveram,

Τρισσὸν καί σοι Δαίμονες· ἁ Κύπρις ὤπασεν εὐνὰν,

melius quidem vulgato, ſed tamen dure, & ipſis, de quibus agitur, Gratiis invitis: quae in eodem loco propitiae adſpirarunt Jacobſio, ſic emendanti,

Τρισσάκις εὐδαίμων· ᾇ καὶ Κύπρις ὤπασεν εὐνάν·

qua correctione nil verius, nil venuſtius.

P. 32. Iliadis A, verſum 11, Οὕνεκά τοι Χρύσην ἠτίμησ' ἀρητῆρα, ſic putabam legendum, mutato τὸν in τοι· quod ex Homericis articuli trajectionibus nullam paris duritiei meminiſſem, ne ex illis quidem ab Euſtathio notatis ed. Rom. 113, 24: 1237, 61: 1810, 40: & quod omnino talis additio in Homero παρά-

σημα

σημα ἔπη, id eſt, notandos & improbandos reddere verſus cenſetur, judice Plutarcho Quaeſt. Plat. p. 1010, D. Quia vero Antiqui nil in recepta lectione mutaſſe videntur, & Scholiastes Venetus, Porphyrius, aliique, eam ex trajectionis poeticae conſuetudine accipiendam pronunciant; habeant me quoque aſſentientem potius quam diſſentientem.

P. 43. Heliodori & Achillis Tatii Hiſtorias Amatorias inter ſe contendit, eorumque in eodem genere dispares dotes recenſuit Michael Pſellus Junior, cujus de hoc argumento libellus ſcriptus exſtat inter Codices Voſſianos Bibliothecae Lugduno-Batavae, indeque à viro docto editus eſt in Obſerv. Miſc. Belg. Vol. VII, p. 366: hinc repetitus à Korayo in noviſſima editione p. οη.

P. 60. Quod ſcriptum judicavimus ab Achille Tatio, Hiſtoriae Amatoriae I, 35: τὸ σύνηθες τῆς κοινωνίας εἰς χάριν ἀνυσιμώτερον, elegantiſſimae vir doctrinae, idemque nobis amiciſſimus, Thomas Burgeſſius in Appendice ad R. Dàweſii Miscellanea Critica p. 491, huic conjecturae, ut magis, vel aeque, probabilem opponit Tyrwhitti ſui, acutiſſimi critici, conjecturam, ἐναισιμώτερον. Nos, pace optimi viri, noſtram, ut magis proſae orationi & ſententiae argumenti convenientem tuemur: & verbò ſignificationem *efficacitatis perſuadendi*, jam à nobis tunc vindicatam,

no-

novorum auctoritate exemplorum confirmabimus. Sic igitur Xenophon Cyropaed. I, p. 19, edit. Steph: *Λέγεις σὺ, ἔφη, ὦ πάτερ, εἰς τὸ πειθομένους ἔχειν, οὐδὲν εἶναι ἀνυσιμώτερον τοῦ φρονιμώτερον δοκεῖν εἶναι τῶν ἀρχομένων.* Verbum *ἀνύσασθαι* eidem Anabaſ. VII, p. 246, 31, reſtituit Valckenarius ad Theocriti Idyllia Selecta p. 149: *οἳ δ' ἂν φανεροὶ ὦσιν ἀλήθειαν ἀσκοῦντες, τούτων οἱ λόγοι, ἤν τι δέωνται, οὐδὲν μεῖον δύνωνται ἀνύσασθαι, ἢ ἄλλων ἡ βία.* vulgo legebatur *ἂν ἔσεσθαι*, inficete & ſine ſenſu. Dio Chryſ. Or. XXXIX, p. 485, C: *τὸν οὖν βραχύτατον καὶ ἀνυσιμώτατον λόγον καταλείπεται εἰπεῖν πρὸς τοὺς θεούς.* Ariſtides T. I, p. 289: — *καὶ λέγει ῥήματα ἄττα, ἃ χρὴ λέγειν ἐν τοῖς τοιούτοις ὡς ἀνύσιμα.* Jamblichus Vit. Pythag. §. 174: *ἀνυσιμώτατον πρὸς τὴν τῆς δικαιοσύνης κατάστασιν ὑπελάμβανεν εἶναι τὴν τῶν θεῶν ἀρχήν.*

P. 66. Ergo Valckenarius tres diverſos ſcriptores eſſe cenſuit operum, *Variae Hiſtoriae*, *De Natura Animalium*, & perditi *De Providentia*: quam ſententiam & ipſe diligentius perpendens repudiaturus erat, nec ego probare poſſum, qui in tribus illis operibus ſemper eamdem & orationem & rationem, eumdemque auctorem agnoſcere mihi viſus ſum: & ante aliquot annos magis etiam hanc ſententiam mihi confirmavit lectio illorum operum repetita, notatioque novarum

rum animadverſionum, quas cum veteribus noſtris, una in Diatribe aliquando edere conſtituimus.

P. 133. Diximus duos libellos *De Alexandri Fortuna aut Virtute*, à Plutarcho, vel puero vel adoleſcente, declamationis cauſſâ compoſitos videri: quod judicium poſtea in Commentariis noſtris Plutarcheis, nondum editis, perſcripſimus. Romanis rerum potitis, Graecisque eorum imperio ſubjectis, ſaepe quaeſtio inter utrosque agitabatur, utrum *Virtuti* an *Fortunae* initia & incrementa tantae magnitudinis deberentur; Romanis fere ſecundum Virtutem judicantibus, Graecis autem ſecundum Fortunam: ut Plutarchus fecit in libello *De Fortuna Romanorum*; niſi forte ea ejus pars, quae intercidit, Virtutis vindicias habuit. Omnino Graeci indignantes, ſe, quamvis ingenio ac doctrina principes, tamen fortunâ deceptos imperioque ſuperbo ſubjectos vivere, victoribus inſolenter ſe jactantibus, ſuas ipſi victorias & veteres & novas, & Athenienſes & Alexandrum, opponebant. Hinc duo alia in hoc genere ſcripta Plutarchi *De Fortuna aut Virtute Alexandri*, & *De Gloria Athenienſium*. Illud de Alexandro Gatakerus ad M. Antonin. p. 9, Plutarcho abjudicat, citans hac praeſcriptione, *Plutarchi nomine auctor de fortunâ Alexandri*. Rectius

Mercerus ad Nonium Marcellum p. 142, pro juvenili & rhetorica commentatione Plutarchi habet. Duae autem ſunt Orationes, non diverſae materiâ, quaſi ejusdem argumenti duae partes, ſed duae diverſae de eodem argumento declamationes, duo ἐπιχειρήματα εἰς τὴν αὐτὴν ὑπόθεσιν: veluti Plutarchi duae ſunt περὶ σαρκοφαγίας: Juliani duae in Conſtantium: ſimilesque apud Senecam Patrem, aliosque rhetores. Plutarchum autem partem ſcholarum ſuarum *rhetoricis* argumentis inſtitutionibusque tribuiſſe, oſtendimus in Disputatione *de ſpuria auctoritate libelli De Educatione Puerorum* p. 38, typis quidem illa dudum deſcripta, ſed nondum ad publicum uſum emiſſa. Ergo, in illa quaeſtione, Romani Graecis praeſentem Graeciae ſervitutem & Macedoniam devictam, ut argumentum Virtutis Romanae, & Fortunae Alexandri, objiciebant: Graeci Romanis & vetera ſua victoriarum decora opponebant, & praeterea contendebant, ſortem contra caſuram, Romanos victos ſub victoribus Graecis futuros fuiſſe, ſi Alexander in Italiam veniſſet. Hoc enim deſtinaſſe dicebant. Hinc ſubinde quaeſtio poſita ac diſceptata, *quinam eventus Romanis rebus, ſi cum Alexandro foret bellatum, futurus fuerit.* Quam elegante digreſſione tractat Livius IX, 17, & ſequ. nec tamen ita diligente & vera, quam ſpo-

ſpecioſa & ad Romanorum ſenſum compoſita. Quod veriſſime item judicavit Sanctocrucius, in altera editione Cenſurae Hiſtoricorum Alexandri M. p. 83, & 479. Hanc vero cauſſam ſuscipere ac tueri, quod Alexander fortunam magis adverſariam quam fautricem expertus eſſet, potius ipſam, quam per ipſam, viciſſet: hujus igitur cauſſae patrocinium plane congruebat animo & moribus Plutarchi, qui ubique ſtudium vindicandae veteris Graecorum gloriae & oſtendit & profitetur. Et monuit hoc ante nos H. Dodwellus in Diſſertatione de libello ſpurio *De Fluminibus*, quae eſt in Geographis Minoribus T. II, p. 109: cujus doctiſſimi viri ſententiam ut univerſe minus probamus, ita ſubſcribimus ei parti, quae eſt de illo Plutarchi ſtudio antiquae Graecorum laudis tuendae.

PARTE III.

P. 20. Quod Cicero Nat. Deor. I, 20, Vellejum dicentem facit, *ſi quae interimant innumerabilia ſint; etiam ea, quae conſervent, infinita eſſe debere;* annotavimus, hoc eſſe ipſum Epicuri dictum: & videbamur nobis alicubi ipſis verbis hoc legiſſe, *εἰ τὰ ἀναιροῦντα ἀναρίθμητά ἐστι, καὶ τὰ σώζοντα ἄπειρα εἶναι δεῖ·* nec tamen aut tunc, aut poſtea in locum incidimus, ubi haec ſenten-

tia his verbis diſerte expreſſa exſtaret, nec nuper hos libros in ſcholis interpretantes, eaque de cauſſa rurſus inveſtigantes, pervenimus ad quod volebamus. Nam ipſum quidem placitum prorſus Epicureum eſſe conſtat: ad hujus autem argumenti rationem proxime accedit Plutarchus Defect. Orac. p. 20, D, E: *ὅθεν οὐκ εὖ (οἱ Ἐπικούρειοι) τῷ θεῷ τὴν ἀϊδιότητα ποιοῦσιν ἐκ φυλακῆς καὶ διακρούσεως τῶν ἀναιρετικῶν· ἔδει γὰρ ἐν τῇ φύσει τοῦ μακαρίου τὸ ἀπαθὲς καὶ τὸ ἄφθαρτον εἶναι μηδεμιᾶς πραγματείας δεόμενον.*

P. 37. Ἡγεμόνας ἐν ὑπεροχαῖς, non eſt opus mutari: ita dicuntur magiſtratus, vel *civiles*, *vel militares*, aulici, amici regum, praecipuo dignitatis gradu poſiti. Polybius V, 41: — *ἐφθόνει τοῖς ἐν ὑπεροχαῖς οὖσι τῶν περὶ τὴν αὐλήν.* Strabo I, p. 15, C: *ὁμοειδὴς γὰρ καὶ αὐτὴ, καὶ πρὸς τοὺς αὐτοὺς ἄνδρας, καὶ μάλιστα τοὺς ἐν ταῖς ὑπεροχαῖς.* Diodorus Siculus IV, 41: *οὐκ ὀλίγους τῶν ἐν ταῖς ὑπεροχαῖς νεανίσκων ἐπιθυμῆσαι μετασχεῖν τῆς στρατείας.* Joſephus Ant. Jud. IX, 1, 1: *τῶν ἐν ὑπεροχῇ διὰ πλοῦτον ἤδια γένος εἶναι δοκούντων.* Epictetus Enchirid. XXXIII, 12: *καὶ μάλιστα τῶν ἐν ὑπεροχῇ δοκούντων.*

P. 41. Longinus notans vitii genus, quo magnificentia inſtitutae orationis contaminatur & corrumpitur additis rebus verbisque tenuibus ac vilibus, in exemplum proponit narrationem Theo-

Theopompi de Aegyptiaca expeditione Perſarum regis, donorumque ei ab omnibus undique populis collatorum multitudine & varietate: ubi in aliis gulae deliciis numerantur, *καὶ πολλοὶ μὲν ἀρτυμάτων μέδιμνοι, πολλοὶ δὲ θύλακοι καὶ σάκκοι, καὶ χάρται βιβλίων, καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων χρησίμων·* in quibus caetera quidem, ut in ſedula ac minuta enumeratione, nil habent in quo legens haereat, at *χάρται βιβλίων* novae nec exſpectatae accidunt. Itaque Toupius, pro ſua ad corrigendum facilitate & facultate, probabiliorem excogitavit lectionem hanc *χύτραι βολβῶν*, *ollas bulborum*: quae nunc nobis ingenioſa potius mutatio, quam probabilis emendatio videtur. Lex vetat critica veterem ſollicitari lectionem, quoad commode explicari poſſit. Athenaeus II, p. 67. F, particulam hanc citans, *καὶ χάρται* omittit: nobis tamen Longini exemplum, ut uberius & diligentius, ita certius videtur. Sed cui bono, inquit, in tali apparatu *libri*, *βιβλία*,? aut ſi his locus ſit, quid ſibi volunt *chartae librorum*, *χάρται βιβλίων*. Dicam quod ſentio: vere ne dicam, doctiores judicent. *Charta*, *χάρτης*, eſt Graecum vocabulum notans materiam aptam in qua ſcribatur, literarum figurae ducantur: ortum à primitivo *χάρω*, unde fit *χράω*, *pungo*, *illino*, quod attigit Ruhnkenius ad Tim. p. 104; item *χαράσ-*

 σω,

σω, χαρακτήρ. Haec longe eſt veriſimilior notatio, quam illa Joſ. Scaligeri ducentis à formula χαῖρε, epiſtolis apponi ſolita: quamvis probetur J. Albertio Obſ. in N. T. p. 444. Nam ipſum χαίρειν eſt ab antiquiore γαίω, unde Latinum *gaudeo:* & ante inventam literam χ, dicebatur. γαίρειν· ut χάρω erat γάρω, à quo extitit γράω, & productum γράφω. Neminem autem analogiae originum leviter gnarum fugit, transpoſitionem literarum in primis fontem eſſe novorum verborum. Sed in variis transpoſitionum generibus unum haud minimum *eſt, in quo* diſyllaba quatuor literarum, quarum in utrâque ſyllabâ prima litera eſt conſonans, ſecunda vocalis, duabus mediis literis transpoſitis, mutantur: veluti, βάρω, βράω· unde βαρέω, βαρὺς, βαρύνω, βραδὺς, βαρδὺς, βραδύνω· δάμω, δμάω· θάνω, θνάω, θνήσκω· κάλω, κλάω· κάμω, κμάω· κέλω, κλέω· κένω, κνέω· μένω, μνέω· πένω, πνέω· πέρω, πρέω· τέμω, τμέω· τέρω, τρέω· φέρω, φρέω. Chartae autem varia eſt materia. E *corio* fuit διφθέρα antiquitus, unde poſtea membrana Pergamena facta eſt. Ex ligno fuerunt δέλτοι, tabulae, cerâ inductae. Fuit ex Aegyptiaco frutice *papyro* illud genus, unde Latinis *libri*, Graecis βίβλοι, dicti ſunt. De his & alia chartae materia, claſſica eſt auctoritas Plinii XIII, 11. Et quum χάρτης & βι-

βιβλία, deinde in primis de papyracea charta dicerentur, & papyri ad alios etiam vitae commoditates varius eſſet uſus, poterat certe à Theopompo in donis & rebus utilibus numerari; ſive ſignificentur libri ſcripti, ſive charta ad ſcribendum, aut aliis muneribus rei familiaris ac ſupellectilis, deſtinata. Quale eſt quod Vopiſcus Aurelianum narrat *conſtituiſſe vectigal ex Aegypto urbi Romae, vitri, chartae, lini, ſtupae*: cap. 45, ubi videatur Salmaſius. Et tamen in reliquis chartae utilitatibus duae erant praecipuae, altera ad ſcriptionem, altera ad coquinam & condituram, plane ut hodieque. Et mali libri deſtinabantur cibis mercibusque involvendis, in macellum, tabernas, culinam, ablegandi. Quo pertinet illud Horatii Ep. I, 1, fin:

——— capſaque porrectus aperta
Deferar in vicum vendentem thus & odores,
Et piper, & quidquid chartis amicitur ineptis.

Perſii Sat. I, 43:

Linquere nec ſcombros metuentia carmina nec thus.

Martialis Epigr. III, 2:

Cujus vis fieri, libelle munus?
Feſtina tibi vindicem parare;

Ne nigram cito raptus in culinam
Cordyllas madidâ tegas papyro,
Vel thuris piperisque ſis cucullus.

Idem VI, 60:

Quam multi tineas paſcunt blattasque diſerti?
Et redimunt ſoli carmina docta coci.

Similiter Palladas Anthol. I, 17, facit nutricem ludimagiſtro menſtruum minerval chartâ lacerâ illigatam adferre:

Ἔνθα τροφὸς κατὰ μῆνα φέρει μισθὸν μετ' ἀνάγκης,
Βίβλῳ καὶ χάρτῃ δησαμένη πενίῃ.

id eſt, *ne minuta mercedula palam agnoſcatur, ſed occultata major, quam eſt, eſſe credatur, eam in librum includit, quem chartaceâ faſcia circumligat.* In Xenophonte autem quae memorantur *βίβλοι*, Anabaſ. VII, 5, 8, quas Thraces ex naufragiis navium in Pontum navigantium excipiant, quarum mentionem cum hac Theopompea contulimus, Biblioth. Crit. Part. IV, p. 105, ex eadem ratione intelligendae ſunt.

P. 47. Εἰδωλοποιεῖν eſt etiam apud Ariſtotelem De Anima, III, 3: *ὅτι δ' οὐκ ἔστιν ἡ αὐτὴ φαντασία καὶ ὑπόληψις, φανερόν· τοῦτο μὲν γὰρ*

τὸ

τὸ πάθος ἐφ' ἡμῖν ἐστιν, ὅταν βουλώμεθα· πρὸ ὀμμάτων γάρ ἐστι ποιήσασθαι, ὥσπερ οἱ ἐν τοῖς μνημονικοῖς τιθέμενοι καὶ εἰδωλοποιοῦντες· δοξάζειν δ' οὐκ ἐφ' ἡμῖν. Diodorus Siculus I, 96, ſigmenta de inferis dicit τὰς παρὰ τοῖς πολλοῖς εἰδωλοποιΐας. Diogenianus apud Euſeb. Praep. Evang. VI, p. 265, B: — εἰδωλοποιήσαντες τὸ ποιὸν τοῦτο σύμπτωμα τῶν πραγμάτων, ἐπὶ σφαίρας βεβηκυῖαν τὴν τύχην ἔδειξαν.

P. 51. Ad illum Plutarchi locum De Diſcrimine Adulatoris & Amici p. 69, E, uſum ac vim verbi κολούειν uberius explicuimus, multorumque auctoritate exemplorum firmavimus.

P. 92. Theophraſti dictum de Amore, non ſolum exſtat in Sententiis Maximi & Antonii, ſed apud Stobaeum, ex quo in illas venit, Florileg. Tit. LXI, p. 402: ἔρως δέ ἐστιν ἀλογίστου τινος ἐπιθυμίας ὑπερβολή, ταχεῖαν μὲν ἔχουσα τὴν πρόσοδον, βραδεῖαν δὲ τὴν ἀπόλυσιν. Theophraſti fuiſſe librum περὶ ἔρωτος, docuit J. Meurſius in Theophraſto XXXI, p. 22: quem librum minus recte confundit cum Ἐρωτικῷ J. A. Fabricius B: G. II, p. 247.

P. 94. Haec de Orphicis Hymnis non ſatis cogitate ſcripſimus, ut poſtea profeſſi ſumus, Bibl. Crit. Part. VIII, p. 27.

PARTE IV.

P. 36. Euripides in Hecubae dramate, 807, illam in ſupplice ad Agamemnonem oratione haec dicentem facit:

Οἴκτειρον ἡμᾶς, ὡς γραφεύς τ' ἀποσταθεὶς,
Ἰδού με, κἀνάθρησον οἷ' ἔχω κακά.

Plane mihi perſuaſeram priorem verſum, aut ſpurium habendum, aut ita corrigendum eſſe:

Οἴκτειρε θ' ἡμᾶς ὡς τροφεὺς ἐπισταθείς.

i. e. *miſerearisque mei, ut conſtitutus à deo mei nutritor.* Poſtea multum ex illa perſuaſione detractum eſt, oblatis mihi apud alios ſcriptores ſimilibus hujus comparationis exemplis: & cogitatio ſucceſſit, ne forte ex iis huic loco aliquid probabilitatis accederet. Nobis nunc ſatis eſt illa exempla appoſuiſſe, ut acutiores juventur ad certius quid hoc de loco ſtatuendum. Alterum eſt in Platonis Theaeteto p. 141, E, ubi *opinio*, δόξα, comparatur cum conſpectu picturae procul probatae & cognitae, prope autem improbatae nec agnitae: ſunt haec Socratis verba —: ἐπειδὴ ἐγγὺς ὥσπερ σκιαγραφήματος γέγονα τοῦ λεγομένου, ξυνίημι οὐδὲ σμικρόν· ἕως

δὲ

δὲ ἀφεστήκῃ πόῤῥωθεν, ἐφαίνετό τι μοι λέγεσθαι. Alter, Diogenis Laertii, IV, 60: χάριεν δ' εἰς τὸν Λακύδην ἀναφέρεται. Ἀττάλου γὰρ αὐτὸν μεταπεμπομένου, φασὶν εἰπεῖν, τὰς εἰκόνας πόῤῥωθεν δεῖν θεωρεῖσθαι. In ejusdem Tragici Jone, 271, picturae mentio, aliis locis forte non inepta, minus apta videtur:

ΙΩΝ. Δίδωσι δ' ὥσπερ ἐν γραφῇ νομίζεται —;
ΚΡ. Κέκροπός γε σώζειν παισὶν οὐχ ὁρώμενον.

ut in locum vocis γραφῇ magis conveniat τροφῇ — i. e. *Dat autem ſcilicet eum, ut in nutritione fieri ſolet —. Immo Cecropis ſervandum filiabus non viſum.*

P. 49. Quare hiſtoriarum Scriptores Latini non item Livium imitati ſint, etiam haec fuiſſe cauſſa videtur, quod, quamvis in caeteris omnibus orationis partibus egregius, tamen in narratione, quae eſt praecipua & longe maxima hiſtoriae pars, ac veluti corpus, compoſitionem habet non illam libere ac ſine ſalebris fluentem, ſed quaſi compedibus vinctam, brevitatis gravitatisque conſectatione ſubinde ambiguam, trajectionibusque impeditam; quae fortaſſe cauſſa fuerit, ut Patavinitatem ei objecerit Aſinius Pollio. Quod & alios recentiores ſenſiſſe video, & duos in primis doctrinae elegantia & Latine ſcribendi fa-

facultatę claros homines, Georgium Trapezuntium, & Jo. Sturmium, citatos Morhofio in libro De Patavinitate Livii Cap. V, p. 42. editionis Livianae a Drakenborchio factae T. VIII, p. 42, ſeq: tum Jo. Buherium ibid. p. 80. Nam, deliciae noſtrae, Jac. Facciolatus, unus in paucis harum rerum idoneus judex, id argumentum faciens Epiſtolae Philologicae X, p. 436, univerſe peregrinitatem in Livio concedens, qua haec in parte conſtiterit non pronunciavit; neque à noſtro, credo, judicio diſſenſiſſet, ſi cauſſam diligenter tractandam ſuſcepiſſet, nec per epiſtolii brevitatem leviter perſtrinxiſſet. Itaque univerſe quidem ſubſcribimus judicio Quinctiliani Inſtit. Or. X, 1: *nec indignetur ſibi Herodotus aequari T. Livium, cum in narrando mirae jucunditatis, clariſſimique candoris, tum in concionibus, ſupra quam enarrari poteſt, eloquentem: ita dicuntur omnia, cum rebus, tum perſonis, accommodata: ſed affectus quidem, praecipue eos, qui ſunt dulciores, ut parciſſime dicam, nemo hiſtoricorum commendavit magis. Ideoque immortalem illam Salluſtii velocitatem diverſis virtutibus conſecutus eſt. Nam mihi egregie dixiſſe videtur Servilius Nonianus, pares eos magis, quam ſimiles.* Sed hoc judicium ita circumſcribimus, ut hanc *jucunditatem* majorem etiam futuram fuiſſe dicamus, ſi ei illa, quam de-

deſideramus, compoſitionis facilitas conſtitiſſet. *Candorem* autem intelligimus non perſpicuitatem orationis, ſed animi ſinceritatem ac benevolentiam. Et affirmamus, eum non modo in concionibus, ſed ſermonibus quoque, disceptationibus, ac notationibus morum ingeniorumque, ſupra quam dici poſſit, eloquentem eſſe. Atque ut his, quas diximus, hiſtoriae laudibus alios complures Latinos hiſtoricos ſuperet, certe in narrationis ſimplicitate & nativa pulcritudine, atque, ut ita dicam, agilitate & mollitie, ut Graeci dicunt *ἀπλότητι*, *λειότητι*, *εὐκρινείᾳ*, *εὐκινησίᾳ*, cedit certe Caeſari, magis etiam Nepoti, maxime autem Ciceroni: qui, ut in omni eloquentia divinus, ita in narrando hiſtoricos Latinos, facilitate, perſpicuitate, ſuavitate, gravitate, omnes ſuperavit. Ad hunc igitur in primis, qui bene ſcribendi facultatem conſectatur, ſe conformet: & caeterorum, & Livii, virtutes aſſumat, copiamque inde orationis alat & augeat: & cum in caeteris vitanda vitabit, ab hujus uno abſtinebit genere narrationis duro illo & trajectionibus impedito. De quo mihi cogitanti ſaepe illud occurrere ſolet, quod Cicero de Thucydidis orationibus dixit, earum hujusmodi eſſe formam, quam imitari, *neque, ſi velit, poſſit: neque, ſi poſſit, velit.* Sed hoc argumentum aliquanto uberius tractavimus in ſcholis

lis noſtris de ſcribendi ratione habitis: quas aliquando, ſi tempus & otium feret, edituri ſumus.

P. 76. In Longi Fabula Paſtorali, *Οἷα μὲν ἐσθὴς ἀπόλωλεν, οἷος δὲ κόσμος κυνῶν, ὅσον δὲ ἀργύριον*· quod Editores *ἐσθὴς*, pro vetere & vitioſa lectione *εὐθὺς*, poſuerunt, poteram tunc memorare eamdem à me dudum factam correctionem in Philoſtrati Junioris Icone VI, p. 871, in Epiſtola Critica p. 64: & exemplum turbatae ejusdem lectionis in Themiſtii Orat. X, p. 135: *οὐδεὶς εἶδε χρυσίον ἀπαριθμούμενον τοῖς βαρβάροις, οὐκ ἀργύρου τάλαντα τόσα καὶ τόσα, οὐκ ἐσθῆτος ναῦς γεμιζομένας*· ubi collatio codicis Ambroſiani habet *εὔδητος*· quod licet nihili nomen ſit, tamen oſtendit librariorum proclivitatem ab illa in hanc vocem aberrandi.

P. 160. Xenophon Anabaſ. II, 3, 7, narrans Clearchum ſolerter ac diligenter exercitui ſuo tranſitum per paludes expediviſſe, caeſis ſtratisque arboribus, hoc etiam ponit: *καὶ εἴτις αὐτῷ δοκοίη τῶν πρὸς τοῦτο τεταγμένων βλακεύειν, ἐκλεγόμενος τὸν ἐπιτήδειον ἔπαισεν ἄν.* Qui mihi locus tunc emendationem deſiderare viſus, nunc interpretatione contentus, atque ſic reddendus eſſe videtur: *& ſi quis eorum, quibus hoc opus mandatum erat, ignave ei agere videretur, horum eum, qui poena dignus eſſet, ſeligens adeo verberabat.*

βάτ. Quae ſententia non modo interpretes & editores Xenophontis, ſed Abreſchium, Graecae rationis grammaticae in primis intelligentem, fugit: qui in Auctar. Thucyd. p. 241, *ἀνεπιτήδειον* corrigi volebat; licet ab ipſo citatus Suidas, in Voce. Ἐπιτήδειος, vulgatam lectionem ſervet, perperam tamen & ipſe eam in Xenophontis loco interpretans: Ἐπιτήδειος· φίλος, εὔνους, ἁρμόδιος· Ξενοφῶν· ὁ δὲ βακτηρίαν ἔχων, εἴ τις αὐτῷ δοκοίη βλακεύειν, ἐκλεγόμενος τὸν ἐπιτήδειον ἔπαιεν ἄν. Sed, in noſtra interpretatione nil quisquam requirat, niſi ut verborum ſignificatio exemplis comprobetur. Quod age faciamus. Ac primo quidem, nomen *ἐπιτήδειος* ſubinde eſt *dignus aliqua re, idoneus alicui honori vel poenae*, id eſt, non modo dignus, ſed *opportunus, quem in illo tempore & loco, poenâ aut honore affici, commodum & opportunum ſit.* Quem uſum antea jam mihi obſervatum, non meminetam nec annotaveram. Sic igitur Demoſthenes Epiſtola II, p. 112, B: *ἐπ' οὐδενὶ γὰρ τῶν πεπραγμένων ἠδικηκότα με εὑρήσετε, οὐδ' ἐπιτήδειον ἄτιμον εἶναι, οὐδ' ἀπολωλέναι.* II, p. 118, A: *οὔτε γὰρ ἄξιος (εἰμὶ) οὔτε ἐπιτήδειος·* i. e. *neque enim dignus illa poena ſum, neque ei idoneus.* Sunt enim nonnumquam, qui legem migrarint, poena digni quidem, ſed non idonei, caeterum boni viri, quibus ignoſci potius è re-

pu-

publica ſit. Similiter Orat. Adverſ. Androtionem p. 425, C: Σινώπην προσενεχύραζε καὶ Φανοστράτην, ἀνθρώπους πόρνας, οὐ μέν τοι γε ὀφειλούσας εἰσφοράς· καί τοι εἴ τισιν ἄρα δοκοῦσιν ἐπιτήδειαι ἐκεῖναι παθεῖν, ἀλλὰ τὸ πρᾶγμά γε οὐκ ἐπιτήδειον γίγνεσθαι, τηλικοῦτόν τινας Φρονεῖν διὰ καιρὸν, ὥστε βαδίζειν ἐπ' οἰκίας, καὶ σκεύη Φέρειν μηδὲν ὀφειλόντων ἀνθρώπων. Plutarchus De Ira Cohib. p. 458, D: Ptolemaeum regem à Grammatico refutatum, amici ἠγανάκτησαν ὡς οὐκ ἐπιτήδειον ὄντα Φέρειν: *indignabantur, ut qui nec meruiſſet, nec ferre deberet.* De Solertia Animal. p. 959, E: ἐν Ἀθήναις πρῶτός τις ὑπὸ τῶν τριάκοντα συκοφάντης ἀποθανὼν, ἐπιτήδειος ἐλέχθη, καὶ δεύτερος ὁμοίως καὶ τρίτος· ἐκ τούτου δὲ κατὰ μικρὸν ἤδη προϊόντος ἥπτοντο τῶν ἐπιεικῶν, καὶ τέλος οὐδὲ τῶν ἀρίστων ἀπέσχοντο πολιτῶν· quod interpres hoc loco recte vertit *dignus*, id gemino loco, ubi eadem ſententia refertur, nomen proprium *Epitedius* fecit, De Carnis Eſu, Or. II, p. 998, B. Mario p. 408, B: οὗτος μὲν οὖν ὑπὸ τῶν μετὰ ταῦτα τιμητῶν ἐξέπεσε τῆς βουλῆς, ἐπιτήδειος εἶναι παθεῖν τοῦτο δόξας. Artaxerxe p. 1022, B: Antalcidas Spartanus dicitur apud Perſarum regem ἐπιτήδειος ἐντρυφηθῆναι· *dignus, cui per luxuriem inſultaretur.* Philo Jud. Quis Rer. Divin. Haeres. p. 515, D: μαιευτικὸς ἀνὴρ — θεάσηται τὰ τῆς ἑκάστου γεννή

νήματα ψυχῆς, καὶ τὰ μὲν οὐκ ἄξια τροφῆς ἀποῤῥίψῃ, τὰ δὲ ἐπιτήδεια διασώσῃ. Dio Chryſ. Or. XXXVII, p. 455, A: τοῖς τελέσι τοῖς ὑμετέροις ἔδοξα ἐπιτήδειος εἶναι· vertit vulgatus interpres, *praecipuis inter vos ordinibus viſus ſum amicus eſſe:* magis nexui congruat, *magiſtratibus veſtris viſus ſum dignus honore.* Ariſtides Or. Pro IV Viris, T. II, p. 303: τῶν ἐπιτηδειοτάτων παραιτεῖσθαι δόξαν καθαιρῶν· *evertens laudem hominum digniſſimorum, quos depreceris.* Julianus Or. III, p. 115, B: οὐδὲ γὰρ εἰ σφόδρα ἐπιτήδειοί τινες εἰσι πάσχειν κακῶς καὶ κολάζεσθαι, τούτους ἐκ παντὸς ἀπολέσθαι χρεών. Libanius Declam. XVII, p. 473, B: ἐπιτήδειος οὗτος δυστυχεῖν· *dignus eſt adverſa fortuna.* Sic & Latinis *idoneus* & *opportunus* uſurpantur, ut Lexica etiam docent: & Joſ. Scaliger ad Manilii Lib. I, p. 172, notato quoque Graecorum uſu, ex hoc ipſo Xenophontis loco, & Plutarchi De Carnium Eſu, in quo & ipſe perperam ἐπιτήδειον pro nomine proprio accepit, & caeteroquin ex Xenophonte citat ἔπαιεν αὐτόν. Nos autem particulam ἄν tuemur, ut antiquitus in libris traditam, & ſenſui hujus loci debitam: cujus haec eſt vis etiam, ut ſententiae affirmationem imminuat, & reſpondeat Latinis formulis, *fere*, *propemodum*, *fortaſſe*, ſed aliter in aliis Temporibus & Modis. Ita hoc loco ἄν junctum Aoriſto

I Indicativi hujusmodi rationem adfert, ut verti dictio poſſit, *ſeligens fere idoneum poenae, eum verberabat*, i. e. non omnes ignavos & poena dignos, ſed idoneos, nec idoneos omnes, ſed *propemodum*, *fere*, id eſt, *unum & alterum*. Haec vis apparet aliis in locis: v. c. apud Xenophontem Cyropaed. VII, 1, 6, 7, de allocutione Cyri ad milites ante pugnam: τοτὲ μὲν εἶπεν ἄν· Ὦ ἄνδρες· — τοτὲ δ' αὖ ἐν ἄλλοις ἂν ἔλεξεν· Ἆρα ἐννοεῖτε, ὦ ἄνδρες, — ὁπότε δ' αὖ γένοιτο κατά τινας τῶν πρόσθεν συμμαχεσαμένων, εἶπεν ἄν· Πρὸς δὲ ὑμᾶς τί δεῖ λέγειν, ὦ ἄνδρες, — i. e. *ſic fere dixit*. Feſtive Ariſtophanes anum querentem facit de amaſio deſertore, qui antea frequens ad ſe veniſſet, & modeſte parva munuſcula rogaſſet: Pluto 983:

Ἀλλ' ἀργυρίου δραχμὰς ἂν ᾔτησ' εἴκοσιν
Εἰς ἱμάτιόν γ', ὀκτὼ δ' ἂν εἰς ὑποδήματα·
Καὶ ταῖς ἀδελφαῖς ἀγοράσαι χιτώνιον
Ἐκέλευσεν ἄν, τῇ μητρί τε θοιματίδιον,
Πυρῶν τ' ἂν ἐδεήθη μεδίμνων τεττάρων.

ubi eamdem vim particulae *fere* ſentimus. Plutarchus in Pericle p. 153, F: Ἀριστοτέλης δὲ παρὰ Πυθοκλείδῃ μουσικὴν ἂν διαπονηθῆναι τὸν ἄνδρα φησίν· *Ariſtoteles ait, Periclem fere apud Pythoclidem in Muſica ſe exercuiſſe*: i. e. *fortaſſe*,

vi-

videri. Sed hic uſus Atticorum eſt, nec adhibitus Homero ſimili in re Iliad. B, 188—198:

Ὅντινα μὲν βασιλῆα καὶ ἔξοχον ἄνδρα κιχείη,
Τόνδ' ἀγανοῖς ἐπέεσσιν ἐρητύσασκε παραστάς.
Ὃν δ' αὖ δήμου τ' ἄνδρα ἴδοι, βοόωντα τ' ἐφεύροι,
Τὸν σκήπτρῳ ἐλάσασκεν, ὁμοκλήσασκέ τε μύθῳ.

Nam particulae *fere* poteſtas continetur jam in Verbis Frequentativis, *ἐρητύσασκε*, *ἐλάσασκεν*, *ὁμοκλήσασκε*. Ne vero quis *αὐτὸν*, quod Scaliger in verbis Xenophontis adjecit, deſideret; nil frequentius eſt hoc conſtructionis genere, quo unum Nomen ad duo Verba refertur, ut hic *τὸν ἐπιτήδειον* regitur ab utroque Verbo *ἐκλεγόμενος* & *ἔπαισεν*: quod genus explicui in Animadverſionibus ad Plutarchi Moralia p. 123, A.

PARTE V.

P. 21. Magnifica eſt pacis ac ſecuritatis Romano Orbi adverſus Germanos partae imago, quam a Ciceronis exemplo duxiſſe oſtendimus Panegyricos Oratores: Mamertinum quidem Or. ad Maximianum Aug. VII copioſius: at brevius Eumenium Or. ad Conſtantinum Aug. XI: *Inde eſt igitur, Imperator, pax iſta, qua fruimur. Neque enim Rheni jam gurgitibus, ſed*

nominis tui terrore munimur. Quamlibet ille aut areſcat aeſtu, aut reſiſtat gelu, neutro hoſtis audebit uti vado. Eamdem imaginem amplificavit, addita Oceani ſpecie, Graecus poeta Crinagoras, ſed nunc obſcurata haud levi mendo, cujus eluendi rationem nobis reperiſſe videmur. Legitur autem ſic in Anthologia I, 5, p. 12:

Οὐδ' ἢν Ὠκεανὸς πᾶσαν πλημμύραν ἐγείρῃ,
Οὐδ' ἢν Γερμανίη Ῥῆνον ἅπαντα πίῃ,
Ῥώμης οὐδ' ὅσσον βλάψει σθένος, ἄχρι κε μίμνῃ
Δεξιὰ σημαίνειν Καίσαρι θαρσαλέῃ. —

Secundus verſus, *neque ſi Germania totum Rhenum ebiberit*, expeditam habet rationem; ſic enim Barbaris vadum & aditus in Romanum Orbem aperiatur. At non item primus, *ſi Oceanus omnem acceſſum aeſtus excitaverit*; ſic enim transmarinis hoſtibus magis etiam praecludatur aditus: contra, ſi Oceanus omnem aeſtus acceſſum *in ſe collegerit*, tum vero hoſtibus ingruere tentantibus ſiccum littus & vadum praebeatur. Atqui haec ſignificatio non eſt in ἐγείρῃ, nec in ἀγείρῃ *congregaverit*, de quo aliquando cogitavimus. Unde incidimus in ἀνείργῃ, *cohibeat, inhibeat, arceat*, ut poetam ſcripſiſſe putamus. Nam quod Grotius reddidit,

Nam

Non ſi vel totum biberit Germania Rhenum,
Oceanusque aeſtus tollat in aſtra ſuos,
Eſt quod Roma ſibi timeat, dum Caeſare freta
Illius imperiis perſtat habere fidem. —

eſt quidem illud *tollat in aſtra*, ut omnia Grotiana, eleganter dictum: ſed ab ipſo fictum, nec ex Graeca dictione expreſſum.

P. 23. Et illa ſublimis eſt in eodem Mamertino, XII, 2, ſententia: *Quo denique pacto effugere poenas reipublicae poteſt? Niſi hauſtu terrae devoretur, aut turbine aliquo in devia ſaxa rapiatur.* Quam ab Euripidis fonte in Medea 1306 fluxiſſe diximus, & adhibitam à Virgilio Aen. XII, 892,

— *opta ardua pennis*
Aſtra ſequi, clauſumve cava te condere terra.

Poſtea recordati ſumus nos eam in illius item Hippolyto deprehendiſſe 1220: Πῶς οὐχὶ ὑπὸ γῆς τάρταρα κρύπτεις, Δέμας αἰσχυνθείς; Ἢ πτηνὸς ἄνω μεταβὰς βίοτον, Πήματος ἔξω πόδα τόνδ' ἀνέχεις· & apud alios legiſſe ſcriptores, veluti Herodotum & Platonem, apud quorum utrumque ſubinde Euripideae veſtigia imitationis exſtant. Herodotus IV, 132, quo loco Gobryam dona Scytharum interpretantem inducit: Ἢν μὴ ὄρ-

ὄρνιθες γενόμενοι ἀναπτῆσθε εἰς τὸν οὐρανὸν, ὦ Πέρσαι, ἢ μῦες γενόμενοι κατὰ γῆς καταδύητε, ἢ βάτραχοι γενόμενοι ἐς τὰς λίμνας ἐσπηδήσητε, οὐκ ἀπονοστήσετε ὀπίσω ὑπὸ τῶνδε τῶν τοξευμάτων βαλλόμενοι. Plato Leg. X, p. 672, E, de vindicta divina diſſerens: Αὕτη τοι δίκη ἐστὶ θεῶν οἳ Ὄλυμπον ἔχουσιν, ὦ παῖ καὶ νεανίσκε — οὐχ οὕτω σμικρὸς ὢν δύσῃ κατὰ τὸ τῆς γῆς βάθος· οὐδ' ὑψηλὸς γενόμενος, εἰς τὸν οὐρανὸν ἀναπτήσῃ· τίσεις δὲ αὐτῶν τὴν προσήκουσαν τιμωρίαν —. ubi & hoc animadvertendum exordium ab Homerico verſu ductum, Odyſſ. T, 43. Platonicum dictum cum Davidico comparat Euſebius Praep. Evang. XII, p. *636*, A. Annotavimus etiam Ammonium Commentar. in Ariſtotelem Περὶ Ἑρμηνείας p. 195, edit. Londin. anni 1688: quod quale ſit, nunc referre non poſſumus; ſi quidem illum librum cum aliis multis, in clade urbis Leidae d. XII. Januar. ſuperioris anni, amiſimus.

P. 24. Altera ejusdem Oratio Genethliaca ad Maximianum Aug. & ipſa frequens ac laudabilis ſententiarum luminibus, à nobis tentata III, *6*, his in verbis: *Hercules tuus auctor, dum inter homines erat, terras omnes & nemora pacavit, urbes dominis crudelibus liberavit:* ubi putabamus *nemora* in *maria* mutanda eſſe, non ſollicitanda erat; quamvis haec dictio, in laudibus Her-

Herculis, vim loci communis habeat; ut uberius oſtendimus Bibl. Crit. Part. IX, p. 48. Nam *nemora* ex Virgilio aſſumtum eſt, Aen. VI, 804:

Nec vero Alcides tantum telluris obivit;
Fixerit aeripedem cervam licet, aut Erymanthi
Pacarit nemora, & Lernam tremefecerit arcu.

P. 33. Ejusdem Mamertini ſententiam eadem ex Oratione, XIII: *Videbunt enim juſtum principatum laboribus, curis, vigiliis inquietum: cujus illi faciem amoenam & amabilem contemplantes, laborum aſpera non videbant:* hanc igitur contulimus cum Ciceroniana, Diverſ. I, 9: *Hic meae vitae curſus offendit eos fortaſſe, qui ſplendorem & ſpeciem hujus vitae intuentur, ſollicitudinem & laborem perſpicere non poſſunt.* Sed haec ipſa manavit ex loco communi de ſplendida miſeria regum, tyrannorum, principum. De tyrannidis quidem conditione Iſocrates in Epiſtola ad Jaſonis filios, p. 723, cujus dictionis forma in Ciceronis apparet verbis: Οἶμαι γὰρ οὐχ ἥκιστα τούτους ἐπὶ τὴν τυραννίδα παροξύνειν ὑμᾶς· σκοποῦσι γὰρ οὐ πανταχοῦ τὴν φύσιν τοῦ πράγματος, ἀλλὰ παραλογίζονται σφᾶς αὐτούς· τὰς μὲν ἐξουσίας καὶ τὰ κέρδη καὶ τὰς ἡδονὰς ὁρῶσι, καὶ τούτων ἀπολαύσεσθαι προσδοκῶσι· τὰς δὲ ταραχὰς καὶ τοὺς φόβους καὶ τὰς συμφορὰς,

τὰς τοῖς ἄρχουσι συμπιπτούσας καὶ τοῖς φίλοις αὐτῶν, οὐχ ὁρῶσι. Quod argumentum certâ viâ ac ratione demonſtrat Plato Rep. IX, p. 504, D: monens, *de tyranni anima neminem judicare poſſe, niſi eum*, ὃς ἂν δύνηται τῇ διανοίᾳ εἰς ἀνδρὸς ἦθος ἐνδὺς διϊδεῖν, καὶ μὴ καθάπερ παῖς, ἔξωθεν ὁρῶν, ἐκπλήττηται ὑπὸ τῆς τῶν τυράννων προστάσεως, ἣν πρὸς τοὺς ἔξω σχηματίζονται· *hunc igitur deprehenſurum animam tyranni* πολλῆς μὲν δουλείας τε καὶ ἀνελευθερίας γέμειν — ὑπὸ δὲ οἴστρου ἀεὶ ἑλκομένη βίᾳ, ταραχῆς καὶ μεταμελείας μεστὴ ἔσται. κ. τ. λ. Res quidem ipſa in promtu ſita, & ultro in oculos *incurrens*, ſententiarum tamen figura ad imitationem valuiſſe videtur: veluti haec Euripidis Jone 621:

Τυραννίδος δὲ τῆς μάτην αἰνουμένης
Τὸ μὲν πρόσωπον ἡδὺ, τἀν δόμοισι δὲ
Λυπηρά· τίς γὰρ μακάριος, τίς εὐτυχὴς,
Ὅστις δεδοικὼς, καὶ περιβλέπων βίαν,
Αἰῶνα τείνει;

Ad reipublicae adminiſtrationem rhetorice transfert Philo Jud. De Somniis p. 598, E: τί οὖν ὡς ἐσθῆτος πολυτελοῦς, τῆς ἐπηνθισμένης πολιτείας ἀψάμενοι γαυριῶμεν, τῷ εὐπρεπεῖ τῆς φανερᾶς ὄψεως ἀπατώμενοι; τὸ δ' ἀφανὲς, κεκρυμμένον, ἐπίβουλον, καὶ σφαλερὸν αἶσχος αὐτῆς οὐ κατανοοῦντες;

P. 40.

P. 40. Quod *ἀνδάνειν τινα*, *placere alicui*, improbavimus, reprehendit poſtea nos Brunckius in Notis ad Gnomicos Graecos, p. 276, Theognidis, 26, dubiam lectionem opponens, — *οὐδὲ γὰρ ὁ Ζεὺς Οὔθ' ὕων πάντας ἀνδάνει, οὔτ' ἀνέχων.* Et Musgravius ad Euripidis Oreſtem 1640, dicit *ſe non dubitare, quin ἀνδάνω, ἀρέσκω, & ſimilia, eleganter cum Accuſativo conſtruantur.* De *ἀρέσκειν* ſcimus, de *ἀνδάνειν* non item. Et Porſonus ad l. c. Oreſtis, ait „*exemplum deſidero, ubi ἁνδάνω Accuſativum regit. In loco enim Theognidis perſpicue legendum* Οὔθ' ὕων πάντεσσ' *ἁνδάνει, οὔτ' ἀνέχων*". Neque nos adhuc in idoneum exemplum incidimus. Eamdem quaeſtionem annotavit Auguſtus Matthiae, vir Graece doctiſſimus, in Grammatica p. 512.

P. 56. In Euripidis Medea 301:

Χωρὶς γὰρ ἄλλης, ἧς ἔχουσιν, ἀργίας,
Φθόνον πρὸς ἀστῶν ἀλφάνουσι δυσμενῆ.

Pro *ἀργίας* volebam *αἰτίας*. Sed vulgata vindicatur per ea, quae diximus in Annotatione ad Select. Hiſtor. Gr. p. 373, & 452, editionis alterius: tum diſputationibus *de otio ſapientis*, Platonis in Theaeteto, & Senecae in ſingulari libro. Et illa quidem omnibus ad legendum patent: quae autem nuper ſcripſimus in Animad-

 ver-

verſionibus ad Plutarchi Apophthegmata Laconica p. 221, D, jam deſcribenda typis Oxonienſi officinae tradita, necdum tamen vulgata, haud abs re ſit referre: pertinent vero ad *Herondae* apophthegma ſic proditum: Ἡρώνδας Ἀθήνησιν ἁλόντας τινὸς γραφὴν ἀργίας, παρὼν καὶ πυθόμενος ἐκέλευσεν ἐπιδεῖξαι αὐτῷ τὸν τὴν ἐλευθερίαν δίκην ἡττηθέντα· haec igitur annotavimus: „ Idem dictum factumque Plutarchus memoravit „ in Vita Lycurgi p. 54, D. De *ἀργίᾳ*, *otio*, „ Spartanorum, Cragius Rep. Laced. III, 9, 7: „ Plutarchus in Lycurgo p. 54, D, E: & nos „ quaedam ad Selecta Hiſt. Gr. p. *373*. *De* „ *ἀργίας* cauſſa Athenis, Valerius Max. *II*, *6*, „ 3: Ariſtides T. I, p. 444: S. Petitus Leg. „ Attic. p. 520, ibique Weſſelingius: Taylorus „ Lect. Lyſ. p. 297, ſeq.".

P. 62. Hujusmodi euphemismi, quo vitiis nomina virtutum, ejusque contrarii, quo virtutibus nomina vitiorum adjunguntur, plura exempla appoſuimus ad Plutarchi Moralia p. 56, D, & 72, B. Caeterum ad hunc Bibliothecae locum hoc etiam à nobis adſcriptum vidimus: „ Verſus Οὐ θράσος ἐστὶν κ. τ. λ. corruptus legitur in Etymologico MS. Trajectino apud Segarium V. Cl. Epiſt. Crit. p. 16: deque eo dubitat ſcriptor Bibliothecae Philologicae Vol. II. p. 121." Quod, cujusmodi ſit, diſertius explicare volentes,

tes, & hos, cum aliis, libros deſideramus.

P. 93. Quae hac in pagina ſunt emendationes orationis ab Euryptolemo habitae, eas confirmavimus in Selectis Hiſt. Gr. p. 394, 395, & in Supplemento alteri editioni addito p. 455.

P. 94. & 95. Et has correctiones in iisdem Selectis repoſuimus p. 416: harum poſteriorem ibidem tunc locupletavimus: priorem hic nunc locupletemus. Ergo in eodem Xenophonteo opere Hellenicorum II, 4, 28, verba τούτων δὲ περαιωθέντων quorum ſententia debet eſſe, *his vero peractis*, mutanda judicavimus in τούτων δὲ περανθέντων· quod numquam ſe nobis περαιοῦν, περαιοῦσθαι, alia ſignificatione, quam *trajicere quem, tranſire trans fluvium, regionem, fines, caet.* obtuliſſet. Nec poſtea, quum in Heſychio forte deprehenderemus, Περαιωθῆναι, τελεωθῆναι & Περαιούμενοι, τελειούμενοι· ullam ejus rationem habendam cenſuimus, ut vel decepti, vel corrupti; & adhuc ita cenſemus. In Philonis Judaei ſcriptis memini me aliquoties offendere hoc verbum, eosque locos notare in Indice locuplete ad hunc Scriptorem emendandum deſtinato, cujus Indicis magnam partem eadem procella, die XII Januarii ſuperioris anni, disjecit ac perdidit. Nunc non niſi duos ex hoc genere locos in Bibliothecae Criticae exemplo annotatos reperi; alterum De Lege Allegor. I. p. 41, D:

ὅσα

ὅσα μὲν γὰρ ταῖς ἡμετέραις τέχναις δημιουργεῖται, ταῦτα τελειωθέντα ἵσταται καὶ μένει· ὅσα δὲ ἐπιστήμῃ θεοῦ, περαιωθέντα πάλιν κινεῖται· ſic interpungendum, ad ἐπιϛήμῃ θεοῦ ſubaudiendum δημιουργεῖται, & περαιωθέντα mutandum in περανθέντα· *quae autem ſcientiâ Dei creantur, haec confecta rurſus moventur:* alterum, De Humanitate p. 697. B: edit. Mangeii, T. II, p. 384: Ἐπειδὴ γὰρ ἡ προθεσμία τῆς θνητῆς ζωῆς ἔμελλεν αὐτῷ περαιοῦσθαι· *poſteaquam Moyſi propoſitum vitae ſpatium finiendum eſſet:* legendum περατοῦσθαι.

P. 97. Ἐπιδήμια, feſtum, apponit *J. Meurſius* in Graecia Feriata, III, p. *108*, unius Himerii auctoritate in Ecloga Propemptici in Flavianum, ex Photio, quae in editione Himerii Wernsdorfiana eſt, p. 308: πρὶν ἐπιδήμια θῦσαι, θεοῖς ἐνοδίοις εὐχόμεθα. Tale feſtum apud omnes gentes uſitatum, cum publice tum privatim, *fuiſſe potuit*, in adventum vel recentem hominum celebrandum, vel veterem Deorum recolendum. Deorum autem ἐπιδήμια, ſimile, aut idem feſtum fuiſſe videntur, quod θεοξένια, θεοφάνια, de quibus diximus ad Plutarchum De Sera Num. Vind. p. 68.

P. 98. Nunc ἔμηνε, *irâ incendit*, nobis probatur. Verbum μαίνω τινὰ, ſenſu activo, *in furorem conjicio aliquem*, eſt apud Euripidem in

Jo-

Jone 520: *ἤ σ' ἔμηνε θεοῦ τις, ὦ ξένε, βλάβη.* Ariſtophanes Theſmoph. 567 — *Φαρμάκοις ἑτέρα τὸν ἄνδρ' ἔμηνεν.* Poëta incertus Antholog. III, 12, 10: — *ἢ καὶ σὴν Κύπρις ἔμηνε φρένα.* Ergo perperam Euſtathius hoc verbum active adhiberi negat. Xenophontem autem ſubinde poëticis verbis uti, ſatis conſtat.

P. 99. Ἀφασία, elegans nomen & Graecis proprium, ſignificat animi perturbationem ac dubitationem, qua quis, quid dicat aut faciat, non reperit. Sic Plato Leg. I. p. 570, A: Plutarchus Adverſ. Colotem. p. 1123, C. Scepticorum, Sext. Emp. P. I, 192. Ariſtocles ap. Euſeb. Praep. Evang. XIV, p. 578, D. Et alii annotarunt: v. c. Berglerus ad Ariſtophanis Theſmoph. 911. Oudendorpius & Bernardus ad Thom. Mag. p. 135. Ruhnkenius Epiſtola Crit. II, p. 212.

P. 108. Fuit hic Antiochus II, cognomine Θεός· de quo veterum Scriptorum mentiones prodidit J. F. Vaillantius in Hiſtoria Seleucidarum p. 26.

P. 122. Diximus, Krebſium in libello Plutarchi, qui eſt, De Recta Ratione Legendi Poëtas, unam egregiam & veram protuliſſe conjecturam, qua *ἑκάστου* mutandum judicaverit in *ἐκ λόγου.* Sed nos poſtea, reperto leniore remedio, noſtrum judicium mutavimus. Locus eſt editionis

ve-

veteris Graeco-Latinae, cujus paginae in margine noſtrae editionis poſitae ſunt, p. 32, E: πάντων οὖν ἀναγομένων εἰς τὴν Φρόνησιν, ἀποδείκνυται πᾶν εἶδος ἀρετῆς ἐπιγιγνόμενον ἑκάστου καὶ διδασκαλίας· quae lectio ejusmodi eſt, ut acquiescere in ea poſſimus, ſi καὶ mutetur in ἐκ vel διά: hac totius loci ſententia: *quum ergo omnia ad prudentiam revocentur, oſtenditur, uniuscuiusque hominis omne virtutis genus doctrinâ parari.* Sed ἐκ λόγου, ſi in vetere aliquo codice exſtaret, unice probandum eſſet: primum, quia praepoſitio ἐκ, vel ſimilis, plane *requiritur:* tum, quia λόγος ſaepe alias cum παιδείᾳ & ſimilibus nominibus jungitur: deinde, quia vetere literarum figura multum conveniunt ΕΚΑΣΤΟΥ & ΕΚΛΟΓΟΥ. Atqui omnis illa aſſenſio elabitur, allato ex vetuſtis libris ἑκάστῳ. Ergo in noſtra editione, huic loco hanc notam appoſui: „Acu„ta ſane & veriſimilis eſt correctio Krebſii, pro „ἑκάστου ſcribentis ἐκ λόγου· quam plane ve„ram judicarem, niſi leniorem rationem prae„berent codices C, D, ἑκάστῳ. Itaque vide„tur vera lectio eſſe ἑκάστῳ διὰ διδασκαλίας." Nam habet ἑκάστῳ in hac ſententia vim peculiarem & plane neceſſariam, ut ſignificet *ſine exceptione;* veluti apud Porphyrium Abſtin. III, 11. Sic hoc loco ejusmodi ratio valet, ut intelligatur non ſolum nos, quales nunc ſumus ho-

homines, ſed etiam heroës in poëtarum carminibus celebratos, omne virtutis genus prudentia ac doctrina conſecutos; virtutem eſſe *διδακτὸν*, non *φύσει* aut *θείᾳ μοίρᾳ παραγίνεσθαι*, *non natura aut divino munere hominibus venire*, ſed in eorum poteſtate poſitam eſſe. De quo Veteres diſſenſiſſe conſtat, & Plutarchi exſtat libellus *Ὅτι διδακτὸν ἡ ἀρετή*, ad quem plura de hac quaeſtione dicemus.

P. 125. Locus in Plutarchi libro De Superſtitione p. 170, B, ſic inquinatus & propemodum conclamatus legitur: *Καὶ μὴν ὅμοια τούτοις καὶ χείρονα περὶ Ἀρτεμίδος οἱ δεισιδαίμονες ὑπολαμβάνουσιν „ αἴτε κἂν ἀπ' ἀγχόνας αἴξασα, αἵ τε „ καλεχόνα κναίσατε, αἵ τε κἂν ἔκκεκρος μαίσου„ σα ἂν πεφυρμένα εἰσῆλθες, αἴτε καὶ ἐκ τριπό„ δων καθ' ἑρμάτεσσιν ἐπισπώμενα τῷ παλαμναίῳ „ συμπλεχθεῖσα*". Neque adhuc hos verſus, ſive ſuperſtitis, ſive perditi, poetae, neque in auctoris ſui, nec in aliorum libris Scriptorum ſervatos, aut ipſi deprehendimus, aut ab aliis deprehenſos cognovimus. Itaque ſola conjectura, ex variis lectionibus & ſententiae argumento ducta, eos tentavimus, & ad trochaicos dimetros hypercatalecticos ſic redegimus:

Ἅτ

"Ατ' ἐπ' ἀγχόνας ἀΐξασαν,
"Ατε καὶ λεχὼ' νακαύσειεν,
"Ατε κᾀκ νεκροῦ μιανθεῖσα,
Κἀμπεφυρμένα γ' ἐπεισῆλθεν.
"Ατε κᾀν τριόδῳ καθαρμάτεσσιν
'Εμπετωμένα, παλαμναίῳ
Συμπλέκοι σε·

i. e. *Quae & ad ſuſpendium ruentem foeminam, Quae & puerperam incendat: Quae & è domo funebri inquinata, Et conſpurcata tibi ſuperveniat: Quae & in trivio purgamentis Involans, piaculo te implicet.* Atque ſic quidem non veram & germanam, quis enim hoc ſperet? ſed tamen vulgatâ probabiliorem, & propius ad verum accedentem lectionem attuliſſe videmur. Variam autem ſcripturam veterum codicum, correctionumque rationem, ac ſententiarum dictionumque interpretationem, explicuimus *in Animadverſionum volumine primo*, necdum edito: quas nunc referre longum ſit.

PARTE VI.

P. 8. Euripidea debebat integra apponi dictio, non omiſſis verbis partem imitationis continentibus. Eſt autem illa Meropes oratio ex perdita fabula Cresphonte, apud Plutarchum in

in libello De Utilitate Ex Inimicis Capienda p. 90, A:

αἱ τυχαὶ δέ με
Μισθὸν λαβοῦσαι τῶν ἐμῶν τὰ φίλτατα,
Σοφὴν ἔθηκαν·

Nam in Propertiano verſu, I, 9, 7:

Me dolor & lacrimae merito fecere peritum.

illud *merito* plane reſpondet Graeco μισθὸν λαβοῦσαι. Simili in genere apud Ciceronem eſt. Epiſt. Diverſ. I, 9, 7 — *fidem cognoſcere hominum non ita magna mercede.* Venit autem nomen *merces* a verbo *merere.*

P. 20. Quod de Steſichoro pronunciavit Quinctilianus XI, 1, *eum epici carminis onera lyrâ ſuſtinere*, ſimile quid mihi ſemper in mentem venit Propertium legenti, eum elegiâ heroici majeſtatem carminis obtinere. Quae quidem majeſtas ut per totum opus dominatur, ita ſubinde altius etiam ſe attollit: veluti ille eſt magnificentia imaginum, ſenſuumque ſublimitate, inſignis exitus elegiae primae libri tertii, unde unum dictum appoſuimus in exemplum correctionis: quae correctio, quum ipſa nobis corrigenda videatur, quo diſertius cognoſcatur, totus exponendus eſt locus:

Fortunata meo, ſi qua es, celebrata libello;
Carmina erunt formae tot monumenta tuae.
Nam neque pyramidum ſumtus ad ſidera ducti,
Nec Jovis Elei coelum imitata domus,
Nec Mauſolei dives fortuna ſepulcri,
Mortis ab extrema conditione vacant.
Aut illis flamma, aut imber, ſubducet honores:
Annorum aut ictu pondera victa ruent.
At non ingenio nomen quaeſitum ab aevo
Excidet: ingenio ſtat ſine morte decus.

Quibus in verſibus quum omnia ſint plana, & à prioribus vel tacite probata, vel diſerte *explicita*, interpretibus, Graece doctiſſimis, Scaligero maxime & Mureto; poſteriores nonnulli, & ipſi verſibus pangendis nacti nomen pretiumque poetae, quaedam deſiderare coeperunt, elegantiſſimi quidem illi homines ingenii, ſed judicii faſtidio decepti, nec quid hoc in Propertii loco deſideraturi, ſi Graeca cogitaſſent exempla, magisque ſpectaſſent quid illa unice ſequenti poetae dicere licuerit, quam quid ipſi ſuis in verſibus ſibi licere putent. Ergo nunc veterem lectionem *Annorum aut ictu pondera victa ruent*, prorſus tuemur. Nam & *ictus annorum* à Graeco βολὴ, προσβολὴ, manaſſe videtur, de quo diximus ad Plutarchi Moralia p. 43, D: diciturque de vetuſtate annis, quaſi ictibus, labefactante pondera & mo-

moles maximorum aedificiorum: in quam rationem conceſſit quoque Bronkhuſius, comparans illud Juvenalis VI, 193: *Tune etiam, quam ſextus & octogeſimus annus Pulſat, adhuc Graece?* Offecit hoc etiam emendandi cupidis, quod *pondera* annis potius, quam operibus, convenire putarent. Atqui hoc loco *pondera* ſunt ipſa opera; & moles, quae ut arietis aut balliſtae ictibus quaſſatae ruunt. Hujusmodi fere eſt in Virgilio Aen. IX, 540: *tum pondere turris procubuit ſubito.* Ovidii Met. IX, 40: *Haud ſecus ac moles, quam magno murmure fluctus, Oppugnant: manet illa, ſuoque eſt pondere tuta.* Sed & *pyramidum ſumtus* unice verum cenſemus; ſiquidem ſumtus in pyramides conficiendas facti, fere proverbii celebritate apud Graecos ferebantur, auctore Herodoto II, 125, quem jam Beroaldus in Commentario ad hunc locum laudaverat, Burmanno Secundo, eruditiſſimo viro, admonitor repudiandi veteris commenti *pyramidum montes.* Nam & in proximis operibus, *Jovis Elei templo*, & *Mauſoleo ſepulcro*, ſignificandis, poeta non magis verborum ornatum, quam rei veritatem, ſecutus eſt: quod, ut nemini mediocriter docto ignotum, monuiſſe ſufficit. Tria autem haec erant celeberrima in ſeptem orbis terrarum miraculis: de quibus multa, atque adeo recentiorum hominum doctorum plurima, congeſſit veterum lo-

loca Leo Allatius ad libellum Graeci Sophiſtae *Philonis Byzantii de Septem Orbis Spectaculis*, primum ab illo editum Romae a. MDCXL: ſed à Sophiſta, non ad hiſtoricam diligentiam cognitionisque copiam, ſed ad ecphraſin & rhetoricam compoſitionis curioſitatem, conformatum. Caeterum haud abs re fuerat annotare exempla quae Propertio in hujus loci expoſitione ad imitationem vel valuerunt, vel certe valere potuerunt. Alterum in principio, illud Virgilii de Niſi & Euryali obitu, Aen. IX, 446:

Fortunati ambo, ſi quid mea carmina poſſunt.
Nulla dies umquam memori vos eximet aevo:
Dum domus Aeneae Capitoli immobile ſaxum
Adcolet, imperiumque pater Romanus habebit.

Alterum in clauſula, Ciceronis de quercus ab eo laudatae perennitate, Leg. I, 1: *Manet vero Attice noſter, & ſemper manebit* (*illa quercus*): *ſata eſt enim ingenio. Nullius autem agricolae cultu ſtirps, tam diuturna, quam poetae verſu, ſeminari poteſt.* Nos vero nunc, ut caeterorum auctorum, ita Propertii, non niſi locos antea in Bibliotheca Critica tractatos recognoſcimus, alios alibi tractabimus.

P. 24. Poſtremam Propertii elegiam, quae inſcribitur *Corneliae ad Paulum*, quo plures lecti-

lectitarunt viri docti, eo item plures tentarunt conjecturis. Quarum quidem quas appoſuimus, magis nunc nobis ingenioſae & ſcitae, quam verae aut neceſſariae videntur. Itaque in verſu 94, *Diſcite venturam jam nunc ſentire ſenectam*, plane nobis probatur illud *ſentire;* quod à Graecis exquiſitius ſubinde dicitur αἰσθάνεσθαί τινος, *affici alicujus rei vel grato vel ingrato ſenſu, curâ, ſtudio; moveri ad eam, vel adipiscendam, vel fugiendam.* Cujus ſignificationis exempla quia promere nunc longum eſt, alio ea tempore exponemus.

P. 29. Apollonii Rhodii, III, 753, exemplum a Virgilio, Aen. VIII, 18, ad imitationem adhibitum, etiam ab Ariſtaeneto expreſſum eſſe Epiſt. II, 5, tunc brevitatis & propoſiti rationem ſecuti omiſimus: nunc apponere propoſiti ratio poſtulat: ποικίλα τῆς διανοίας ὑπεκπηδᾷ μοι κινήματα· καθάπερ αἴγλη τις ἡλίου πάλλεται συχνὰ περὶ τοῖχον ἐξ ὕδατος ἀνταυγοῦσα κατὰ σκαφίδος ἢ λέβητος κεχυμένου, καὶ ἀστάτῳ φορᾷ τὴν εὐκίνητον συστροφὴν ἀπεικονίζεται τῶν ὑδάτων· ubi Mercerus Virgilii verba retulit.

P. 45. Biantis praeceptum laudavit quoque Philo Jud. De Humanitate p. 713, A: πάνυ γὰρ ἐκεῖνο καλῶς εἴρηται τοῖς παλαιοῖς· ὅτι καὶ φιλίας κοινωνητέον, μὴ ἀπογινώσκοντας ἔχθραν· καὶ προσκρουστέον, ὡς φιλίας ἐσομένης· ubi Mange-

 jus

jus T. II, p. 401, quoſdam à nobis notatos locos, quoſdam etiam alios, appoſuit. Quibus addantur Valerii Maximi VII, 3, Extern. 3: & Sententiae Maximi & Antonii in editione Stobaei Francof. a. 1580, p. 721: καὶ φιλεῖν δεῖ ὡς μισήσοντας, καὶ μισεῖν ὡς καὶ φιλήσοντας.

P. 49. Heſiodi ſententiam retulit Ariſtides Orat. Platon. 1. T. II, p. 26: Zenon Stoicus correxit, teſte Plutarcho in Fragmentis Commentarii in Heſiodum, Cap. X, §. 9: Diogene Laertio, VII, 25: Juliano Orat. VIII, p. 244, D, & ſeq. Attigit eamdem Gatakerus ad M. Antonin. p. 101.

P. 60. Quod Tacito Ann. I, 74, *poenitentiâ patiens* abjudicantes, reddendum cenſuimus *poenitentiae patens*, confirmari poterat ſimili dictione Ciceronis Off. I, 26: *nec libidini potius luxuriaeque (res familiaris) quam liberalitati & beneficientiae pateat.*

P. 64. Homeri effatum, ut alia ejusdem multa, in ſuum carmen tranſtulit Archilochus, cujus hoc dictum à Veteribus citatur:

Τοῖος ἀνθρώποισι θυμὸς, Γλαῦκε, Λεπτίνεω πάϊ,
Γίνεται θνητοῖς, ὁκοίην Ζεὺς ἐφ' ἡμέρην ἄγει.

relatum à Brunckio Analect. Gr. T. I. p. 42: illuſtratum à Jacobſio in Commentario Anthologiae

giae Gr. Vol. I. p. 156. Ab eodem Homeri fonte duxit Empedocles, teſte Ariſtotele De Anima III, 3: ὥσπερ καὶ Ἐμπεδοκλῆς εἴρηκε,

Πρὸς παρεὸν γὰρ μῆτις ἀέξεται ἀνθρώποισι·

καὶ ἐν ἄλλοις

—— ὅθεν σφίσιν αἰεὶ
Καὶ τὸ φρονεῖν ἀλλοῖα παρίσταται· —

τὸ αὐτὸ βούλεται τούτοις καὶ τὸ τοῦ Ὁμήρου,

Τοῖος γὰρ νόος ἐστὶν ἐπιχθονίων ἀνθρώπων,
Οἷον ἐπ' ἦμαρ ἄγῃσι πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε.

quem ad locum utilia multa coacervavit Jac. Duportus in Gnomologia Homerica p. 252.

P. 100. De Platonis ſententia in Menexeno prodita p. 408, C: εἶναι μὲν γὰρ τιμὰς γονέων ἐκγόνοις καλὸς θησαυρὸς καὶ μεγαλοπρεπής· aliorum teſtimoniis & imitationibus memoratis à nobis illuſtrata eſt in Animadverſionibus ad Plutarchi Moralia p. 1, B.

P. 104. Incredibile ſit, quod dicemus: ſed tamen verum eſt: Verbum προσουρεῖν τινι, quod nil niſi, *admingere ad aliquid*, ſignificat, eademque notione legitur in Ariſtophanis Ranis 95,

ibidem, à Scholiaſte explicari, *εὐθυδρομήσαντα, εὐδοκιμήσαντα*: cumque errorem reponi à Stephano Theſaur. L. Gr. T. II, p. 1498: nec animadverti à Kuſtero, Spanhemio, Berglero, & repeti adeo à Dukero. Quantis viris ſi tantus error potuit obrepere, quo magis nos in hoc toto interpretandi & ſtudiorum genere cauti eſſe debemus? Sed attigimus hoc argumentum quoque Parte VIII, p. 50. Verbum *οὐρεῖν*, *mejere, mingere*, frequentiſſimum: compoſita rarius occurrunt: *ἐνουρεῖν* ex Hippocratis Epidem. VIII, p. 1217, l, annotat Foeſius Oeconom. Hippocrat. p. 130: & utitur Lucianus in *Convivio* 35, T. III, p. 442. Hoc autem *προσουρεῖν* eſt in pervulgata Demoſthenis narratiuncula, initio Orationis Adverſus Cononem p. 727, C: *τὰς ἀμίδας κατεσκεδάννυον, καὶ προσεούρουν· in nos mingebant & matulas effundebant.*

P. 107. Diſtributio *λόγου* in *προφορικὸν* & *ἐνδιάθετον* à Stoicis profecta, à Latinis, in pauperiore quamvis lingua, brevius ſignificatur *ratione & oratione*, ut recte vertit Joachimus Camerarius in Commentario Utriusque Linguae p. 158. Eamdem attigerunt Budaeus in Commentario L. Gr. p. 507. & Stephanus Theſauro L Gr. T. III, p. 1492. Nos etiam in Animadverſionibus ad Plutarchi Moralia p. 42, A, haec Veterum loca appoſuimus: Plutarchi in libello inſcripto

Phi-

Philoſophandum Eſſe Cum Principibus p. 777, B, C: Philonis Judaei de Vita Moſis p. 672, C: Sexti Empirici Pyrrhon. Hypotypos. I, 65: Porphyrii De Abſtin. III, 23: Jamblichi Vit. Pythag. §. 218: Juliani Or. VI, p. 197, A: Heſychii in Voce Ἐνδιάθετος. Quibus addatur Theon De Mathemat. Platonis p. 112: & Simplicius in Categorias Ariſtotelis p. B. β. id eſt 13.

P. 109. Propertii admonitio ad Cynthiam de amatore divite emungendo II, 16, 7: *Quare, ſi ſapis, oblatas ne deſere meſſes, Et ſtolidum pleno vellere carpe pecus;* ex eodem loco communi fluxit, unde ſignum informatum eſt ſepulcro Laidis impoſitum, de quo prodidit Pauſanias II, 2, p. 115 — τάφος Λαΐδος, ᾧ δὴ λέαινα ἐπίθημά ἐστι κριὸν ἔχουσα ἐν τοῖς προτέροις ποσίν.

Ibid. Quam comparationem in reprehenſionem aſotorum accommodavit Diogenes, ut diceret, *eos eſſe ſimiles ficubus in ſcopulo naſcentibus ad alendos corvos & vultures;* eamdem aliquot antea ſaeculis in laudem Paſiphilae meretricis contulerat Archilochus; cujus dictum prodit Athenaeus XIII, p. 194, D:

Συκῆ πετραίη πολλὰς βόσκουσα κορώνας,
Εὐήθης ξείνων δέκτρια Πασιφίλη.

Sub nomine Socratis exſtat in Sententiis Maximi

ibidem, à Scholiaſte explicari
εὐδοκιμήσαντα: cumque er
phano Theſaur. L. Gr. T
madverti à Kuſtero, ... es
reperi adeo à Duk ... iam ena
error potuit obr ... lutarchi librum
toto interpretar ... ab Amico p. 69, D.
debemus? S
que Parte V
mingere

PARTE VII.

currur ... Eudociae Violeto recenſendo illud in pri-
p. 1 ... egimus, ut oſtenderemus unde locus quiſque
cr ... umtus eſſet, eumque ad auctorem ſuum refer-
r ... remus. Quibus in locis quum nonnullorum me auctores fugerent; Baſtius, vir eruditiſſimus, nuper mihi ſcripſit Lutetiâ Pariſiorum, ſedem eorum ſe reperiſſe, *Nonni Commentarium ineditum in quasdam orationes Gregorii Nazianzeni*, ſimilem ei, quem uſurpamus à Montacutio editum. Loci autem hi ſunt in noſtra cenſura: P. 9: Τὴν Ἄρτεμιν λέγουσι —. P. 10: Ἡ Ἀφροδίτη λέγεται —. Ὑπὲρ χρόνον τινά —. P. 11: Ἀσκληπιοῦ —. Ἀλκμαίων —. P. 12: Ἄβαρις. P. 17: Ἀμυμώνη. P. 18: Οἱ Αἰγύπτιοι. P. 32: initium loci de Achille.

P. 41. De feſtis Dionyſiorum apud Atticos noſtram adhuc tuemur ſententiam, ab Oderico quamvis diſſentientes, tamen tantam ei laudem tri-

..., immerito tamen ut ratam ſe-
...em hujus Laertianae narra-
...b idoneis teſtibus confir-
... inde conficiatur id,
...imus: ... iſti ſunt ἐπιστά-
...nis antiquita... ...ceptores? Si
...ois, neque in cenſura ...natus, ta-
...is Secundis, quidquam magnop... Er-
...n relinqueret: aut, ſi quid ſupplevi... ...II.
, hoc minus in ipſius disputationem, quam
...n noſtram defenſionem, conveniret; ipſum non
ignoraſſe, ſed ſponte omiſiſſe appareret. Et poſt editam cenſuram paucos annótavimus locos, quos, cuicuimodi ſunt, nec inutiles, nec indignos, qui ex adverſariis referantur, exiſtimamus. Sunt igitur hi „ Dionyſia ἀστυκά, exeunte hie„ me & ineunte vere agi ſolita, intelligitur & „ Thucydide V, 19, 23. Ruſtica etiam me„ morant Plato, κατὰ κώμας, Rep. V, p. 467, A: „ Aeſchines Adv. Timarchum p. 197, A: ἐν τοῖς „ κατ' ἀγροὺς Διονυσίοις κωμῳδῶν ὄντων ἐν Κολ„ λυτῷ· Simpliciter, Terentius Heaut. I, 1, 110: „ IV, 4, 11. Platonis adhuc aetate fuiſſe Dio„ nyſia, quae Athenis ἐν ἁμάξαις agerentur, „ colligitur ex Leg. I. p. 570, B. Nec adver„ ſatur Suidas in Τὰ ἐξ ἁμαξῶν, primum de an„ tiquis temporibus dicens, id eſt, ante in urbem „ inducta Dionyſia ut in altero loco Ἐξ ἁμάξης· „ deinde recentiorem aetatem ſignificans. Unde

„ etiam

& Antonii p. 759: τὰ τῶν πλουσίων καὶ ἀσώτων χρήματα ταῖς ἐπὶ τῶν κρημνῶν συκέαις εἴκαζε, ἀφ᾽ ὧν ἄνθρωπον μὲν μὴ λαμβάνειν, κόρακας δὲ καὶ ἰκτίνους, ὥσπερ παρὰ τούτων ἑταίρας καὶ κόλακας.

P. 110. Demoſthenis ſententiam enarravimus in Animadverſionibus ad Plutarchi librum De Diſcernendo Adulatore ab Amico p. 69, D.

PARTE VII.

In Eudociae Violeto recenſendo illud in primis egimus, ut oſtenderemus unde locus quisque ſumtus eſſet, eumque ad auctorem ſuum referremus. Quibus in locis quum nonnullorum me auctores fugerent; Baſtius, vir eruditiſſimus, nuper mihi ſcripſit Lutetiâ Pariſiorum, ſedem eorum ſe reperiſſe, *Nonni Commentarium ineditum in quasdam orationes Gregorii Nazianzeni*, ſimilem ei, quem uſurpamus à Montacutio editum. Loci autem hi ſunt in noſtra cenſura: P. 9: Τὴν Ἄρτεμιν λέγουσι —. P. 10: Ἡ Ἀφροδίτη λέγεται —. Ὑπὲρ χρόνον τινά —. P. 11: Ἀσκληπιοῦ —. Ἀλκμαίων —. P. 12: Ἄβαρις. P. 17: Ἀμυμώνη. P. 18: Οἱ Αἰγύπτιοι. P. 32: initium loci de Achille.

P. 41. De feſtis Dionyſiorum apud Atticos noſtram adhuc tuemur ſententiam, ab Oderico quamvis diſſentientes, tamen tantam ei laudem tri-

tribuentes, quantam ingenii acumen & doctrinae elegantia meretur. De Ruhnkenio judicium noſtrum poſt ejus obitum, in Vita p. 131 & 222, & repetivimus & affirmavimus. Is hac in quaeſtione adeo omnem omnis antiquitatis materiam occupaverat; ut nobis, neque in cenſura, neque nunc in his Curis Secundis, quidquam magnopere ſupplendum relinqueret: aut, ſi quid ſupplevimus, hoc minus in ipſius disputationem, quam in noſtram defenſionem, conveniret; ipſum non ignoraſſe, ſed ſponte omiſiſſe appareret. Et poſt editam cenſuram paucos annótavimus locos, quos, cuicuimodi ſunt, nec inutiles, nec indignos, qui ex adverſariis referantur, exiſtimamus. Sunt igitur hi „ Dionyſia ἀστυκά, exeunte hie-
„ me & ineunte vere agi ſolita, intelligitur &
„ Thucydide V, 19, 23. Ruſtica etiam me-
„ morant Plato, κατὰ κώμας, Rep. V, p. 467, A:
„ Aeſchines Adv. Timarchum p. 197, A: ἐν τοῖς
„ κατ' ἀγροὺς Διονυσίοις κωμῳδῶν ὄντων ἐν Κολ-
„ λυτῷ· Simpliciter, Terentius Heaut. I, 1, 110:
„ IV, 4, 11. Platonis adhuc aetate fuiſſe Dio-
„ nyſia, quae Athenis ἐν ἁμάξαις agerentur,
„ colligitur ex Leg. I. p. 570, B. Nec adver-
„ ſatur Suidas in Τὰ ἐξ ἁμαξῶν, primum de an-
„ tiquis temporibus dicens, id eſt, ante in urbem
„ inducta Dionyſia ut in altero loco Ἐξ ἁμάξης·
„ deinde recentiorem actatem ſignificans. Unde

„ etiam

„ etiam apparet, Χόας fuiſſe partem τῶν Ληναίων." Sed, quod diximus, haec ut obiter a nobis notata, ita lectores accipiant.

PARTE VIII.

P. 52. Lyſiae factum ex uno cognovimus Plutarcho, De Garrulitate p. 504, C.

P. 55. Eodem editionis conſilio poſtea, caeteros Ciceronis de Philoſophia libros *complexi* ſumus; quippe quos, inde a ſtudiorum noſtrorum initio ad hunc usque diem, cum *quotidie* legendo, tum quotannis in ſcholis *noſtris interpretando*, ita triverimus & adhuc *teramus*; *ut* non dubitemus, quin ad eorum certiorem uberioremque intelligentiam ſtudioſis aliquantum adjumenti attulerimus. Sed ad conſilii effectum quum per alias occupationes pervenire nondum potuerimus; fortaſſe ad eam rationem deſcendemus, ut annotationes noſtras ſingulari volumine edamus; & id quoque ea conditione, ſi nos ex illis occupationibus expediverimus. Neque enim noſtram hanc operam poſtea ſupervacaneam reddidiſſe videntur, neque aliorum in aliis libris navata induſtria: neque, in iis De Officiis, Garvii elegantiſſimi humaniſſimique philoſophi commentatio: in qua, rerum optimarum quamvis pleniſſima, non criticum & hiſtoricum, ſed philoſophum, argumentum attingit,

git, in eoque diligentius quid ipſe ſentiat, declarat, quam quid Cicero & Veteres ſenſerint, explanat.

Ibid. Conſilium Panaetii & Ciceronis in hoc argumento conſcribendo, quaeſtionis totius conſtitutionem ac diſtributionem, noſtris auſpiciis, diligenter explicuit Lyndenus noſter in Disputatione de Panaetio, p. 79 ac deinceps.

P. 63. Diverſitatem, quae eſt inter philoſophiae *praecepta* & *inſtituta*, accuratius nobis videmur in ſcholis noſtris hanc tradidiſſe. *Praecepta* ſunt tam ſcripta quam dicta, quibus doctrina ejusque partes ad certam artis formam traditae continentur: quae hodieque fere dicuntur *ſyſtemata*, *compendia*, *inſtitutiones*. At vero *inſtituta* magis moribus & conſuetudine cernuntur. *Praecepta* fere ad intelligendum, *inſtituta* ad agendum referuntur: illa theoretica, haec practica ſunt: illa Graecis dicuntur δόγματα, haec ὑποθῆκαι. Cicero itidem conjunxit De Amicit. 4: — de Pythagoreis — *qui in hac terra fuerunt, magnamque Graeciam, quae nunc quidem deleta eſt, tum florebat, inſtitutis & praeceptis ſuis erudierunt.* Epiſt. ad Quint. Fr. I, 1; 3. *Quaeſtorem habes non tuo judicio delectum, ſed eum quem ſors dedit: hunc oportet & ſua ſponte eſſe moderatum, & tuis inſtitutis ac praeceptis obtemperare.*

P. 71

P. 71. Off I, 15: *Multi enim faciunt multa, temeritate quadam, ſine judicio: vel morbo in omnes, vel repentino quodam, quaſi vento, impetu animi incitati.* Hanc lectionem *morbo* tuemur, prae altera *modo:* rationibusque noſtris haud parvam addimus auctoritatem ſententiae Epicharmi, in hac re proverbii vim nactae. Eſt autem apud Plutarchum in Publicola p. 105, B: & De Garrulitate 510, C: Οὐ φιλάνθρωπος τύ γ' ἐσσ'· ἔχεις νόσον χαίρεις διδούς. Ita ſcribendum. Sic reddit Grotius Excerpt. Com. p. 480: *Non benignus es vocandus, morbum habes, gaudes dare.*

P. 75. I, 22: Formam *illam*, cui ſimilia multa Heuſingeri attulerunt exempla, & in his De Oratore I, 44, *Si cum illorum Lycurgo & Dracone & Solone noſtras leges conferre volueritis:* eamdem nos formam reperimus in Propertio I, 9, 11: *Plus in amore valet Mimnermi verſus Homero.* Iſocratis Archidamo p. 234: ἀλλὰ τοὺς μὲν λόγους ἐξελέγξαι πειραθῶμεν, ὅμοιοι γενόμενοι τοῖς τῶν προγόνων ἔργοις· aliisque aliorum locis, quos ad Plutarchum annotavimus, De Progreſſu in Virtute Sentiendo p. 84, C: ἔργοις καὶ πράξεσιν ἀνδρὸς ἀγαθοῦ καὶ τελείου παραβάλλειν ἑαυτόν.

P. 80. Quod *homo* & *vir*, cum diverſis adjectivis, de eodem homine dicuntur, ut frequens eſt Ci-

Ciceroni, ita eidem proprium eſſe cenſemus. Sic Epiſt. Diverſ. II, 14: *Fabio, viro optimo, & homine doctiſſimo, familiariſſime utor.* Item IV, 8. V, 17: VI, 4, 9. VII, 5: XIII, 7, 25, 53, 55. XV, 9. Attic. V, 21. VII, 4: XII, 49. Ad Brutum 8. De Oratore III, 4. Apud alios rarius eſt. Matius Ep. ad Cic. Diverſ. XI, 28, de Caeſare ſcribit: *hominis mihi conjunctiſſimi ac viri ampliſſimi, doleo gravem caſum.* Terentius magis diſtincte Hecyr. IV, 1, 9: *Vir ego tuus ſim? tu virum me, aut hominem deputas adeo eſſe. Nam ſi is poſſet ab ea ſeſe derepente avellere, Quacum tot conſueſſet annos; non eum hominem ducerem, Nec virum ſatis firmum gnatae.* — P. 104. Anaxagorae aetas fortaſſe conſtitui poſſit comparatione cum aetate Democriti, qui ſe ipſe illo quadraginta annis minorem eſſe in libro, *Diacosmo parvo* dicto, ſcripſerat. Natus autem erat, ſecundum Apollodorum Olympiade LXXX: ſecundum Thraſyllum Ol. LXXVII, anno tertio, uno ante Socratem anno. Haec ex Diogene Laertio novimus IX, 41. Sed utramque opinionem refellere conatur Corſinus Faſt. Attic. Tom. III, p. 139, Democriti ortum rejiciens in Ol. LXXI: perperam, noſtro quidem judicio. Ducit enim argumentum inde, quod initio dixit D. Laertius IX, 34: Δημόκριτος —

Μά-

Μάγων τινῶν διήκουσεν, καὶ Χαλδαίων, Ξέρξου τοῦ βασιλέως ἐπιστάτας τῷ πατρὶ αὐτοῦ καταλιπόντος, ἡνίκα ἐξενίσθη παρ' αὐτοῦ (αὐτῷ), καθά φησι καὶ Ἡρόδοτος· παρ' ὧν τά τε περὶ θεολογίας καὶ ἀστρολογίας ἔμαθεν ἔτι παῖς ὤν· Ergo, inquit Corſinus, ut erudiretur Democritus à Magis, Olympiade LXXV anno primo, quo Xerxes victus è Graecia Abderam veniens hospitio exceptus eſt, debuit ea eſſe aetate, qua Magorum diſciplinam percipere poſſet, id eſt, decimum ſextum circiter annum agere, & natus eſſe Ol. LXXI, 1. Miror virum tam perſpicacem ac doctum his ratiunculis duci potuiſſe. *Hoc eſt: quandoque bonus dormitat Homerus.* Primum illa hiſtoriola de patre Democriti Xerxem hoſpitio accipiente, & Magis apud eum relictis, nullo auctoris nomine relata, quomodo poteſt auctoritati Apollodori & Thraſylli opponi? Nam quod Herodotus citatur, is narrat VIII, 120, *Xerxem* reducem è Graecia Abderam veniſſe, & cum Abderitis hoſpitium junxiſſe: patrem Democriti, & caetera, ne hilum quidem memorat. Patrem exercitui Xerxis epulum praebuiſſe tradit citatus Corſino Valerius Maximus VIII, 7, Extern. 4, fabuloſam rem, narrator non injucundus, auctor parum locuples: nec tamen quid de Magis apud eum erudiendo filio relictis. Baelius Dictionar. Hiſt. & Crit. in Voce *Democrite*, epulum Xerxis me-

merito explodens, immerito tamen ut ratam ſequitur reliquam partem hujus Laertianae narrationis. Quae, etiam ſi ab idoneis teſtibus confirmata eſſet, ne ſic quidem inde conficiatur id, quod Corſinus vult. Qui enim iſti ſunt ἐπιστάται, *praefecti*, *tutores?* an *praeceptores?* Si patris; poterat Democritus diu poſtea natus, tamen ab iis inſtitui. Sed tota res vacillat. Ergo maneat Democritum natum eſſe Ol. LXXVII. Ita Anaxagorae ortus ponetur Ol. LXVII. Quem ſi item Anaximenis auditorem, vigeſimo aetatis anno, id eſt Ol. LXXII, fuiſſe ponamus: Anaximenem autem Anaximandri Ol. LVIII, natum Ol. LIII; annos probabiliter ordinaſſe, ac difficultatem expediiſſe videamur. Nam quod alibi ex eodem Apollodoro refert Diogenes Laert. II, 2, 3: *Anaximandrum Ol. LVIII, anno 2, ſexageſimum & quartum vitae annum egiſſe, & paulo poſtea obiiſſe: Anaximenem autem Ol. LXIII natum eſſe:* horum prius tuebimur: poſterius autem priori repugnans & manifeſto mendoſum, veriſimili mutatione ita emendabimus, ut numerum Olympiadis pro LXIII ponamus LIII, qua natus Anaximenes inde à duodevigeſimo aetatis anno ad vigeſimum ſecundum disciplinâ Anaximandri uti potuerit.

P. 110. Epimenides, diſcipulus Pythagorae ejusque rerum ſcriptor, ab uno memoratur Jam-

blicho, in Vita Pythagorae §. 7, & 104. Quo minus dubitari poteſt, hunc eſſe diverſum ab illo antiquiore Epimenide Cretenſi: quod jam Dodwellus monuit Diſſ. de Aetate Pythag p. 234: laudatus etiam Fabricio B. G. I. p. 234.

PARTE IX.

P. 3. Editio probanda veteris auctoris, quibus legibus officiisque moderanda ſit, latius explicuimus, in Praefatione ad Plutarchum p. XVI — XXXV, & CXXXV — ad finem: tum in Praefatione ad Animadverſiones in *Plutarchum* p. II — V.

P. 9. Hoc de Carneade produnt Plutarchus De Garrulitate p. 513, C: Καρνεάδην μὲν γὰρ οὔπω μεγάλην δόξαν ἔχοντα ἐν τῷ γυμνασίῳ διαλεγόμενον, πέμψας ὁ γυμνασίαρχος, ἐκέλευσε ὑφεῖναι τὸ μέγεθος τῆς φωνῆς· ἦν γὰρ μεγαλοφωνότατος· εἰπόντος δὲ ἐκείνου, Δός μοι μέτρον φωνῆς· οὐ φαύλως ὑπέτυχε, Δίδωμι τὸν προσδιαλεγόμενον. Diogenes Laertius IV, 63. Ejusdem eſt exempli dictum Platonis ad Antiſthenem, apud Stobaeum Florileg. XXXVI. p. 217: Πλάτων Ἀντισθένους ἐν τῇ διατριβῇ ποτε μακρολογήσαντος, Ἀγνοεῖς, εἶπεν, ὅτι τοῦ λόγου μέτρον ἐστὶν οὐχ ὁ λέγων, ἀλλ' ὁ ἀκούων.

P. 12. Ad Plutarchi Quaeſtionem Platonicam

cam I, deprehendimus quaedam partim à nobis jam antea in adverſariis notata, partim denuo lectis Auctoribus notanda. Quae maluimus nunc expromere, quam ad edendi illius in Plutarcheis operibus libelli locum tempusque rejicere; magis quidem ne noſtri lectores hoc, quidquid eſt, animadverſionis noſtrae fructu careant, quam ne gloriolae captatores praecipienda inventi editione noſtram dilationem ſibi triumphi ſcilicet occaſionem faciant.

Ibid. Libellum Platonicarum Quaeſtionum pro ſpurio, id eſt alterius quam Plutarchi, ſcripto habuiſſe videtur Gatakerus ad M. Antonin. XII, fin. p. 316, A, B. Atqui de hoc libello vere illud uſurpem, *quis eſt germanus, ſi hic ſpurius eſt?*

P. 14. Dictum Platonis Theaet. 118, B: *οὐδεὶς θεὸς δύσνους ἀνθρώπῳ, οὐδ᾽ ἐγὼ δυσνοίᾳ τοὐτων οὐδὲν δρῶ· nemo deus malevolus eſt homini, neque ego horum quidquam per malevolentiam facio*, habet ſane involutam tacitamque comparationem: cujusmodi eſt apud Sophoclem Electr. 180, ,, *Οὔτε γὰρ ὁ τὰν Κρίσαν βουνόμαν ἔχων*
,, *ἀκτὰν Παῖς Ἀγαμεμνονίδας ἀπερίτροπος· Οὔθ᾽*
,, *ὁ παρὰ τὸν Ἀχέροντα θεὸς ἀνάσσων*". Hac autem obſervatione *ellipticae comparationis* augeatur argumentum hoc grammaticum, late illud patens, cujus formam deſcripſimus in Biblioth. Crit. Part. X, p. 63.

P. 17. Animadverſionem loci Virgiliani Aen. IX, 184, occupavit Apuleius De Deo Socratis p. 49: *Nam quodam ſignificatu & animus humanus, etiam nunc in corpore ſitus, δαίμων nuncupatur — Diine hunc ardorem mentibus addunt? Euryale? an ſua cuique deus ſit dira cupido?*

P. 18. Ex hoc Euripideo, τὸν νοῦν ἡμῶν ἑκάστου εἶναι θεόν, fluxit illud M. Antonini XII, 26, ὁ ἑκάστου νοῦς θεός· ad quem locum tantas doctrinae copias contulit Gatakerus, ut complures noſtri commentarii partes praeciperet. Alius eſt δαίμων ἑκάστου ὅσπερ ζῶντα εἰλήχει, *genius, qui nascentem quemque hominem ſortitus eſt*, apud Platonem in Phaedone p. 398, A: noſtrae editionis p. 82: indeque a poſteris ſcriptoribus celebratus, quos partim citat Spencerus ad Origenem Contra Celſum VIII, p. 976: partim nos citabimus ad illum Platonis locum.

Ibid. Heracliti effato, Ἦθος ἀνθρώπου δαίμων, plane geminum exſtat Epicharmi apud Stobaeum Florileg. XXXVII, p. 220. Ὁ τρόπος ἀνθρώποισι δαίμων, οἷς μὲν ἀγαθὸς, οἷς δέ γε κακός· ita legendum videtur, hoc dictum: Grotius in Dictis Poet. ap. Stob. p. 146, reddidit, *Sunt ſui mores cuique vel Deus vel Vedeus.*

P. 20. Ab iisdem principiis profectus Philo Jud. νοῦν θεῖον & νοῦν ἴδιον hominis diſtinguit.

Leg.

Leg. Allegor. p. 66, C, D: De Profugis p. 466, C. D: & Zeno, Stoicae conditor ſectae, virtutem in conſenſu proprii daemonis cum λόγῳ univerſi poſuit; ut eſt apud Diogenem Laert. VII, 88, & alios à Menagio ibi citatos.

P. 21. *οἰήματος ἐπληροῦντο καὶ δοξοσοφίας, καὶ λόγων ἐζήλουν σχολὴν, καὶ διατριβὰς ἀπράκτους ἐν ἔρισι καὶ φιλοτιμίαις.* Operae pretium eſt conferre aliorum notationes hujus diſputandi libidinis. v. c. Timonis in Sillis apud Theodoretum De Cur. Gr. Affect. II, p. 489, A:

Σχέτλιοι ἄνθρωποι, κακ' ἐλέγχεα, γαστέρες οἶον·
Ποίων ἔκτ' ἐρίδων καὶ λεσχομάχων πεπλάνησθε,
Ἄνθρωποι κενεῆς οἰήσιος ἔμπλεοι ἀσκοί.

quem attulimus ad Plutarchi locum De Auditione p. 39, D. Iſocrates in Helenae Laudatione diſputandi libidinem & argumenta ſophiſtarum illius aetatis recenſens, eadem iisdem propemodum verbis reprehendit p. 355, & 356 —. *περὶ τὰς ἔριδας διατρίβουσι τὰς οὐδὲν ὠφελούσας, πράγματα δὲ παρέχειν τοῖς πλησιάζουσι δυναμένας· — ἀλλὰ γὰρ οὐδενὸς αὐτοῖς ἄλλου μέλει πλὴν τοῦ χρηματίζεσθαι παρὰ τῶν νεωτέρων· ἔστι δὲ ἡ περὶ τὰς ἔριδας φιλονεικία δυναμένη τοῦτο ποιεῖν.* Platonis de eodem argumento dicta appoſita augeantur alio ex Phaedro p. 356, D. Athenaeus ex

Chamaeleonte, XIII, 611, A: Εἰκότως οὖν πολλαὶ τῶν πόλεων καὶ μάλιστα ἡ Λακεδαιμονίων, ὡς Χαμαιλέων Φησὶν ἐν τῷ περὶ Σιμωνίδου, οὐ προσίενται οὔτε ῥητορικὴν οὔτε Φιλοσοφίαν διὰ τὰς ἐν τοῖς λόγοις ὑμῶν Φιλοτιμίας, καὶ ἔριδας, καὶ τοὺς ἀκαίρους ἐλέγχους. Ex hoc quaſi communi loco admonitionem adumbraſſe videtur D. Jacobus III, 14—16. ζῆλον καὶ ἐρίθειαν opponens τῇ σοφίᾳ, ſcriptor compoſitione quidem orationis hebraicus, at verbis ſententiisque inſignioribus haud obſcurus nec infrequens Graecarum elegantiarum imitator.

P. 22. Τὸν οὖν ἐλεγκτικὸν λόγον ὥσπερ καθαρτικὸν ἔχων Φάρμακον ὁ Σωκράτης. In hoc argumento verſatur Jamblichi Epiſtola ad Sopatrum, apud Stobaeum Floril. LXXX, p. 472: cujus pars prorſus huic loco congrua, ſed mendis affectá, iis ſic purgetur. Nam nunc ita legitur: Μετίωμεν δὴ οὖν ἐπὶ τὰς κατὰ Φιλοσοφίαν διατριβάς. Πασῶν πρῶταί εἰσιν αἱ πρὸς ἀνάμνησιν ἀναγόμεναι· ταύτας δὴ οὖν καὶ ὁ Σωκράτης ἐπιδεικνύει τῷ Μένονι διὰ τοῦ καλῶς ἐρωτᾷν * ὁρῶμεν ἐκΦαινόμεναι. Δευτέραι δ' ἂν εἶεν αἱ με * ἴας ἕνεκα προσαγόμεναι, καὶ τὰ γεννηθέντα εἰς Φῶς προάγουσαι, καὶ διακρίνουσαι, τίνα μὲν αὐτῶν ἀληθῆ, τίνα δὲ ψευδῆ· ἀλλὰ καὶ αὗται πᾶσαι διὰ τῆς διαλεκτικῆς τὸ κῦρος ἔχουσαι· ἐπειδὴ αὗταί εἰσιν αἱ διὰ τῶν ἐλέγχων καθάρσεις, παρατιθεῖσαι· partes aſterisco corrupte-

telae indice notatae, ſic reſtituendae videntur — *καὶ ὁ Σωκράτης ἐπιδεικνύει ἐν τῷ Μένωνι, καὶ ἡμεῖς διὰ τοῦ καλῶς ἐρωτᾷν ὁρῶμεν ἐκφαινομένας. Δευτέραι δ' ἂν εἶεν αἱ μαιείας ἕνεκα προσαγόμεναι* — i. e. *has elici recte interrogando, & Socrates in Menone oſtendit, & nos videmus. Secundo autem loco ſint, quae obſtetricii muneris cauſſa adhibentur* —. caetera rectius diſtinximus. Plura in hanc rem annotavimus in Animadverſionibus ad Plutarchi Opera Moralia p. 80, B. Καθαρτική & Ariſtoteli memorata, & poſteris philoſophis valde celebratur. Sed & Sceptici *καθαρτικὸν λόγον*, ſuam rationem jactant, apud Sextum Empir. Pyrrh. I, 206. II, 188. Math. VIII, 480.

P. 23. Τοῦ *κρίνειν ὄντος ὠφελίμου τὸ γεννᾷν ἐμπόδιόν ἐστι.* In hoc argumento longa Socratis narratio verſatur, Theaeteto p. 117 & 118: neque tamen dubitamus quin Plutarchus ad alium etiam Platonis locum haec retulerit, qui eſt in Phaedro p. 356, D, ubi Socrates Thamunem Aegypti regem inducit Theutho literarum inventori haec ſubjicientem: *ὦ τεχνικώτατε Θεῦθ, ἄλλος μὲν δυνατὸς τεκεῖν τὰ τῆς τέχνης, ἄλλος δὲ κρῖναι τίν' ἔχει μοῖραν βλάβης τε καὶ ὠφελείας τοῖς μέλλουσι χρῆσθαι· καὶ νῦν σὺ πατὴρ ὢν γραμμάτων, δι' εὔνοιαν τοὐναντίον εἶπες ἢ δύναται· — σοφίας δὲ τοῖς μαθηταῖς δόξαν, οὐκ ἀλήθειαν πορίζεις·* —

ζεις· — πολυγνώμονες εἶναι δόξουσιν· — δοξόσοφοι γεγονότες ἀντὶ σοφῶν.

P. 23. τυφλοῦται γὰρ τὸ φιλοῦν περὶ τὸ φιλούμενον. Hanc Platonis ſententiam imitatus eſt Galenus De Ordine Librorum Suorum T. I. p. 50, A: & ipſius nomine auctoris refert, De Suis & Aliorum Affectibus Curandis T. VI, p. 521, A.

P. 23. Φιλεῖται γὰρ οὐδὲν οὕτως —. Comparatio affectus patris erga natum cum affectu ſcriptoris erga ſcriptum ſuum, item à Platone manavit, Phaedro p. 356, F, & 357, F in primis Rep. I, 411, A: — ὥσπερ — οἱ ποιηταὶ τὰ αὑτῶν ποιήματα, καὶ οἱ πατέρες τοὺς παῖδας ἀγαπῶσι —: quod ſpectavit Ariſtoteles Nicom. IV, 1: & eleganter explicuit Muretus in Catulli Carm. ad Varum p. 40, 41.

Ibid. Ἡ γὰρ λεγομένη τέκνων δικαιοτάτη διανομή — i. e. *natorum juſtiſſima dicta diſtributio*, qua ſuis quisque natis plurimum tribuit, eosque alienis anteponit, quia ſui & proprii ſunt. Nominis διανομῆς rarior ſignificatio, *diſtributio in alios facta*, qua cuique conveniens pars tribuitur, & cujusque debita ratio habetur, venit à verbo νέμειν, in quo eſt vis νόμου *legis*, & notio juſtitiae ſuum cuique tribuentis. Sic eſt apud Plutarchum in Conſolatione ad Apollonium p. 102, E: τῇ διανομῇ τῶν πραγμάτων ἀνεγκλήτως

καὶ

καὶ πειθηνίως ἕπεσθαι· ubi ad providentiae divinae adminiſtrationem refertur. Plato Leg. I. init. p. 565, B, Minoem & Rhadamantum ait, διανέμειν τὰ περὶ τὰς δίκας ὀρθῶς. Philo Jud. De Decalogo p. 746, A, leges inſtitutas dicit, ἐφ' ὁμονοίᾳ καὶ κοινωνίᾳ καὶ διανομῇ τῶν ἐπιβαλλόντων ἑκάστοις· *ad concordiam, communionem, & ſuum cuique tribuendum.* Ex eodem uſu eſt, quod pronunciat Euripides Electr. 1169: Νέμει τοι δίκαν θεὸς ὅταν τύχῃ.

P. 24. τῶν σοφῶν τις· hoc vulgato, τ. σοφιστῶν τις, ut praeferremus, non ſolum codicum fides, ſed & rei ipſius auctoritas fecit. Rationes explicuimus ad Plutarchi Moralia p. 96 A, ubi pro τοῦ σοφιστοῦ Χείλωνος, ex codice D repoſuimus τ. σοφοῦ Χ.

P. 25. Quod apud Auguſtinum Acad. III, 7, è Ciceronis Academicorum perdito libro fertur: *Academico ſapienti ab omnibus caeterarum ſectarum, qui ſibi ſapientes videntur, ſecundae partes dantur, cum primas ſibi vindicare quemque neceſſe ſit. Ex quo poteſt probabiliter confici, eum recte primum eſſe ſuo judicio, qui omnium caeterorum ſit ſecundus:* hoc igitur elegans & ſcitum commentum, jam ante Ciceronem in Academicorum ſcholis celebre fuiſſe dicam: exempli autem imitationem deprehendiſſe mihi videor & in Plinio H. N. XXXIV, 19, ſimile certamen

pictorum referente: *Venere autem & in certamen laudatiſſimi, quamquam diverſis aetatibus geniti, quoniam fecerunt Amazonas: quae quum in templo Epheſiae Dianae dicarentur, placuit eligi probatiſſimam ipſorum artificum, qui praeſentes erant, judicio; quum apparuit, eam eſſe, quam omnes ſecundam à ſua quisque judicaſſent.* Et in Galeno, ſimiliter de Mathematicis judicante in libro De Ordine Librorum Suorum T. I, p. 46, A: Καὶ γὰρ καὶ τοὺς διαλεκτικωτάτους (καὶ delendum) φιλοσόφους οὐ μόνον ἀλλήλοις ἀλλὰ καὶ αὐτοῖς εὕρισκον διαφερομένους, ἐπαινοῦντας (δὲ addendum) ἅπαντας ὡσαύτως τὰς γεωμετρικὰς ἀποδείξεις· κατὰ τοῦτο τοίνυν ἔτι μᾶλλον ἔγνων, δεῖν ἀποστῆναι μὲν ὧν ἐκεῖνοι λέγουσιν, ἀκολουθῆσαι δὲ τῷ χαρακτῆρι τῶν γραμμικῶν ἀποδείξεων. Ariſtides autem alio loco breviter hoc judicium ſignificat T. II. p. 177, ubi Scholiaſtes rem fuſius refert.

P. 28. Οὐδ' Ἀσκληπιάδαις τοῦτό γ' ἔδωκε θεό·. Ultimum verſum item cum aliis Theognideis ejusdem loci retulit Plato in Menone p. 22, G. Hunc vero ipſum ad orationem ſuam accommodavit Clearchus apud Athenaeum VI, p. 256, C: καθάπερ τινὲς εἰρήκασιν, ὧν ἰατρεῦσαι τὴν ἄγνοιαν, οὐδ' Ἀσκληπιάδαις τοῦτόγε νομίζω δεδόσθαι.

P. 29. Diogenis Laertii Epigrammata in Plato-

tonem III, 45, exſtant item in Anthologia Gr. III, 33, p. 418. Et jam antea Plutarchus hanc comparationem fecerat, Sympoſiac. VIII, 1, p. 717, D, E: διὸ τοὺς Ἀπόλλωνι τὴν Πλάτωνος τέκνωσιν ἀνατιθέντας οὐκ ἄν οἶμαί τινα φάναι καταισχύνειν τὸν θεὸν, ἐπὶ μείζονα πάθη καὶ νοσήματα τοῦτον ἡμῖν διὰ Σωκράτους ἰατρὸν, ὥσπερ ἑτέρου Χείρωνος, ἀπειργασμένον.

Ibid. Democriti ſententia prodita in Iſidori Peluſiotae Epiſt. I, 437: ἰατρικὴ μὲν κατὰ Δημόκριτον, σώματος νόσους ἀκέεται, σοφίη δὲ ψυχὴν πάθεων ἀφαιρέεται· haec igitur paulo aliter legitur in Democriti, quae feruntur, Epiſtolis ad Hippocratem, T. I, p. 29, B, edit. Charterii, & apud H. Stephanum Poeſ. Philoſ. p. 181: σοφίη μὲν γὰρ ψυχὴν ἀναῤῥύεται παθέων, ἰητρικὴ δὲ νούσους σωμάτων ἀφαιρέεται.

Ibid. ὁ μὴ τεκὼν παῖδα ποιεῖται τὸν ἄριστον, *qui non genuit filium, optimum adoptat.* Ita ſcribendum diximus pro παιδοποιεῖται, quod eſt, *filium procreat.* Xenophon Cyropaed. V, 4, 6: εἰ ἦν, οἷος ἔφυν ἐξ ἀρχῆς, καὶ ἐπαιδοποιησάμην, οὐκ οἶδ' εἰ ἐκτησάμην παῖδά ποτ' ἂν τοιοῦτον περὶ ἐμέ· i. e. *ſi talis eſſem, qualis initio natus ſum, liberosque procreaſſem; dubito an filium ſic erga me affectum habiturus fuiſſem, qualis tu erga me es.* IV, 6, 2: — παῖδα οὕτως ὡς δυνατόν σε ποιοῦμαι· ἄπαις δ' εἰμὶ ἀῤῥένων παίδων·

fi-

filium te ita, ut poſſum, adopto; orbus enim ſum maſculis natis. Nam παιδοποιεῖσθαι ſemper eſt *liberos procreare*, numquam *adoptare*: at παῖδα, vel παῖδας, ποιεῖσθαι utrumque eſt: & *adoptare* quidem ſubinde dicitur Plutarcho: v. c. in Theſeo p. 16, A: Ἀφίδνου ποιησαμένου παῖδας· *quum Aphidnus Dioſcuros adoptaſſet.* Solone p. 81, E: Θαλῆς — παῖδα θετὸν ἔσχε, ποιησάμενος αὐτὸς τὸν τῆς ἀδελφῆς, ὥς φασι, Κύβισθον· *Thales — filium adoptivum habuit, quum adoptaſſet ſororis filium Cybiſthum.* Themiſtocle p. 128, B: Διοκλέα δὲ Λύσανδρος ὁ πάππος υἱὸν ἐποιήσατο. Antonio p. 955, D. Pauſanias VII, 1, p. 522· Ἴωνι — θυγατέρα Ἑλίκην, ἣ μονὴ οἱ παῖς ἦν, γυναῖκα αὐτῷ διδοὺς — καὶ αὐτὸν Ἴωνα ἐπὶ τῇ ἀρχῇ παῖδα ποιούμενος· recte vertit Kuhnius, *adoptavit eum, ut ſibi in regno ſuccederet.* Eſt etiam ubi παῖδα omittitur, ſed ita ut ex antecedentibus facile ſubaudiatur: v. c. apud Plutarchum Apophthegm. Alexandri p. 180, D: Ἐν δὲ Ἄμμωνος ὑπὸ τοῦ προφήτου παῖς Διὸς προσαγορευθεὶς, Οὐδέν γε, ἔφη, θαυμαστόν· πάντων μὲν γὰρ ὁ Ζεὺς φύσει πατήρ ἐστιν, ἑαυτοῦ δὲ ποιεῖται τοὺς ἀρίστους. X Orator. Vit. de Iſocrate p. 839, B: ἔπειτα Πλαθάνην τὴν Ἱππίου τοῦ ῥήτορος γυναῖκα ἠγάγετο τρεῖς παῖδας ἔχουσαν, ὧν τὸν Ἀφαρέα, ὡς προείρηται, ἐποιήσατο· i. e. *quorum Aphareum, ut dictum eſt, adoptavit.* Pauſa-

nias

nias IX, 34, p. 779: Ἀθάμας δὲ ἅτε οὐδένα οἱ παίδων τῶν ἀρσένων λελεῖφθαι νομίζων — ἐποιήσατο Ἁλίαρτον καὶ Κορωνὸν, τοὺς Θερσάνδρου, τοῦ Σισύφου. Ad rem ipſam & ſententiae auctoritatem firmandam juvat aliorum praecepta ſapientum apponere. Sic igitur Democritus apud Stobaeum Florileg. LXXVI, p. 452, indeque in Stephani Poeſi Philoſ. p. 173, 174: Οὐ δοκεῖ μοι χρῆναι παῖδας κτᾶσθαι· ἐνορῶ γὰρ ἐν παίδων κτήσει πολλοὺς μὲν καὶ μεγάλους κινδύνους, πολλὰς δὲ λύπας, ὀλίγα δὲ τὰ εὐθηλέοντα καὶ ταῦτα λεπνά (leg. λεπτά cum Trincavello & Stephano) τε καὶ ἀσθενέα. Ὁτέῳ χρήματά ἐστι, παῖδα ποιήσασθαι ἐκ τῶν φίλων ἐμοῖ δοκεῖ ἄμεινον εἶναι· καὶ τῷ μὲν παῖς ἔσται τοιοῦτος, οἷον ἂν βούληται· ἔστι γὰρ ἐκλέξασθαι οἷον ἐθέλει, καὶ ὃς ἂν δοκῇ ἐπιτήδειος εἶναι· καὶ μάλιστα κατὰ φύσιν ἕποιτο, (forte ἕλοιτο, *eligat*), καὶ τοῦτο τοσοῦτον διαφέρει, ὅσον ἐνταῦθα μέν ἐστι παῖδα λαβεῖν καταθύμιον ἐκ πολλῶν ὧν ἂν δεῖ· εἰ δέ τις ποιεῖται ἀπὸ ἑωυτοῦ, πολλοὶ ἔνεισι κίνδυνοι· ἀνάγκη γὰρ, ὃς ἂν γένηται, τούτῳ χρῆσθαι. Quod autem dixit Democritus κατὰ φύσιν, pertinet ad ingenium & voluntatem adoptantis, *ſecundum ſuam ipſe naturam & ſecundum ſuos mores eligat:* id eſt, *ſimilem ſibi*, ut Iſocrates tradit Siphniorum legem juſſiſſe, in Aeginetica adoptatum Siphnium dicentem faciens p. 664: κατὰ τοῦτον τὸν νόμον,

ὦ

ὦ ἄνδρες Αἰγινῆται, υἱόν με ἐποιήσατο Θρασύλοχος, πολίτην μὲν αὐτοῦ καὶ φίλον ὄντα, γεγονότα δ' οὐδενὸς χείρω Σιφνίων, πεπαιδευμένον δὲ ὁμοίως αὐτῷ καὶ τεθραμμένον· ὥστ' οὐκ οἶδ' ὅπως μᾶλλον ἂν κατὰ τὸν νόμον ἔπραξεν, ὃς κελεύει τοὺς ὁμοίους παῖδας εἰσποιεῖσθαι. Λάβε δὲ καὶ τὸν Σιφνίων νόμον, καθ' ὃν πάλαι (vulgo πάλιν) ἐπολιτευόμεθα. Egregie, ut alia, de hoc officio pronunciat Plinius in Panegyrico v. c. VII: *Superbum iſtud & regium, niſi adoptes eum, quem conſtet imperaturum fuiſſe etiamſi non adoptaſſes. Fecit hoc Nerva, nihil intereſſe arbitratus genueris an elegeris; ſi perinde ſine judicio adoptentur liberi ac naſcuntur: niſi tamen quod aequiore animo ferunt homines, quem princeps parum feliciter genuit, quam quem male elegit.* Et quando adoptatur fere is qui optimus habetur, optandum eſt ut natus filius ſimilis adoptato evadat. Quo pertinet illud in peroratione XCIV: *Capitoline Jupiter, precor, ut quandoque ſucceſſorem ei tribuas quem genuerit, quem formaverit, ſimilemque fecerit adoptato —.*

P. 30. Artem amatoriam, ἐρωτικὴν, Socratis eleganter explicuit Maximus Tyrius Diſſ. VIII — XI, opportunis plane de hoc argumento annotationibus auctus à D. Heinſio. Pertinet eodem abſtruſa Plotini disputatio de Amore, Ennead. III. Lib. VI.

P. 31.

P. 31. Discere non eſſe niſi reminiſci, τὰς μαθήσεις εἶναι ἀναμνήσεις, celebratum eſt in Platonis ſcholis argumentum: de quo eſt Maximi Tyrii Diſſ. XXVIII. ex Daviſii diſtributione XVI, cujus, ut D. Heinſii, non eſt negligenda animadverſio. Olympiodorus Commentario MS. in Phaedonem Platonis in eadem quaeſtione multus, habet etiam ἐπιχειρημάτων συναγωγὴν, δεικνύντων ἀναμνήσεις εἶναι τὰς μαθήσεις· in quibus haud pauca ſunt proſcripta ἐκ τῶν τοῦ Χαιρωνέως Πλουτάρχου· quae in hujus fragmentis edidimus Cap. VII.

P. 37. Huc pertinet, quod θέατρον frequenter ipſi *ſpectatores* & *auditores* dicuntur: v. c. apud Herodotum in re illuſtri, Mileti expugnatione VI, 21: καὶ ποιήσαντι Φρυνίχῳ δρᾶμα Μιλήτου ἅλωσιν, καὶ διδάξαντι, εἰς δάκρυά τε ἔπεσε τὸ θέητρον —. Plutarchum T. I, p. 374, F: T. II, 79, E: 92, E, 110, C: Platonem Leg. II, p. 578, D, ſaepius, & reſtituendum paulo antea, C: οὔτε γὰρ παρὰ θατέρου δεῖ τόν γε ἀληθῆ κριτὴν κρίνειν, μανθάνοντα καὶ ἐκπληττόμενον ὑπὸ θορύβου τῶν πολλῶν καὶ τῆς αὑτοῦ ἀπαιδευσίας· ubi nexus disputationis ſuadet παρὰ θεάτρου· atque ſic poſtea confirmatum vidi in codice Voſſiano, cujus Varias Lectiones edidit Heuſdius noſter in Specim. Platon. p. 147, ad edit. Steph. 659, A: & in Euſebii Praep. Evang. XII, p. 597, A: ubi Vige-

gerius veram lectionem libri ſcripti θεάτρου annotavit. Simile mendum occupavit dictionem Ariſtotelici libelli de Poetica, quem adoleſcens, aliquot annis ante inſtitutam Bibliothecae Criticae ſcriptionem, ſaepe multumque tractans, nonnullis in locis correxiſſe viſus, has correctiones ad calcem libri notavi, & ſubinde emittere deſtinans adhuc propoſito fruſtratus ſum. Eſt autem locus Cap. XIII, p. 26, edit. Heinſ. ἔστι δέ τις (ἀναγνώρισις) καὶ σύνθετος ἐκ παραλογισμοῦ τοῦ θεάτρου· quem locum *mire corruptum*, & proinde *genus agnitionis non ſatis excuſſum*, pronunciat D. Heinſius De Conſtitutione Tragoediae p. 83: legendum annotavi ἐκ παραλογισμοῦ θατέρου, *ex falſa ratiocinatione alterius*: ita ſupra Cap. XII, p. 24: — ἀναγνωρίσεις αἱ μέν εἰσι θατέρου πρὸς τὸν ἕτερον, ὅταν ᾖ δῆλος ἕτερος τίς ἐστίν· ὅτε δὲ ἀμφοτέρους δεῖ ἀναγνωρίσαι —. Atque item correxiſſe video acutiſſimum Criticum Godofredum Hermannum in nupera libelli hujus editione.

P. 40. Simonidis dictum, σιωπῆς ἀκίνδυνον γέρας, cogitavit Philo Jud. De Vita Moſis p. 646, C: βελτίων γὰρ τῶν μὴ καθ' ἡδονὴν λόγων ἡ ἀκίνδυνος ἡσυχία.

P. 49. Ἡρακλέα τὴν σύμπασαν γῆν καθαίροντα —. plura dedimus ad Plutarchi Mor. p. 67, E.

Ibid. De Pindari dicto — λιπαραὶ καὶ ἀοίδιμοι

μοι Ἑλλάδος ἔρεισμα Ἀθῆναι· item plura & nos ad Plutarchi Mor. Apophthegm. Lacon. p. 232, E: & Literarum noſtrarum princeps atque Neſtor, Heynius ad Pindari Fragm. p. 74.

P. 51. σαφῶς εὖ οἶδα. Rationem noſtram adhuc probamus. Eſt quidem ſimpliciter dictum ab Aeſchylo Perſ. 786, Εὖ γὰρ σαφῶς τόδ' ἴστ' ἐμοὶ ξυνήλικες. Sed nos de proſa oratione judicavimus: nec poetis id temere concesſum, & forte huic eximium, de quo valeat illud Ariſtophanis Ran. 1185, Δὶς ταὐτὸν ἡμῖν εἶπεν ὁ σοφὸς Αἰσχύλος. In Plutarcho De Rep. Senibus Gerenda p. 796, B: δεῖ — μὴ — τῶν παραβλαστανόντων καὶ ὑποφυομένων σαφῶς ἀφαιρεῖσθαι καὶ κολούειν τὴν βλάστην καὶ τὴν αὔξησιν· dicitur de invidis ſenibus, *eos non debere juvenes ſuccreſcentes ipſorum laudi labefactare & incremento privare:* ubi σάφῶς prorſus otioſum reperitur, & abeſt in duobus optimis codicibus ſcriptis B & E, ut delendum videatur, niſi forte natum ſit ex σφίσι, quod Plutarchus ſcribere potuit.

P. 53. Quam fecimus medicinam Muſonio, eadem facienda eſt Iſocrati Panathen. p. 413: Τίνας οὖν λέγω πεπαιδευμένους, ἐπειδὴ τὰς τέχνας καὶ τὰς ἐπιστήμας καὶ τὰς δυνάμεις ἀποδοκιμάζω; Loco verbi λέγω vulgatur ἔχω·

P. 59. Quae traditur III ſignificatio Φήμης, exſtat eadem in Euripidis El. 701. Platonis

Leg. II. p. 580, E, *μυθολόγους* — *διὰ θείας φήμης*· Pauſania VIII, 32, *ἐξ ἐπῶν τοῦ Ὁμήρου φήμη*· Lyſia Epitaph. p. 28, *μνήμην παρὰ τῆς φήμης λαβών*. Ad p. 61, *de omine ex fortuita voce ſuſcepto*, referendum eſt hoc Platonis Epinom. 702, E: *ἢ καθ' ὕπνον ἐν ὀνειροπολίᾳ προστυχόντες, ἢ κατὰ φήμας καὶ μαντείας λεχθεῖσιν ἐν ἀκοαῖς ὑγιαίνουσιν ἢ κάμνουσιν* Ad p. 63 de *oraculis*: Plato Leg. I, p 565, A, dicta Jovis ad Minoem *φήμας* nominat. Simili in re Euripides Helen. 826: item de oſcinibus Hippol. 1056. P. 64: *nomen, quod rei ex augurio venit*, Plato Leg. X, 673, G. IX, 662, B: IV, p. 596, Ad P. 66: *omen ex voce ſuſceptum*, *Baſilius* apud Daviſium ad Cic. Divinat. p. 210. Alii loci promiſcue notati redigantur in claſſes à nobis notatas: v. c. Platonis p. 664, G. 680; G. 703, D. Andocides De Myſter. p. 64. Plutarchus T. I, p. 462, E. 268, A, E. T. II. 93, D. 938, E. 1103, B. 1125, D. 398, D. Vit. Homer. 212, p. 397. edit. Gal. Dio Chryſ. Or XXXV, p. 431, C. 431. B. Ariſtides. T. I. p. 320. 323. 325. 350. 356. T. II. 420. Jamblichus Vit. Pythagor. §. 149. Citarunt noſtram animadverſionem Ruhnkenius ad Timaeum Gloſſ. Plat. Voce *Ὄττα* p. 198: & Boiſſonadius ad Philoſtrati Heroic. p. 281.

P. 70. Quod ſcripſi, *libellum de Ageſilao recte*

recte arbitror Xenophonti abjudicaſſe Valckenarium: confirmando huic judicio quasdam rationes prodidi in Animadverſionibus ad Plutarchi Opera Moralia p. 31, C.

P. 72. ὀξυβελεῖς in Polyaeno II, 29, 1, non mutandum eſt in τοξοβόλους. Sunt enim catapultae, quibus ſagittae in longiſſimum ſpatium emittuntur: ut colligimus ex Lipſio Poliorcetic. III, 2: & Weſſelingio ad Diodor. Sic. T. II, p. 140. In Euripidis fragmento apud Stobaeum p. 240, legitur, Ἢ τόξα πάλλων, ἢ μάχῃ δορὸς σθένων, neſcio quomodo πάλλων, *vibrans*, *quatiens*, à re alienum & in βάλλων mutandum videtur; ut ſit *ſagittas emittens*; ſi quidem τὰ τόξα non ſolum arcum, ſed & ſagittas ſignificat, teſte Euſtathio ad Homer. p. 1248, probante H. Stephano Theſaur. L. Gr. T. III. p. 1588.

P. 79. Lyſiae Orationem Funebrem non eſſe germanam, ſed ab alio quocumque tandem auctore ſcriptam, jam ſuſpicatus erat Reiskius in annotatione ad eam, Orator. Attic. Vol. V. p. 64.

PARTE X.

P. 8. Alcibiadis verſatile ingenium ad mores ſuos mutandos, eorumque, quibuscum degeret, moribus accommodandos, primus notaſſe videtur Theopompus, quem deinceps poſteri ſcripto-

res ſecuti ſunt, quos memoravimus in Animadverſionibus ad Plutarchi Librum De Diſcernendo Adulatore ab Amico p 52, E.

P. 11, 12. Formula τὸ δὲ οὐ τοιοῦτον ἄρα ἦν, fluxerit partim à Demoſthene, qui ſimiliter dixit Or. Pro Corona p. 333, B: τὸ δὲ οὐ τοιοῦτόν ἐστι. Ex eodem uſu interpretanda eſt dictio Platonis ſane impedita Leg. VII, p. 633, G: τὸ δὲ ἦν, ἐν πολέμῳ μὲν ἄρα οὔτ' οὖν παιδιὰ πεφυκυῖα, οὔτ' αὖ παιδεία ποτὲ ἡμῖν ἀξιόλογος, οὔτε οὖσα οὔτε ἐσομένη· τὸ δὴ φαμὲν ἡμῖν γε εἶναι σπουδαιότατον, δεῖ δὴ τὸν κατ' εἰρήνην βίον ἕκαστον πλεῖστόν τε καὶ ἄριστον διεξελθεῖν· hanc in ſententiam: *Res autem ita ſe habet: in bello nec luſus nobis umquam, nec diſciplina, aut eſt magnopere, aut erit: quod autem dicimus nobis eſſe ſtudio digniſſimum hoc eſt, ut unusquisque in pace vitam quam optimam & longiſſimam traducat.* Forte pro δεῖ legendum δεῖν. Platoni ſubinde τὸ δὲ uſurpatur pro τοῦτο δὲ οὕτως ἔχει: v. c. Leg. I. p. 572, B. III. 588, C. Apolog. S. 361, B. Pertinent huc aliorum exempla: v. c. Dionis Chryſ. Or. LXXIV, p. 642, B: τὸ δὲ πρᾶγμα οὐ τοιοῦτόν ἐστιν. Plutarchi De Iſid. & Oſir. p. 269, C: τὸ δὲ οὐκ ἔστι τοιοῦτον.

P. 13. τί δρῶντα ſic eſt apud Platonem ſimili in ſententia Leg. VIII, p. 647, G: τὸ δὴ λανθάνειν

νειν τούτων δρῶντά τι, καλὸν παρ' αὐτοῖς ἔστω νόμιμον, ἔθει καὶ ἀγράφῳ νομισθὲν νόμῳ.

P. 14. De hoc uſu verbi ἐπιφέρειν plura dat Boiſſonadius ad Philoſtrati Her. p. 621.

P. 16. Addatur hoc Aeliani Var. Hiſt. VII, 2: ἀμφότεροι γὰρ βιαίου θανάτου ἔργον ἐγένοντο.

P. 29. Ex hoc uſu verbi διανοεῖσθαι ſunt Platonis loci Leg. VI, p. 619, C: διανοηθήτω — ὡς οὖσαν ταύτην τὴν ἀρχὴν τῶν ἐν τῇ πόλει ἀκροτάτων ἀρχῶν πολὺ μεγίστην. p. 626, E: νύμφην χρὴ διανοεῖσθαι καὶ νυμφίον ὡς ὅτι καλλίστους καὶ ἀρίστους εἰς δύναμιν ἀποδειξομένους παῖδας τῇ πόλει. Synefii De Regno p. 3, B: διανοεῖσθαι δὴ τὸ μὲν ὡς ἀεὶ ποιήσων, τὸ δὲ ὡς οὐκέτ' αὖθις.

P. 31. Formam Homericam feſtive reddidit Hegemon Thaſius apud Athenaeum XV, p. 698, D:

Καὶ σπάνις ἡ πολλοὺς Θασίων εἰς ὁλκάδα βάλλει
Ἐς κούρων βδελυρῶν, ὀλλύντων ὀλλυμένων τε
Ἀνδρῶν, οἳ νῦν κεῖθι κακῶς κακὰ ῥαψῳδοῦσιν.

ubi noſtra excerpta codicis Medicei & Pariſini verſu ſecundo Εὐκούρων praebent.

P. 35. — ἀκμῆτας ἦγες τὸ στράτευμα. Videantur annotata & citati à Boiſſonadio ad locum appoſitum Philoſtrat. Heroic. p. 450.

P. 49. Illam orationis figuram inſignem in Juliani Laudatione Conſtantii Aug. p. 35, B: σκηπτὸς ἐδόκει πᾶσιν ὁ φερόμενος ἀπὸ τῶν Ἀλπέων, σκηπτὸς ἀφόρητος ἔργῳ καὶ ἄῤῥητος λόγῳ· hanc igitur haud temere ſuſpicabamur à Juliano aliunde petitam eſſe; neque enim ita multo poſt animadvertimus, eam ex Ariſtidis perdita declamatione adverſus Callixenum, accuſatorem praetorum Athenienſium in victoriâ ad Arginuſas, ductam, & memoratam exſtare apud Hermogenem de Form. Or. I, 6, p. 279: Σκηπτὸς ἦν, ὦ Καλλίξενε, σκηπτὸς ὁ ταῦτα κωλύσας, οὔτε λόγῳ ῥητὸς, οὔτε ἔργῳ φορητός. de quo loco plura dixi in Annotatione ad *Selecta Hiſt.* Gr. p. 399.

P. 52. — τοῖς — τοσοῦτον περιῆν θράσους. Attigit hanc dicendi formam doctiſſimus Boiſſonadius ad Philoſtrati Heroica p. 304.

P. 70. Conjunctionem λόγου & νόμου pluribus exemplis oſtendimus in Animadv. ad Plutarchum De Iſid. & Oſir. p. 352, C.

P. 84. Cognominis κριθίνου vim & uſum attigit H. Stephanus Theſ. & Gr. Indic. Voce κρίθη.

P. 86. Teſtimoniis illis de ritu ſtudioſae juventutis Atticae novitios condiſcipulos initiandi, addatur teſtimonium Olympiodori apud Photium Cod. LXXX, p. 189. & quos citat Schottus.

P. 111. Ad Timaei Gloſſas Platonicas & Ruhn-

Ruhnkenii Animadverſiones quum noſtra hic prodere vellemus annotata, animadvertimus ea plura & ampliora eſſe quam pro modo harum Poſteriorum Curarum. Itaque alium iis locum deſtinavimus.

PARTE XI.

E. H. Eldikius, vir unus eorum, qui nunc ſunt, Graecarum Latinarumque Literarum intelligentiſſimus, idemque Criticus longe acutiſſimus, qui quum ante multos annos egregio Suſpicionum libro lumen doctrinae ſuae oſtendiſſet, ejus deinceps copias, quibus abundat, ut nobis impertiret, fruſtra & ſperavimus & optavimus: Eldikius igitur, lecta hac Parte, elegantiſſimas ad me literas ſcripſit, quas lubenter totas ipſis ejus verbis referrem, niſi magis ipſius modeſtiae, quam ſtudio meo, obſequi deberem. Judicium tamen viri de quibusdam correctionibus, memorare liceat. Sic igitur ille:

„ In Lectionibus Andocideis corrigo p. 198.
„ Εἰ ἀνθρωπίνως περὶ ἐμοῦ γινώσκοιτε, εἴητε ἄνδρες
„ αἰδημονέστεροι. Vulgo legitur — εὐδαιμονέ-
„ στεροι.
„ — P. 275: λέγων ὡς εὐσεβείας, ἀλλ' οὐκ
„ εὐτελείας χάριν ἀνέγραψε. Vulgo eſt, λέγων
„ ὡς εὐσέβειαν, ἀλλ' οὐκ εὐτέλειαν ἀνέγραψε.

 „— P. 287.

„ — P. 287: Ἐγὼ μὲν οὖν, ὦ Ἀθηναῖοι, οὔτε
„ γένει, οὔτε πλούτῳ ἐλαττούμενος. Sic lego
„ pro eo, quod editur, Ἐγὼ μὲν οὖν, ὦ Ἀθηναῖοι,
„ οὔτε γένει ἀπελαυνόμενος.

„ In Philodemi Epigrammate, Bibl. Crit. XI,
„ p. 122., unice probo Ruhnkenii σιμοπρόσωπε."

Et Hermannus Boſſcha, vir elegantis accurataeque doctrinae, & dignae illa doctrina humanitatis, Profeſſor Literarum antea Harderovicenus, deinde Groninganus, nunc Amſtelodamenſis, & Gymnaſii idem Rector, literas ad me ſimiles Eldikianis ſimili in cauſſa ſcripſit, *quas item* referre totas geſtiens, non refero *tamen niſi* unam viri animadverſionem, eamque in primis opportunam, ad Bibl. Crit. P. XI, p. 122, ubi me monuit in Harpocratione, Voce Ζεῦξις, pro Ἀριστοτέλης jam ex annotatione exemplaris Goeſiani memoraſſe ἄριστος Jacobum Gronovium in ſua editione. Caeterum hoc verum putamus; nec probamus ejusdam Gronovii conjecturam ἀριστοτέχνης facientis ex Ἀριστοτέλης, literarum ſimilitudine oculis quidem blandientem, nec tamen probabilitati ſatisfacientem: minus etiam audaciae ignoſcimus, illam conjecturam in ipſum contextum ponentis.

Alia in hac parte emendanda vel ſupplenda notavimus ibidem p. 177. & ſequentibus.

II.

II.

RELATIONES BREVIORES.

Hunc locum argumentis minoribus deſtinatum, ne prorſus omitteremus, ad paucitatem brevitatemque capitum revocare nos coegit & ſuperioris materiae, & ſequentium Indicum, amplitudo, jam ipſa per ſe ultra veterem hujus libelli modum excurrens; ut de majoribus nos cenſuris ne cogitare quidem ſinat. Cui neceſſitati nos ita paremus, ut integrum nobis ſit, de argumentis nunc breviter notatis, alio tempore locoque fuſius uberiusque exponere.

I. *Davidis Ruhnkenii Opuscula, Oratoria, Philologica, Critica, nunc primum conjunctim editæ. Lugduni Batavorum apud Sam. & Joh. Luchtmans.* MDCCCVII. 8. *pagg.* 347. Horum editione opusculorum omnibus elegantis doctrinae ſtudioſis, clari & honeſtiſſimi bibliopolae utile gratumque fecerunt. Qui quum Elogium Hemſterhuſianum typis repetere inſtituerent, nosque rogarent, ut aliquid ex Ruhnkenianis

chartis novum adderemus; nos iis oſtendimus id, quod res erat, nullam illarum chartarum partem ad edendi modum officiumque expoſitam reperiri, ſed exſtare jam ſingillatim emiſſas Diputationes & Orationes, dudum infrequentes & raras, ideoque à doctis hominibus deſideratas. Fuit hoc propemodum ἅμα ἔπος ἅμα ἔργον· & poſt paucis menſibus liber exiit. Continetur autem ſeptem opuſculis; quorum hic eſt ordo, haec nomina. I. *Elogium Tiberii Hemſterhuſii, cum duabus Richardi Bentleii ad illum Epiſtolis.* II. *Oratio de Graecia Artium ac Doctrinarum inventrice.* III. *Oratio, de Doctore Umbratico.* IV. *Diſſertationes duae, de Galla Placidia Auguſta.* V. *Diſſertatio de Antiphonte Oratore Attico.* VI. *Diſſertatio de Tutelis & Inſignibus Navium.* VII. *Diſſertatio de Vita & Scriptis Longini.* Nos de ſingulis ſummatim diximus in Vita Davidis Ruhnkenii, excepta illa *De Tutelis & Inſignibus Navium:* quam non in Ruhnkenii ſcriptis cenſendam eſſe judicabamus; quod memineramus, eum aliquando nobis narrare, illam diſſertationem, quamvis ſuo auſpicio & auxilio, tamen ab ipſo Enſchedéo ſcriptam eſſe; ita ut huic libelli proprietas & auctoritas relinquenda eſſet. Erat autem filius patris cognominis, Johannis Enſchedé, civis Harlemenſis, clari ab arte χαλκογραμματοχοϊκῇ. ita enim Graece di-

dicere nobis liceat hanc artem fundendi aeneas literarum formulas: quam filius poſtea factitavit. eodem autem, quo hanc Diſſertationem habuit anno MDCCLXX, mihi Leidam venienti in familiaritatem conciliatus à Ruhnkenio, cognitus eſt elegantis doctrinae perite ſtudioſus: obiit, ſi recte memini, paucis ante Ruhnkenium annis. In titulo nomen *Philologica* poterat vel abeſſe, vel mutari in *Hiſtorica.* Nam & *Criticum*, & *Philologicum* genus, uſu fere idem valent, omneque argumentum antiquae doctrinae complectuntur: & recentiorum conſuetudine Philologia magis de Sacris Literis uſurpatur; itaque J. A. Erneſtus haud abs re ſuum ſimilis argumenti librum inſcripſit *Opuſcula Philologica & Critica:* unde videtur titulus petitus eſſe Ruhnkeniano huic libro: cujus argumento nomen *Philologicum* non ſatis congruit. In externis dotibus editionis memorari debet typorum nitor, chartae bonitas, ordinis decor: mendorum paucitas: quorum tamen notationem, ut item Indices Rerum Verborumque, deſideramus.

II. Epiſtolarum Ruhnkenii & res ipſa nos admonet, & id, quod modo de eo diximus. Nam quod earum edendarum conſilium profeſſi ſumus proximae Partis p. 156, & homines doctos, qui ſane haud pauci ſunt, qui illius Epiſtolas vel ad ſe, vel ad alios, ſcriptas in ſcriniis habeant, ro-

ga-

gavimus, ut earum nobis exempla mitterent; non niſi ſeptem ad nos venerunt: de quibus ſane optimos viros, qui impertiverunt, multum amamus, & nominatim praedicabimus: alii autem quidam promiſerunt ſe miſſuros: quorum prouti benevolentiam nunc laudamus, ita beneficentiam laudabimus, quum promiſſo ſteterint. In manibus habemus fere octoginta epiſtolas Ruhnkenii ad nos ſcriptas, inde ab initio notitiae noſtrae, usque ad illius vitae exitum. Apud ipſum invenimus aliorum pauciſſimas; quippe pleraſque mox cremabat: ſuarum exempla nulla; *quippe* quae factitare non ſolebat: quod & *nos demum* poſt illius obitum in noſtro ſ*cribendi negotio* inſtituere coepimus: non quidem nos, ut eas editioni deſtinaremus; neque enim item, ut de Ruhnkenianis, de noſtris magnifice ſentimus: ſed ut reliquae noſtrae vitae & inſtanti ſenectuti conſuleremus, nec, quid ſcripſiſſemus, ob*liviſce*remur; quamquam adhuc quidem memoria ſatis & facili & fideli uſi ſumus. Illos igitur, paenes quos adhuc ſunt Ruhnkenii epiſtolae, viros rurſus & majorem in modum rogamus, ut ſi quid apud eos vel communis Literarum utilitas, vel Ruhnkenii recordatio, vel noſtra gratia *valet*, nobis illarum copiam faciant. Nos affirmare haud veremur, has epiſtolas quamvis plerumque familiariter feſtinanterque ſcriptas, tamen eam-

dem,

dem, quam caetera ejusdem ſcripta, puritatem, perſpicuitatem, urbanitatemque referre, ac dignas eſſe, quae Mureti, Manutii, & ipſius Ciceronis epiſtolis comparentur. Itaque erit hoc munus ut fructuoſum ſtudioſis, ita bibliopolae non infructuoſum. Qui quum jam unus & alter ejus edendi facultatem à nobis petiiſſent; idem, quod Opuſculorum editori, eadem in cauſſa hanc Opuſculis acceſſionem petenti, reſpondimus: his Epiſtolis edendis nondum nec tempus, nec numerum conſtare, & alium locum deſtinari.

III. Tertium hoc nobis caput ſit quaſi τὸ τρίτον τῷ σωτῆρι, recuperando amiſſo volumini Plutarcheo, quod ſuperiore hujus Bibliothecae Parte p. 173, ex libris Ruhnkenianis ablatum eſſe, certe in iis deſiderari, teſtificati ſumus, necdum ad ſuos lares rediit. Quare eamdem ſive rogationem, ſive vindiciarum profeſſionem, iteramus, ceſſatorique affirmamus, redditum librum non debiti ſed beneficii loco à nobis habitum iri, ipſumque reddentem σωτῆρα τοῦ βιβλίου παρ' ἡμῶν ἀναγραφήσεσθαι.

IV. Quando autem ſubinde docti homines exteri, noſtrarum legum ignari, aliquem librum ſcribere inſtituentes, nos rogaverunt, ut ſibi accommodata illi operi ſubſidia codicum Bibliothecae Publicae impertiremus: noſtraeque ad eos epi-

epiſtolae vel occupationibus noſtris retardari, vel commeatus difficultate intercipi ſolent; faciendum nobis putavimus, ut iis ſemel hoc loco & in praeteritum & in futurum reſponderemus. Nos harum Literarum ſtudioſis gratificandi, ut ſummam voluntatem, ita exiguam facultatem habemus. Libris qui volunt uti, in ipſa *Bibliotheca* uti debent: nec eos domum aſportare & arceſſere licet, niſi hujus Academiae Curatoribus & Profeſſoribus, aut qui nominatim petentes à Curatoribus impetraverint. Ergo abſentibus quid faciendum ſit, apparet: vel ipſi veniant, quod Ruhnkenius ſuadere ſolebat: vel *ſuum negotium* per alios praeſentes excerpendo *deſcribendoque* idoneos agi curent. Tales igitur ut ſibi quaererem homines idoneos, qui mercede conducti opus facerent, ſtudioſiſſimi hac in cauſſa viri nos flagitarunt. Atqui tales reperire, ita ſubito cogitans quis facile eſſe putet: immo experienti nil difficilius accidit. Ita enim homines noſtri literati ſuarum rerum ſatagere ſolent, ut ad alienum opus agendum nil ſibi otii relictum putent. Quare & nos viciſſim humaniſſimos illos flagitatores rogamus, ut cujusmodi hoc negotium ſit, ipſi reputent, noſtramque voluntatem ne deſiderent.

V. Et hoc loco manes defunctorum, nobis in vitâ ſtudiis & favore conjunctorum, ſalutemus; quorum obitus inter hujus ſuperiorisque *Partis* edi-

editionem vel accidit, vel ad nos perlatus eſt. Duo ſunt cives, exteri duo: illorum recentior eſt memoria, optimorum virorum Saxii & Hanae: quorum quum ſuperiore Parte eodem loco mentionem faciebamus, Saxium quidem nonagenarium & dudum coelo debitum, jam ut brevi deceſſurum proſequebamur: Hanae autem florentis aetate quadraginta duorum annorum, longiorem uſuram fatum nobis conceſſurum ſperabamus. Ac de Saxio quidem & ſaepe diximus, nec eſt quod plura dicamus; cujus laudes, quousque humanitatis noſtrae fines patent, ab omnibus celebrantur, ut viri in omni Antiquitatis & Hiſtoriae ſcientia primarii. Caeterorum minus quidem pervulgata eſt fama, nec tamen non magni facienda virtus ac doctrina. Nam, Henricus Hana eodem quo Saxius anno MDCCCVI, d. XI Maji, mortuus, viginti & tribus annis ante Amſtelodami auditor fuit noſter, cum in ſcholis Logicis & Metaphyſicis, tum in familiaribus de omni Literarum genere ſermonibus; et hujus diſciplinae neceſſitudinem majore, quam vulgo ſolet, pietate poſtea ſemper coluit. A Ruhnkenio, ut in ejus Vita p. 119 diximus, edendi Phrynichi provinciâ auctus, quominus eâ perfungeretur, tempora obſuerunt. Rector ſcholae, primum Amisfurtanae, deinde Amſtelodamenſis, multis variisque occupationibus im-

implicitus, dum omnibus officiis antiquitus traditis religioſè ſatisfacere cupit, Rectoris, magiſtri, praeceptoris, paedagogi, patris, mariti, fratris, cognati, affinis, in omni vitae genere, publico, civili, privato, domeſtico, literato, in omni cultu & divino & humano; minoremque rationem virium ſuarum quam laborum haberet, horum pondere obrutus oppreſſusque eſt: magnum omnibus accuratae diſciplinae, nobis etiam pietatis, deſiderium relinquens: ejus inſtitutionis diligentiam ac memoriam proſequentibus Curatoribus Scholae, Viris Ampl., tribuendo viduae annuo honorario ſexcentorum florenorum. Duo reliqui viri priſtina ſtudiorum communione nobis cari fuerunt. Pater enim meus ex Theologica cathedra Bernenſi in Marburgenſem migrans, mihi nonum tunc annum agenti, necdum Latinorum lectione Scriptorum imbuto, erudiendo praeceptorem ac paedagogum domeſticum adhibuit Jacobum Jaegerum, inſigni ſcientiae ingeniique laude florentem juvenem. Hic me docens, Hiſtoriam, Geographiam, veteres Linguas; plura etiam volens docere, quibus nondum maturus eram, veluti Mathematica, & Latinos verſus pangere; duo certe bona, quorum prorſus adhuc expers eram, ſuo exemplo in me vel excitavit vel ingeneravit, ſenſum pulcri, & aſſiduitatem ſtudii; unde factum eſt, ut

Scrip-

Scriptores Latini, in primis Virgilius & Nepos, & placerent mihi ſummopere, & ad legendum relegendumque me allicerent ac tenerent. Quarto anno ille publicum docendi munus, mox cathedram Matheſeos in Academia Rintelenſi adeptus, noſtram domum reliquit: ego ſcholis Profeſſorum operam dare coepi: quibus quadriennium partim perceptis, partim deguſtatis, quinto anno relictis, totum me Graecorum lectioni dedi: in eaque rurſus quadriennium verſatus, Epiſtolam Criticam ad Ruhnkenium ſcripſi. Hoc intervallo, caſu in *Bangium* incidi, eadem in urbe degentem, nobilis familiae paedagogum, quindecim fere annis me majorem, omnis liberalis doctrinae peritum, Graecarum autem Latinarumque Literarum accurata ſcientia excellentem, & plane ad Erneſtinae rationis elegantiam excultum. Et hujus mihi viri fructuoſa fuit conſuetudo ad cognitionem in primis bonorum librorum in Latinis Literis, in quibus tunc novus & hoſpes eram. Sacerdotium ruſticanum ſemel nactus, in ejus umbra latuit: Academiae luce, quamvis unus omnium digniſſimus, tamen carens per eorum vel ignorationem vel errorem, paenes quos aut commendandi facultas, aut deferendae cathedrae poteſtas eſſet. Caeterum domi ſuae ad Literarum ſcientiam erudiebat filios ipſe ſuos, & alios ſubinde adoleſcentes ejus di-

ſciplinae praeſtantiam expetentes: in quibus etiam fuit Fridericus Creuzerus, poſtea Eloquentiae Literarumque Graecarum & Latinarum Profeſſor Marburgenſis, nunc Heidelbergenſis, vir elegantis doctrinae, compluribus editis libris cognitae & probatae. Scriptis Bangii, de quibus verbo diximus Bibliothecae Criticae Parte VI, p. 138, & Vitae Ruhnkenii p. 165, annumeranda eſt diſputatio Latina in Actis Societatis Theologicae Haganae edita, ſecundi loci praemio, argenteo nummo, condecorata anno circiter MDCCLXXXVIII. Uterque, & Jaegerus & Bangius, jam provecta aetate, paralyſi labefactatus, uxore orbatus, liberorum pietate & cura ſuſtentatus, vitam trahens moeſtam nec vitalem, mortem ſummi beneficii & unici remedii inſtar habuit: uterque nobis eo magis dolendus, quo magis utrique congruam ipſorum virtuti vitae obitusque facilitatem optare ſolebamus.

VI. *Pauli Erneſti Jablonskii Opuſcula, quibus Lingua & Antiquitas Aegyptiorum, difficilia Librorum Sacrorum loca & Hiſtoriae Eccleſiaſticae capita illuſtrantur: magnam partem nunc primum in lucem protracta, vel ab ipſo auctore emendata ac locupletata: Tomus* II. *Edidit atque animadverſiones adjecit Jona Guilielmus Te Water. Lugduni Batavorum, apud A. & J. Honkoop* MDCCCVI. 8. *pag.* 494. Pergit eru-

di-

ditiſſimus noſter Collega in opere Jablonskiano reddendo & annotationis diligentia augendo: & nos pergimus optare, quod antea optavimus, ut Editori cum ad hoc negotium, tum deinceps ad Arnobii deſtinatam editionem, ad cujus apparatum nuper etiam acceſſit collatio codicis antiquiſſimi Pariſini à Lyndeno noſtro, ac doctiſſimo ejus in itinere ſocio, Zulligio, facta: ad haec igitur opera conficienda ut Editori cum ingenii ſtudiique vigore corporis porro vires ſuppetant. Caeterum hujus Tomi relatione defungimur apponendis titulis disputationum, quibus conſtat: I: *Remphah*, Aegyptiorum deus, ab Israelitis in deſerto cultus. II: Diſſertationes octo de Terra Goſen. III: Specimen novae interpretationis Tabulae *Bembinae*, vel, ut vulgo dicitur, *Iſiacae*. IV: Conjectura in clauſulam ejusdem Tabulae, de feſto Oſiridis inventi, & de die, in anno Aegyptiorum, feſto huic proprio. V: Commentatio de diebus Aegyptiacis, in vetuſto Kalendario Romano commemoratis. VI: Obſervationes, quas ipſe Jablonskius adſcripſit exemplo *Panthei Aegyptiorum*, nunc primum ex autographo editae. VII: Diſſertatio de Redemtore ſtante ſuper pulverem, ad locum Jobi XIX, 25, illuſtrandum. VIII: Exercitatio de genuina & propria ſignificatione τῆς διαθήκης in ſcriptis Novi Teſtamenti. IX: Exercitatio de

verbo otioſo, cujus ratio in judicio divino reddenda eſt, ad Matth. XII, 36. X: Exercitatio de *ſalſura ignis aeterni*, ad Marci IX, 49.

VII. *Hugonis Grotii Epiſtolae ineditae, quae ad Oxenſtiernas, patrem & filium, aliosque Sueciae Conſiliarios è Gallia miſſae, ac ſub auſpiciis viri plur. rever. Jacobi Lindblom, primum Eccleſiae Lincöpienſis Antiſtitis, jam Archiepiſcopi Upſalienſis, ex authentico exemplari, quod in Bibliotheca Lincöpienſi ſervatur, deſcriptae, nunc prodeunt ex Muſeo Meermanniano. Harlemi, typis A. Loosjes, P. F.* — MDCCCVI. 8. *pagg.* 278. Multos quidem Batava terra inſignes in Literis aliisque disciplinis viros tulit: ſed, horum univerſae laudis habita ratione, ingenii magnitudine, doctrinae copia, varietate, elegantiâ, principes ſine dubio cenſendi ſunt Deſiderius Erasmus & Hugo Grotius. Itaque eorum ſcripta licet multa exſtent & communi uſu frequententur; tamen ſi quae pars adhuc abdita in lucem profertur, ejus editionem & cupide amplectimur, & grato animo interpretamur. Hujusmodi fuit illud munus Epiſtolarum Erasmi, de quo retulimus Bibliothecae Criticae Parte IV, p. 128. Hujusmodi & hoc eſt Epiſtolarum Grotii munus, de quo nunc referimus: J. Meermanno, Viro Excellentiſſimo, eidemque eruditiſſimo debemus: qui ſuis in Literas & Hiſto-

ſtorias meritis hoc novum meritum adjecit. Nam, ut ipſe profitetur in praefatione brevi quidem illa, ſed diligenter & Latine ſcripta; quum ante paucos hos annos Parallelorum Grotii librum tertium editurus, inquireret an priores aut plures etiam horum libri in Belgio aut Suedia laterent, accidit ut eorum loco, centenae fere Epiſtolae Grotianae, quae in Muſeo literario Eccleſiae Lincöpienſis ſervabantur, neque adhuc editae eſſent, mira cum humanitate à venerando ejus Eccleſiae Antiſtite Jacobo Lindblom, nunc Archiepiscopo Upſalienſi, ipſi offerrentur: & tandem manu idonei hominis ſedule nitideque deſcriptum exemplum ad ſe perveniret. Cui edendo, Meermannus omnem quam potuit curam impendit; emendandis locis, ut erant in autographo mendoſe aut dubiis & incertis literarum ductibus ſcripti, iisque fere ad criticam conjecturam exigendis & conſtituendis: de ſolis nominibus propriis aut minus celebratarum urbium, aut virorum obſcurioris famae, non aeque anxie inquirens. Epiſtolae numero ſunt XCI: ſcriptae Latine, excepta una Francica: tempus earum eſt duplex; primum pertinet, ab a. MDCXXXIII, menſe Februario, ad extremum MDCXXXVII: alterum ab anno MDCXLIII ad a. MDCXLV. menſis Julii diem xxv, quo data eſt poſtrema, Holmiae ad Axelium Oxenſtier-

 nam;

nam; quum ipſe Grotius proximo menſe Auguſto, die XXVIII, Roſtochii obierit. Ex interjecto ſpatio non eſt niſi una, anni MDCXL. Scripſit eas Grotius in legatione Suedica, qua per *illud* ſpatium apud Gallicam aulam Lutetiae functus eſt. Harum octo ſunt ad eumdem Oxenſtiernam, Regni Suedici magnum Cancellarium & procuratorem: reliquae ad Conſiliarios Regios Schmalchium, Johannem Oxenſtiernam filium, poſtremo tempore ad Osnabrugenſem *pacificationem* Legatum: ejusdemque in hoc munere collegam, Salvium. Ergo argumentum earum eſt de rebus quas ſcire intererat eorum, ad quos *ſcribebat*, id eſt de rebus noviſſimis *quibusque bellicis* & civilibus, apud Gallos in primis, ſed & alios omnes Europae populos domi forisque geſtis. Et fuit ſane illud tempus, quod in extremos Ludovici XIII & Richelii, ac primos Ludovici XIV, in tutela matris ſub Mazarinio educati, annos incidit, plenum ac ferax magnis bellis, quibus omnis fere Europa flagrabat. Et locus is erat ad quem quidquid in orbe terrarum ageretur, veluti ad caput referretur. Et aula ea, quae dudum per invidiam Sacerdotalis auctoritatis diverſis factionibus agitaretur; accedente etiam poſtremo tempore maternae dominationis partim indignatione partim adulatione, per aulicarum rivalitates mulierum ad virorum diſſenſiones contentionesque pro-

propagata. Et Grotius is erat, qui ad haec obſervanda rationem uſumque adferret, ingeniorum receſſus perſpectos, inclinationum momenta pertractata haberet. Ergo per has quoque, ut caeteras Grotii epiſtolas, cum ipſius vita, tum illorum temporum hiſtoria, multis partibus vel locupletatur vel illuſtratur: & cum his item illa partim laus communicanda eſt, qua Ciceronis ad Atticum epiſtolas cenſet Nepos: ſic omnia de ſtudiis principum, vitiis ducum, mutationibus reip. perſcripta eſſe, ut nihil in iis non appareat; & facile exiſtimari poſſit prudentiam quodammodo eſſe divinationem. Stilo ſimiles editis, magis extemporales videntur; attamen quales ab illo elegantiae ſenſu, & ingenio Veterum commentationibus innutrito & fere innato, exſpectari poterant. Magis autem narrando, quam judicando, continentur; ita, ut hoc illi opportune quaſi adſpergatur. Compoſitio nec fuſa & ampla, nec particulis vincta, ſed ſingulis dictionibus quaſi conciſa, ac narrationis brevitati & perſpicuitati conveniens. Delectus verborum accuratus, ad Latinitatis conſuetudinem & formam accommodatus, cum caeteris in locis, tum in ſignificatione rerum novarum. Puritas, ſicubi forte, raro deſideratur, nec ita ſevere exigi debet à tantis ingeniis, ſed caeteris eorum virtutibus condonandi ſint naevi, vel à

feſtinatione ſcriptoris, vel negligentia typographi: quales, & nos quosdam animadvertimus, & Editor complures in praefatione correxit: quem omnino legere operae pretium eſt de harum epiſtolarum argumento, tempore, loco, ſcriptore breviter ſed acute & intelligenter judicantem.

VIII. ΦΙΛΟΣΤΡΑΤΟΥ Ἡρωϊκά. *Philoſtrati Heroica, ad fidem Manuſcriptorum* IX *recenſuit, Scholia Graeca Adnotationesque ſuas addidit J. Fr. Boiſſonade, Pariſiis, typis J. J. Delance.* 1806. 8. *pagg.* 665. Boiſſonadii nomen adhuc non niſi ſemel à nobis memoratum eſt, in referendo titulo Epiſtolae Criticae à *Baſtio* ad illum ſcriptae: & quas hic *illi tribuit* laudes, eas nos laudes per hunc libellum re & facto comprobatas, & in ejusdem ſtudii eadem via eximium par ſodalium agnovimus. Eſt autem haec via, grammatica diligentia copiae lectionis ſuperſtructa, qua una ad accuratam Literarum ſcientiam pervenitur. Quare Philoſtratum maxime, & hunc ejus librum, elegerit Editor, ad quem tantas doctrinae copias conferret, nil ipſe dixit: nos interim eas collatas & ad communem uſum expromtas, grato animo interpretamur. Quamquam is eſt Philoſtratus, qui homini ſtudioſo ac docto editionis opus anſamque praebeat. Adfert enim & argumentum haud contemnendum, & Atticae dictionis ſuavitatem, & argu-

tia-

ctarum minime abſurdum genus, & narrationis lucidam jucunditatem. Quod autem quidam dictitarunt, eum in Heroicis ſophiſtice ineptiiſſe, eſt profecto hominum ſophiſtae munus ignorantium, & judicii faſtidio ſpeciem ſapientiae affectantium. Caeterum ante hos nonaginta & novem annos, tamen noviſſime, ab Oleario ita editus, ut dubium ſit maline plus an boni acceperit, ſuum adhuc ſoſpitatorem exſpectat; cujus ex iis qui nunc ſunt, ſi ipſi Philoſtrato maxime idonei optio daretur, Boiſſonadium profecto optaret. De ratione critica ſua ſic profitetur: *quam fecerunt viam doctiſſimi inter Batavos & Anglos viri, hanc ſum ingreſſus* —: vere ipſe de ſe: quod ad noſtrates attinet, utinam vere diceret, nec tam pauci illam nunc viam ſequerentur. Diſtributio libri eſt bipertita: ut prima pars contineat Graecum exemplum cum interpretatione Latina Stephani Nigri, paginis alternis ducentis ſexaginta novem: altera inde ad paginam ſexcenteſimam ſexageſimam ſecundam, ipſius Boiſſonadii Annotationes. Accedit *Index Scriptorum qui in Notis emendantur, illuſtrantur, vel inediti citantur:* ſane locuples: at Index Rerum Verborumque, quae in Annotationibus explicantur, nullus additus eſt; quod, ut ait Editor, jam diutius fuiſſent protractae typographicae morae, & libri moles enormiter creviſſet. Nos autem op-

optimo cuique libro talem Indicem neceſſarium judicamus: & eo magis eum in his Philoſtrateis Annotationibus deſideramus, quo major in iis eſt doctrinae & copia & praeſtantia. Scholia in Annotationibus ſuo quaeque loco appoſita ſunt: de quibus ſic judicat Boiſſonadius: *Scholia Graeca inveni in codicibus A & B plurima, non magni illa pretii, ſed ſervanda tamen.* Et ſic eſt: habent fere, aut ſingulorum verborum interpretationem verbum alio verbo reddentem, aut ſententiae paraphraſin, aut Atticae dictionis animadverſionem: nullam ex Hiſtoria, aut aliorum Scriptorum mentione, doctrinam. *Habuit quoque* praeter ſuas, ab aliis viris *doctis impertitas* ſibi quaſdam animadverſiones: veluti à Korayo τῷ ἑλληνικωτάτῳ: plures etiam ab eruditiſſimo Viſcontio: nonnullas H. Valeſii, non illas pro tanti nominis opinione inſignes, à deſideratiſſimo noſtro Villoiſonio: denique Huetii paucas, in duobus editis exemplis Philoſtrateis Bibliothecae Pariſinae ſcriptas. Sed harum, cum caeterarum, tum Boiſſonadii ipſius annotationum, ex interiore Graecae linguae grammatica cognitione depromtarum, ſpecimina prodere, haec nos Relationis brevitas vetat. Neque tamen reticendum eſt, quod nobis valde jucundum accidit, hunc item novum interpretem obtigiſſe Eunapio, cujus in ſcriptis & nos emendandis partem tiro-

ci-

cinii noſtri, Epiſtolae Criticae additam, poſui-mus: & nunc in iis denuo edendis eadem, quae in hac Bibliotheca Critica, & librarii cura & typographi opera verſatur. Notularum vero noſtrarum uſum ita doctiſſimo Boiſſonadio deſpondimus, ſi eas antea retractaſſemus; quod dudum per novam Epiſtolae Criticae editionem facere nos deſtinantes, occupationes ac tempora adhuc prohibuerunt.

IX. ΕΚΛΟΓΑΙ ΙΣΤΟΡΙΚΑΙ. *Selecta Principum Hiſtoricorum. Herodoti, Thucydidis, Xenophontis, Polybii, Illuſtres Loci. Plutarchi Vitae Demoſthenis & Ciceronis. Delectu, Praefatione, Annotatione, discipulorum inſtitutioni accommodavit Daniel Wyttenbachius. Editio altera aucta & correcta. Amſtelodami apud Petrum den Hengst & Fil.* MDCCCVIII. Quum hic libellus primum ante hos quatuordecim annos editus eſſet, nosque in ſuperiore hujus Bibliothecae Parte ejus cenſuram agere decreviſſemus, eamque jam perſcriptam, intus continere ſuaderet temporis anguſtia & ſolito major voluminis modus; nunc certe de noviſſima hac editione breviter dicamus, ea quidem lege, ut illam prius ſcriptam cenſuram alio tempore locoque ad publicam notitiam emittere liberum nobis maneat. Eſt enim hujus Selectorum libelli ejusmodi argumentum, conſilium, & omnino negotium, ut non ſo-

ſolum in ipſius Praefatione, quod factum eſt, diſerte explicandum, ſed & aliis in libris, veluti hac Bibliotheca, cum iterandum, tum uberius declarandum ſit. Nunc, quaſi his jam cognitis, ſaltem alterius Editionis materiam formamque, quamque vim ac ſententiam habeat, quod *aucta* & *correcta* dicitur, ſignificemus. Aucta igitur eſt *Supplemento Annotationis*, non item ſelectis locis novis. Horum enim acceſſionem, quamquam à quibusdam deſideratam, & à nobis aliquando deſtinatam, repudiabat cum voluminis modus, tum veteris deſcriptionis utilitas. Ergo prior editio reddita eſt eodem & paginarum numero & typorum forma: veteri praefationi praemiſimus novam quatuor paginis: veteri Annotationi & Argumentis Locorum Selectorum, deinceps ſubjunximus *Supplementum Annotationis*, inde à p. 446 ad 463: poſtremo loco eſt *Index Annotationis*, auctus notatione rerum verborumque in Supplemento explicitorum: in quibus explicandis, vel veteres correximus aut confirmavimus, vel novas addidimus, ita quidem, ut rationem haberemus facultatis utilitatisque diſcentium, & conſilium ſequeremur priore in Praefatione proditum. Nam quum in Veterum libris ſubinde ſint dictiones vel corruptae, vel obſcurae, & obſcurae ſint vel ad ſenſum diſcentium, vel ad intelligentiam doctorum hominum; prio-

ris

ris genus obſcuritatis rejecimus in ſcholas: alterius generis interpretationem, item corruptelarum emendationem, jam in ipſo hoc libello vulgatis animadverſionibus expromendam judicavimus; ea ratione ut & brevitati & diſcentium captui conſuleremus. *Correcta* vero eſt haec altera editio duobus officiis: quorum alterum refertur ad noſtros errores, & in Supplemento praeſtitum eſt: alterum ad typographica menda pertinet. Ad quae corrigenda etſi tantum laborem contuleramus in priore editione, ut integritatis laude excellere videretur; tamen pauca quaedam vel in literis, vel in accentibus, perperam expreſſa remanſerant. His inveſtigandis ac tollendis rurſus, ut in libro inſtitutioni juventutis deſtinato, ſummam diligentiam operamque adhibuimus. Nam ſaepe unius adeo literae error tantas offundit ſententiae tenebras, ut ne magiſtri quidem, nedum diſcipuli, ſe expediant. In accentibus autem ne turbaretur eo magis cavimus, quod eorum obſervatione pars haud contemnenda accuratae rationis grammaticae continetur: ad cujus negligentiam ſubinde quoque magiſtros adeo proclives videmus, ut Graecum locum vel prave poſitis, vel omnino omiſſis, accentibus ſcribentes & edentes, eum ſui quaſi imaginem ſtuporis prodere videantur. Ergo in expurgandis mendis ne ſoli noſtris ipſi oculis confideremus, adhi-

hibuimus adjutorem *Janum Bake*, discipulum nobis probatum egregio ſtudio doctrinae tum elegantis, tum vero accuratae, mox publice probandum libro, quem in manibus habet de Vita & Scriptis Poſidonii. Fecimus igitur quantum potuimus. Modo ne, omni à nobis navata opera, perpurgato exemplo, officinae magiſtro quamvis ſedulo & advigilante, operarii temeritas novam labem inducat. Quod genus nemo quisquam mortalis editor cavere poſſit. Nos quidem in omni literato labore nil magis indignamur, quam in libro à nobis correcto mendum remanere. Atque haec de correctionis *edendorum* librorum citandorumque *locorum diligentia* & religione, ipſis verbis ex nova praefatione iterari ac repeti oportere judicavimus. Exempla obſervatae grammaticae rationis, aut animadverſionis hiſtoricae, aut corruptelarum emendationis apponere, quum in hujus loci brevitatem non cadat, pauca ſaltem notemus, quae nobis poſt editum librum in mentem venerunt. Praefat. p. XXIII, *conſequens eſſe*, lege *ſibi conſtare*. P. 372, & 452, de differentia *τιμωρίας* & *κολάσεως*, addi poterat H. Grotius De Jure B. ac P. II, 12, 6, 1: p. 416. P. 416, de ſignificatione ac permutatione temeraria verborum *περαίνεσθαι* & *περαιοῦσθαι* plura diximus hac Bibl. Crit. Parte XII, p. 43. P. 457, *τάχος orationis*,

nis, ſignificare *breviloquentiam*, in Indice notandum, & augendum loco Quinctiliani Inſt. Or. X, 1, qui ſic, *immortalem illam Salluſtii velocitatem*, dixit. P. 458, de Futuro Indicativi, in locum Aoriſti Optativi vel Subjunctivi uſurpato, addendus eſt locus Xenophontis Anabaſ. II, 3, 6: ἔλεγον δὲ οἱ ἄγγελοι, ὅτι εἰκότα δοκοῖεν λέγειν βασιλεῖ, καὶ ἥκοιεν ἡγεμόνας ἔχοντες, οἳ αὐτοὺς, ἐὰν σπονδαὶ γένωνται, ἄξουσιν ἔνθεν ἕξουσι τὰ ἐπιτήδεια· quem Auguſtus Matthiae acute ad converſionem orationis obliquae in rectam refert, Grammaticae Gr. p. 745.

X. Sed ad alium transeamus noſtrum libellum, ejusque relationem dudum ſcriptam ac ſuperiori hujus Bibliothecae Parti deſtinatam, ſed temporis anguſtiis ab illa excluſam, hoc loco apponamus: *Vita* DAVIDIS RUHNKENII, *auctore Daniele Wyttenbachio. Lugduni Batavorum & Amſtelodami, apud A. & J. Honkoop & P. den Hengst.* CIϽCIϽCCIX. 8. *pagg.* 295. Infandum jubemur renovare dolorem, de hoc libro referentes: qui nos non ſolum in illud, quo eum ſcribere inſtituimus, tempus & praeſentem luctum revocat, ſed in proximi etiam cogitationem temporis trahit & antecedentis & conſequentis, quum Ruhnkenio vivo ac vigente adhuc fruebamur, mox eo orbati, ſimul & parentis affectum, & doctoris lumen, & amici fidem, & fami-

miliaris jucunditatem, & deſtinati collegae benivolentiam, & maximam vitae ſuavitatem deſiderare coepimus. Sed *deſine mollium tandem querelarum*: cohibeamus noſtrum ipſi dolorem: certe, animo eum premamus, quando exſtinguere non poſſumus: temperemus nobis, eum in publicum effundere: ſatisfecimus illi officio per hunc ipſum librum: *Sat patriae Priamoque datum*: publice quidem: nam privatim neque eluximus adhuc, neque umquam eluxerimus. Et vero ſi quid ad doctrinae fructum profuit hic liber aliis, debuit id in primis noſtro dolori, qui nos ad ſcribendum & excitavit, & confirmavit eousque certe, dum aliquid *efficeremus*, quod Ruhnkenii nomine ad plurimorum cognitionem perveniret, eaque de cauſſa noſtram hoc loco referendi commemorandique operam ſupervacaneam redderet. Itaque quo minus de ipſo libro dicendum nobis eſt, eo magis notandi ſunt quidam ejus loci, in quibus aut noſtrum, aut librarii errorem nos latuiſſe, poſtea animadvertimus. Sunt vero hi: P. p. 97, verſ. ultimo: *valebat*: legendum *valebant*. P. 102. *Cauſſamne* —] In Annotatione addatur: *Hanc breviter attigit Plutarchus De Fortuna Rom. p.* 324, *C.* - P. 108 — 17: *adſueſceret*: leg. *adſuefaceret*. P. 120 — 7: *Veneris*: leg. *Helenae*. P. 121 — 7: *cujus eſt illud*: leg. *qui item*. P. 123 — 23: *adſtrictiorem*: leg.

lèg. *ad ſtrictiorem.* P. 126—19: *Joanne Adolpho:* leg. *Chriſtiano Adolpho.* P. 146—14: *de quo antea doctum juvenem:* lég. *de quo antea (a. 1765) doctum juvenem Petrum van Spaan, edita ſingulari diſſertatione, diſputantem ipſe praeſes produxerat: omiſſo igitur Antiphonte, Oratorum, quorum ſcripta* cet. P. 148—7: Adde: *Quum diſcipulos Literis ſtrenue operantes, illo tempore plures haberet, unus Joannes Enſchedéus, diſputationem de Tutelis & Inſignibus Navium, ejus auſpiciis, & ſcripſit, & publice defendit, anno* 1770. Sed de Enſchedéo ſatis eſt quod diximus Biblioth. Crit. P. XII, p. 90. P. 161—23: *inſtituere:* leg. *erudire.* P. 191—23. Addendum: *Tum quoque praeclare meruit de Celſo, Indice verborum locupletiſſimo Georgii Matthiae, Profeſſoris quondam Gottingenſis, & brevi praefatione, bipliopolae nomine ſcripta, addendis editioni, quae Leidae apud Luchtmanſios facta eſt* a. 1785, *forma quadrata.* P. 285—5. *Cicero Invent.* II, 1: addatur *Dionyſius Hal.* T. II. *p.* 68. *Valerius Maximus* III, 7, *Ext.* 3. *Junius in Catalogo Artificum p.* 232. P. 295—11. *Similia in Ageſil.* 5, 2: addatur: *Cicero Off.* I, 22. Haec fuerunt, quae nobis notanda viderentur. Si quae alia nos latuerint vel addenda vel corrigenda, monituris gratiam habebimus. Nam, ſi qui publice quasdam libri partes ac ſen-

 ten-

tentias improbarunt, horum aut notitia ad nos non pervenit, aut improbatio non tanti eſſe dicebatur, ut ejus rationem haberemus. Illud rurſus profitemur, nos hac tota ſcriptione unice & pietatem erga Ruhnkenium, & ejus exempli ad humanitatis Literarumque ſtudioſos fructum ſpectaſſe: cui quidem propoſito ſi ſatisfecerimus, nos non recuſare, quin tantum nobis de ingenii exiſtimatione detrahatur, quantum ad pietatis laudem acceſſerit.

XI. *Petri Hofmanni Peerlkamp. Vitae aliquot excellentium Batavorum. Harlemi apud A. Loosjes P. F.* MDCCCVI. 8. *pagg.* 77. *Ut omnis* disciplina, ſic puerilis inſtitutio Graecae Latinaeque linguae, tribus continetur partibus, praeceptis, exemplis, exercitatione. Exempla dicimus ſcripta Veterum ad legendum, diſcendum, & ſcriptione imitandum, propoſita. Quae ex optimis auctoribus ſumta, & rebus, ratione, & oratione ad ſenſum progreſſumque illius aetatis accommodata eſſe debere, nemo eſt qui dubitet. Sed quum eadem aetas impertienda quoque ſit cognitione rerum recentiorum, recentioribus linguis conſcriptarum, verendumque videatur, ne harum lectio progreſſum in Graecis Latinisque retardet; fuerunt, qui ſe puerorum inſtitutioni ita conſulturos arbitrarentur, ſi materiam illam recentiorem Latine conſcriberent. Cu-

Cujus materiae quum magna pars ſit hiſtoria, cum univerſa, tum patria; multos utraque in plerisque populis nacta eſt ſcriptores, qui eam Latinis literis mandarent: plurimos autem illud ejus genus, quod in ſingulorum hominum vitis rebusque narrandis verſatur; ut vel ſoli librorum tituli juſto volumini explendo ſufficiant. Quamquam pauciſſimi illud effecerunt, ut in eorum operibus eloquentiae artificium appareret; niſi forte J. Bocacius, Paulus Jovius; alii Itali Plutarchum imitati, nobisque memorati, in Praefatione Plutarcheorum Moralium p. 44: tum Scaevola Sammarthanus in Elogiorum libris: A. Miraeus in Elogiis Illuſtrium Belgii Scriptorum: Janus Nicius Erythraeus in Pinacotheca: ex noſtra aetate, Gesnerus & Erneſtus in Memoriis, Fabronius in Vitis Italorum. Plerique autem magis rerum quam orationis rationem habuerunt, nec tam eleganter ſcripſerunt, quam diligenter res parum vulgo cognitas prodiderunt, ſaltem ut eas ab oblivione vindicarent. Quod ſecus eſt in hujus libelli conſilio, quippe ſcripti quidem de argumento ſatis cognito & pervulgato, conformati autem deſignatique orationis dote ad cognitionem captumque puerilis aetatis. Hoc qui agit, cum in omni lingua magnum, tum in Latina majus etiam munus ſuſcipit; quo difficilius eſt illius integram nativamque *puritatem*

conſequi, cujus unius vocibus aures diſcentium perſonare & mentes imbui debent, eorum quidem, qui ad hanc laudem facultatemque erudiuntur. Neque tamen qui ſolam *puritatem* praeſtant, boni ſcriptores habendi ſunt: quod vulgo imperitis videtur. Nam in omni lingua & puriſſime quis & idem ineptiſſime, & loqui & ſcribere, poſſit. Itaque ad argumenti perſpicientiam & puritatis facultatem accedat oportet, *ratio*, rem quamque recte diſtribuens, & ſuo loco ponens; apte ad *perſpicuitatem*: tum *judicium*, ut intelligas, *ſuavitatis gravitatisque* quo *loco*, quod genus, quantumque expromas: qui dicitur *ſenſus pulcri ac decori*, item *elegantia*, hodiernis vulgo *Guſtus*. Ergo quum ad Nepotis formam inſtitutus ſit hic libellus, in ejus judicio quaerendum eſt, primum, quatenus Nepotis exemplum in hoc genere ſequendum ſit: deinde, quatenus id ſcriptor aſſecutus, & reliquis modo dictis ſcribendi officiis ſatisfeciſſe, videatur. Ac primum quidem Nepotis Vitae egregia ſunt ad imitandum exempla; quippe quae in orationis ſimplici nativaque pulcritudine, narrationis perſpicuitate, & morum ingeniorumque ſignificatione, quaſi vivas virorum imagines offerunt, & efficaces cum ad delectationem, tum ad communicationem admirationis, commiſerationis, omniumque affectuum, qua legentium animi verſentur,

tur, & veluti in rem praeſentem abripiantur. Atque haec ſunt communia Vitarum Nepotis bona: aliae tamen ab aliis differunt modo ac deſcriptione: quam varietatem alio tempore & libro attingemus. Sed Nepote qui ſolo contentus, ad ſcribendi ſtudium ſe conferat, nae is plurimis locis in ſe copiam orationis deſiderabit: quae profecto non aliunde alitur & comparatur, quam lectione aliorum etiam optimorum omnis generis, utriusque linguae, Scriptorum, in primis Ciceronis, Livii, Salluſtii, Suetonii, Taciti, & horum cujusque ſimillimi. Ex his igitur copiam aſſumet & augebit: formam Nepotis ſequetur; non tamen eousque, ut etiam notationem annorum praetermittat: in quo eum noviſſimus hic ejus imitator ſecutus eſt. Nam Nepos quidem probabilem rationem habuiſſe videtur: nos eum ſequentes ſecus egiſſe cenſebimur. Ille vero hanc notationem praetermiſit, non quod eam contemneret, aut ſine ea munus hiſtoriae conſtare poſſe putaret; quippe qui in chronologia magnus ipſe auctor exſtiterit, & Chronicorum libros ſcripſerit; ſed quod hos libros, in quibus tempora Illuſtrium Virorum jam notaſſet, eorumdem Vitis ſeparatim prodendis ſupplere vellet. Et ipſe multas in omni genere ſcripſit Vitas: & alii ante eum hiſtorici à continuis ſuis operibus Vitas aliasque res ſingulares ſegregaverant, & ſeorſum

condiderant: quod & aliunde novimus, & egregia Ciceronis ad Lucceium Epiſtola teſtatur. Certe in brevibus Vitarum libellis, quales ſunt Nepotis, quum frequens annorum mentio perpetuitatem nexumque narrationis, & ſtudium legentis, intercipiat; utile ſit annos, ortûs quidem & obitûs ſub titulo, praecipuorum autem factorum in margine, poni. Neque enim pueri ſolum & adoleſcentes, ſed viri adeo, ad illam annorum mentionem aſpernandam ita ſunt proclives; ut ſaepe eos fateri audiamus, ſe hiſtoriam libenter cognoſcere, modo à moleſta annorum commemoratione vacet. Quo magis à *teneris* huic diligentiae adſueſcendum, nec *negligentiae* indulgendum. Tum vero Nepotis virtutes, quas diximus, ita effingere & reddere ſtudebimus, ut oratio tamquam à puro placidoque fonte lenis & pellucida fluat; ut, in perſpicuitate ſimplicique venuſtate narrationis, habeat ſenſum & affectum; ut omnia ſpirent & vivant, nusquam quidquam languidum, humile, abjectum reperiatur. Illud etiam caveamus ne locutiones formasque dicendi Veterum temere arripiamus, noſtraeque orationi tamquam ſloſculos adſpergamus: quod niſi raro & loco fit, non orationem virilem, ſed centonem puerilem referat, nullo in gravi ſerioque genere ferendum, ſed in ridiculo paroediae cenſendum. Quodſi igitur hoc bene imitandi ſcribendique

offi-

officium tam multis legibus cautionibusque adſtrictum eſt; minime mirari debemus tam paucos ſemper fuiſſe, qui in eo excellerent: immo laudare eos, qui ei ita ſtudent, ut ad probabilem mediocritatem pervenerint, praeſertim juvenes, unde ſpem majoris in poſterum profectûs adferant: quo in numero hujus libelli ſcriptor eſt. Qui, quod diſcipulos ad hanc proſae orationis ſcriptionem exercet, vehementer probandus eſt: nec improbandus, quod ſtudii facultatisque ſuae ſpecimen hunc libellum edidit: at illi improbandi imperitiaeque accuſandi, qui idoneum, eoque conſilio editum putant, ut veluti ſocius & comes Nepotis in ſcholis ad imitandi exemplum pueris proponatur. Ita enim, quod ex antiquo archetypo ſani purique coloris traxerint, novitia imagine tractanda abſtergant & contaminent. Et ſane pauciſſimi tales pueris deſtinati novitii exſtant libri, ab illo labis periculo ſatis immunes: niſi forte Eraſmi, Camerarii, Mureti, ſimiliumque virorum. Ad quorum in ſcribendo elegantiam propius aliquando accedere poſſe, nec naturâ impediri, & ſtudio juvari, magna eſt laus juvenis, quam libenter libelli hujus ſcriptori tribuimus. Nos haec praemonenda duximus antequam ad ſingularem quamdam partem cenſendam accederemus. Quam quidem quum nobis primam Vitarum delegiſſemus, tantam ejus mate-

riam eſſe animadvertimus, quae non niſi pluribus, quam pro noſtrae relationis modo, paginis percenſenda, & in aliud tempus rejicienda eſſet. Itaque nunc non niſi proxima & pauca notabimus. Titulum tamen praetermittere non poſſumus: in quo nobis illud *aliquot* diſplicet. Primo ambiguitatem habet, ſint ne *aliquot vitae*, an *aliquot excellentium Batavorum*. Deinde novitatem redolet & à Veterum more abhorret; quorum quum multi Vitas ſcripſerint, nemo vel Graece v. c. iis titulum fecit, *Βίοι τινὲς ἐνδόξων στρατηγῶν*, neque etiam *Βίοι τινῶν ἐ. στρ.*; ſed ſimpliciter, *Βίοι ἀνδρῶν*, *Βίοι στρατηγῶν ἐνδόξων*, *Βίοι τῶν ἐν ἀρετῇ πρωτευσάντων*· & ſimiliter, *περὶ βίων*· itemque Latini fecerunt. Sed fortaſſe ſcriptor hujus libelli verebatur, ne ſic caeteros, quorum vitas non ſcripſiſſet, à numero excellentium Batavorum excluſiſſe videretur. Quod quare vereretur, non erat; ſiquidem nec Veteres in hac cauſſa id veriti ſunt. Veluti ipſe Nepos *Excellentium Imperatorum Vitas*, vel *De Vita Excellentium Imperatorum*, ſe ſcribere profeſſus, nec pauciores. quam quot delegerat, omittens, omiſſos certe non ab illuſtrium numero imperatorum excluſos voluit, veluti Aratum, Ariſtomenem, Braſidam, Clearchum, Cleomenes duos, Demoſthenem Alciſthenis filium, Evagoram, Gelonem, Hieronem, Leonidam, Jaſonem, Leoſthe-

iclem, Phi-
tum, Solo-
ne dicamus
celebratis,
quae nobis
ec pro hi-
is perſpi-
Si quis
is nil di-
em Vita
primere
intelligi
hus, &
ia ma-
inci-
illen-
mul-
iotis:
atre
Sed
&
tit.
n-
a-
e

fuiſſe. Cui igitur bono, reticere illuſtre nomen Naſſavicum, nec minus nobilitatum Arauſionenſe? Quanto diſertius H. Grotius Annal. I: *Induſtria, comitate, ſolertia anteibat alios Wilhelmus, ſucceſſione Cabelloniae domus, Princeps Arauſionenſium in Provincia Gallica: ſed origo illi à Naſſavia, Germanica gente, quae olim Auſtriacis aemula imperii certamine, deinde in victricis familiae clientelam conceſſit.* Uberius etiam Strada De Bello Belg. I, 2: *Naſſavia gens principio clara per Germaniam fuit: ſed Adolphus Naſſavius imperium adeptus Auguſtam fecit. Tranſtulit illam in Belgium Comes Otho ante annos ferme ducentos: firmaruntque nepos ejus Engelbertus Primus, atque hujus primi nepos Engelbertus Secundus, Gulielmi Orangii, de quo loquimur, ille abavus, hic patruus magnus: à quibus aucta per haſce provincias dotalibus oppidis opibusque, praeſtare inter Belgas coepit: accrevitque poſtea traducto à Chaloniis ad Naſſavios Arauſienſi principatu. Etenim Henricus patruus ex Claudia Chalonia, Philiberti Chalonii Principis Orangii ſorore, Renatum filium ſuſcepit: Renatus, exſtincto Philiberto avunculo, qui poſtremus Chaloniae gentis fuit, ea lege in Principatum ſuccedit, ut pro Naſſavio Chalonius cognominaretur. Sed hoc quoque ſine liberis decedente, Arauſienſis principatus ac reliquorum bonorum heredi-*

tas,

tas, quam apud Sequanos ampliſſimam habuerat, ad Gulielmum patruelem, de quo nunc eſt ſermo, adnitente Carolo V. Imperatore, pervenit. Claros auctores dicentes induximus; & ut eorum dicendi forma cognoſceretur, & ut intelligeretur, quantam Belgicae civitatis communionem & antiquitatem, quantumque ſuae ipſe gentis honorem Guilielmus attuliſſet: nec quod vulgo ab imperitis fit, Dillenburgenſis peregrinus haberetur. Poterat igitur, ſi tamen conſuetudo Nepotis in patre memorando retineri debebat, ſic ſcribi: *Guillelmus, cognomine Primus, Guilielmi, Comitis Naſſavici, filius, idemque Princeps Arauſionis* —: ita magis congruet proximum, *accepta à majoribus nobilitas.* Caeterum ſtatim ab initio ter deinceps repetita terminatio nominum in *us*, auribus ingrata accidit, quibus aliquid dandum eſt. Pergit ſcriptor: *Illi contigit, ut patriam noſtram crudeliter ab Hiſpanis oppreſſam in libertatem vindicaret. Qua in re non minus prudentem, quam fortem & conſtantem ſe praebuit, licet non ſimplici fortuna conflictaretur.* Imitationes Nepotis: prima ex Timoleonte: — *huic uni contigit — ut — patriam — oppreſſam à tyranno liberaret.* Epaminonda: *univerſam Graeciam in libertatem vindicavit.* Hae probandae: ſed proxima obſcuritatis quid adfert, item ex Timoleonte ducta: *ſed in his rebus non*

ſim-

ſimplici fortuna conflictatus eſt: ubi ſingulare eſt Nepotis *non ſimplex fortuna*, pro *varia*, id eſt & ſecunda & adverſa, ut ipſe continuo interpretatur, addens, *&, id quod difficilius putatur, multo ſapientius tulit ſecundam, quam adverſam, fortunam:* quod niſi addidiſſet, nec ſententia dictionis, nec ſignificatio ingenii, apparuiſſet. Itaque & in Guilielmum hoc transferendum erat; ne ratio claudicaret; & indulgendum imitationi, praeſertim verae & in rem convenienti. Atque, ut quoad ejus fieri poteſt minimum in novitia dictione mutemus, ita eam conſtituerimus: *Qua in re varia fortuna conflictatus, utraque non minus prudenter, quam fortiter & conſtanter, uſus eſt.* Videamus proxima. *Prima juventute in aula Caroli Quinti Bruxellis vixit, à quo eximie dilectus & ad interiora conſilia admiſſus eſt. Hujus filius Philippus, quum ad imperium perveniſſet, paternam erga Gulielmum amicitiam confirmaſſe videbatur. Namque & equitum ordini eum inſeruit, & Senatui intereſſe dedit: legatum etiam in Galliam, ut de pace ageret, miſit.* Priora ſatis probabilia. poſtrema non item. Nam quis eſt *equitum ordo?* an pars populi ex tribus ea, quae *nobilitas* dicebatur, inſtituto Europaeorum medio aevo, quo praeter principem, ſive regem, tres habebantur populi partes, ſacerdotes, nobiles, plebs. Atqui hoc loco eſt equeſter or-

ordo Aurei Velleris: qui omnino diſertius ſignificandus erat. Deinde diſplicet *inſeruit*: quod cum aliis de rebus dicitur, tum de gente & familia cum aliquo communicanda, & plerumque minus bona ſignificatione: de quo videantur interpretes ad Ovid. Met. XIII, 23: hoc loco magis proprium erat, *cooptare*, *adſciſcere*. Tum *Senatui intereſſe dedit*, quamquam ſuo loco Latine dici poteſt; hic locum non habet, & eſt Graecismi, *dare* cum Infinitivo ponere: de quo ſatis eſt memoraſſe Vechnerum Hellenolexiae p. 536. Sed ſcriptor haec ſcribens cogitaſſe videtur illud Virgilianum Aen. I, 78: *Tu mihi, quodcumque hoc regni, tu ſceptra Jovemque Concilias: tu das epulis adcumbere divûm.* Et qui optimo jure eſt & habetur Senator, non ſatis declaratur illo *intereſſe dedit*; quod ejusmodi eſt, quaſi extra ordinem nonnumquam in Senatum admiſſus fuiſſet; igitur proprietas ſequenda, *legit eum in Senatum*. Denique, *legatum etiam in Galliam, ut de pace ageret, miſit*: ſuſpicionem moveat, eum ſolum ſine collegis eo miſſum fuiſſe; quod contra conſtat eum cum pluribus aliis eo miſſum, deinde obſidem ad breve tempus conficiendis legibus pacis degiſſe. Nos eamdem rem ſic fere dicamus: *Nam & in ſplendidiſſimum equeſtrem Aurei Velleris ordinem eum cooptavit: & in ſupremum Belgii Senatum legit: & legatis*

tis paci reconciliandae in Galliam miſſis collegam addidit. Operae pretium eſt de Guilielmi rebus Stradam legere, probabilem ſcriptorem Latinum, ut hodiernum, quamquam haud temere ſubinde à Scioppio reprehenſum. Ex illo pauca haec de re propoſitâ apponere juvat: *A Guilielmo parente, quod is ad Lutherianos diſceſſerat, abducit filium impuberem Carolus Caeſar, Reginaeque Mariae ſorori tradit. Mox, ubi per aetatem licuit, inter ephebos adſcivit imperatorii cubiculi: quo in munere delectatus indole dicitur ac ſolertia pueri Caeſar, quod ad modeſtiam compoſitus neque vane oſtentaret principi obſequium, neque occaſionem ullam praetermitteret obſequendi. E cubiculo, in quo annos ferme novem verſatus eſt, transfert illum Caeſar ad militiam, univerſoque praeficit Belgico equitatui. Quin diſcedenti è caſtris Sabaudo totius exercitus legato Guilielmum ſubſtituit, oneri quamvis immaturum, duosque nondum annos ac viginti praetergreſſum; praeteritis interea multis bellica virtute praeſtantibus, interque alios, quod Orangius ipſe eſt admiratus, Egmontio, qui praeter militarem ſcientiam, annis illum duodecim anteibat. Exinde in pace aeque ac bello, ad honeſtiſſimas quasque legationes ſemper adhibitum, primos inter proceres, ſummo loco Caeſar habuit. —. Hic abiens, accurate Philippo filio commendavit Orangium: ac*

Phi-

Philippus tum ſua ſponte, tum patris invitatu, multa ei oſtendit benevolentiae argumenta. Nam & inter equites Aurei Velleris eum ſtatim adlegit: conficiendae pacis cum Henrico Galliarum Rege interpretem, eaque confecta obſidem dedit: —. Caeterum in Indice Vitarum, qui, huic paginae appoſitus, in oculos nobis incurrit, advertunt nos hi tituli: *Jacobus Simonides Rykius*, & *Petrus Cornelides Hoofdius*, quae patronymica prorſus à Latinorum Graecorumque ratione abhorrent. Nam poetis quidem talia uſitata ſunt, *Pelides*, *Aeacides*, & ſimilia, cum de ſingulis hominibus, tum de totis gentibus: & ſic Latini, *Scipiades*, *Memmiades:* at in proſa oratione, ubi quis addito patris nomine ſignificatur, ſimplex ratio unice valet, & apud Graecos, Μιλτιάδης ὁ Κίμωνος, Κίμων ὁ Μιλτιάδου, Ἀριστείδης ὁ Λυσιμάχου· & apud Latinos, *Marcus Tullius Cicero*, *Marci Filius*. Itaque, ut noſtro more *Simon* & *Cornelius* ſunt praenomina, ex his patronymica *Simonides* & *Cornelides* duci nequeunt; ſed ex nominibus gentilibus poterant poetae quidem facere *Rykiades*, *Hoofdiades:* & ex Romano gentili nomine *Cornelio* ſecundum analogiam fiat *Corneliades*. In praenominibus autem ſi ratio, quam ſequitur ſcriptor hujus libelli, valeret, pro *Cornelio Petri filio*, conſentaneum erat dicere *Cornelium Petridem*, quod inep-

ineptum ſit: & pro *M. Tullio Cicerone*, *Marci Filio*, *M. Tullium Ciceronem*, *Marcidem*, quod inauditum eſt. Ergo maneat, vetus *Jacobus Rykius*, *Simonis filius*: & caetera ad eamdem rationem. Haec quamvis ad pauciſſimos libelli locos annotata, vel ſic ad juſtae cenſurae modum exierunt. Noſtra autem animadverſio eo pertinet, non ut ex ſcriptoris laudibus quidquam detrahamus, ſed ut viam oſtendamus, qua augeantur; quae quidem egregiae jam nunc in eo exſtant. Ad quas ſi acceſſerit diligens hiſtorica ratio, optimorum Veterum continua meditataque lectio, puritatis elegantiaeque grammatica obſervatio; tum vero eximium effloreſcat ſcribendi genus.

XII. *Epicriſis Cenſurarum Bibliothecae Criticae*, *Vol.* III. *P.* III. *auctore* G. L. *Mahnio*, *Gymnaſii Amisfurtani Rectore. Trajecti ad Rhenum*, *apud J. Altheer*. 8. *pagg.* 96. Duo cenſores Belgici temere & indocte Bibliothecam Criticam reprehendentes, à Mahnio confutantur, docte, eleganter, & cum ſubtili Latinitatis judicio; ut hic libellus inſtar ſit & appendicis hujus Bibliothecae, & exempli, quod alii ſimili in argumento ſequantur.

IN-

VI V N I S I.
V M,

T SCRIPTA
ARTIBUS
MINVM
ICAE.

NOTAT
INAM.

S. Phy-
. 136.
Emenda-
gamem-

Septem
ne, ex
116.
ebas.
19.
ag-
ii.

1.

— edendae à Porſono. ibid. 140.
AESOPVS. vide Babrius.
AMPHILOCHIVS. Ejus Oratio una. III. 97.
ANACREON. Ejus Carmina, ex edit. Brunckii. IV. 112.
ANDOCIDES. Lectiones Andocideae. XI. 75. ſeq.
— emendatur & illuſtratur. ibid.
ANTHEMII, Fragmentum ex edit. Dupuyi. VI. 126.
ANTHOLOGIA GRAECA, i. e. Analecta Veterum Poetarum Graecorum, ex edit. Brunckii. II. 20.
ANTONINVS LIBERALIS. XI. 118. vide Baſt.
APOLLODORVS, ex edit. Heynii. V. 119. VIII. 136.
APOLLONIVS RHODIVS, ex edit. Brunckii memoratur, ut edendus. V. 118.
— idem editus recenſetur. VI. 26. ſeq.
— Ejus Carminis ratio & forma. ibid.
— Tractatur à Ruhnkenio in Ep. Crit. II. VIII 24.
— ex edit. J. Shaw. III. 113.
APPIANVS. Ejus editio à Schweighaeuſero inſtituta. VI. 116.
— editus recenſetur. IX. 85.
— ejus res & ſcripta. ibid. 86. ſeq.
APPVLEII, Metamorphoſeon editio ab Oudendorpio inſtituta, à Ruhnkenio abſoluta. IX. 110.
ARISTAENETVS. Vide Baſt.
ARISTIDIS, Oratio contra Leptinem, edita a Jac. Morellio. X. 130.
ARISTOPHANES, ex edit. Brunckii, ut edendus memoratur. VII. 107.
— editus recenſetur. VIII. 31.

ARI-

—— notatur & corrigitur. ibid. 42, 43, 45. IX. 65.

ARISTOTELES. Ejus Phyſiognomonica. VI. 136.

—— Ejus Ars Poetica. ex edit. Winſtanleii. VII. 114.

ARISTOXENI, Rhythmicorum Fragmenta edita à Jac. Morellio. X. 130.

—— De Ejus Vita & Scriptis Diatribe L. G. Mahnii. XI. 47. ſeq.

—— Fragmenta quaedam ei vindicantur. VIII. 112. ſeq.

ARRIANVS. Vide Epictetus.

—— Ejus Liber de Venatione ex edit. Zeunii. V. 128.

ARSENIVS. Ejus Violetum edendum à Matthaeo. V. 127.

AVERBACHII, Oratio Panegyrica. IV. 125.

B.

BABRIVS, Scriptor Fabularum Aeſopicarum. De eo Tyrwhitti Diſſertatio. II. 120.

BANGIVS, ſcripſit Elogium D. Wyttenbachii S. Theol. D. & Prof. VI. 138.

BASILIVS. Ejus aliquot Orationes. III. 97.

F. J. BAST. Ejus Epiſtola Critica in Antoninum Liberalem, Parthenium, & Ariſtaenetum. XI. 118.

BAVERVS. Ejus Formula Disciplinae Erneſtinae. VII. 116.

R. BENTLEIVS. Ejus Diſſertationes Phalarideae. III. 63.

—— Epiſtolium ad editorem Gallicum Anacreontis. IV. 112.

—— Epiſtolae duae ad T. Hemſterhuſium. X. 117.

BIELIVS. Ejus Novus Theſaurus Philologicus in V. T. Gr. IV. 124. V. 132.

BIESTER. Ejus editio Dialogorum quorumdam Platonis. VI. 120.
BIONIS, Idyllia cum Theocrito & Moſcho, ex editione Valckenarii. V. 1 — ſeq.
BIPONTINORVM, editio Taciti. VI. 56. ſeq.
BOEHMIVS. Ejus de Literatura Lipſienſi Opuſcula Academica. IV. 125.
BOISSONADIVS, edidit Philoſtrati Heroica: edet Eunapium. XII. 104. ſeq.
BREITINGERI, Epiſt. ad Quirinium Cardinalem. VII. 100.
BRVNCKIVS. Vide *Aeſchylus*, *Sophocles*, *Euripides*, *Ariſtophanes*, *Apollonius Rhodius*, *Anthologia*, *Anacreon*.
BRYANT. Ejus Syſtema Novum Mythologicum. I. 164.
BVRGESS. Ejus editio Pentalogiae Burtonianae. V. 119.
—— edit. Daweſii Miſcell. Crit. VII. 111.
BVRMANNI SECVNDI, obitus. P. III. 139.
—— Ejus editio Propertii. VI. 1.
BVRTONI, Pentalogia. V. 119.

C.

CAESAR. Ejus editio à Moro facta recenſetur. VI. 69. ſeq.
CALLIMACHVS, emendatur à *Zedelio*. V. 112.
—— *Tractatur* à D. Ruhnkenio. VIII. 22. ſeq.
CANNEGIETERI, Epiſtolae. VII. 103.
CAPPERONNERII, editio Sophoclis. VI. 38. ſeq.
CATVLLI, Epithalamium Pelei & Thetidis, ex edit. Doeringii. IV. 127.
—— Elegia ad Manlium, ex edit. L. Santenii. X. 128.
CICERO. Ejus Opera omnia ex edit. J. A. Erneſti recenſentur. I. 1. ſeq. II. 1. ſeq. III. 1. ſeq.

CI-

DVPVY. edidit Fragmentum Anthemii. VI. 126.

E.

ENGEL. De Dialectica ex Platonis Dialogis diſcenda, VI. 122.
EPICTETI, Enchiridion ex editione Heynii. II. 113.
ERASMI, Epiſtolae nunc primum editae. IV. 128. ſeq.
J. A. ERNESTI, editio operum Ciceronis I. 1. II. 1. III. 1.
—— Ejus obitus commemoratur. VI. 139.
——. Memoria & Elogium. VII. 116.
AVG. GVIL. ERNESTI, ſcripſit Elogium J. A. Erneſti. VII. 116. ſeq.
EVDOCIAE, Violetum editum à Villoiſono, recenſetur & illuſtratur. VII. 1. ſeq.
EVRIPIDIS, quae exſtant, omnia, ex edit. S. Musgravii, recenſentur. IV. 1—44. V. 36—76.
—— ſtudia & mores. IV. 6. ſeq.
—— tragoediae ratio. ibid. 10. ſeq.
——. Hecubae argumentum & recenſio. ibid. 16—44.
—— Operum editio Barneſiana repetita Lipſiae. III. 109.
—— Oreſtes, ex edit. Facii. IV. 128.
—— Medea, ex edit. Musgravii & Brunckii recenſetur, explicatur, emendatur. V. 36. ſeq.
—— Electra, ex edit. Brunckii. V. 114.
—— Oreſtes, ex edit. Brunckii. V. 115.
—— Medea, ex edit. Brunckii. V. 116.
—— Hecuba, Phoeniſſae, Hippolytus, Bacchae, ex edit. Brunckii. V. 117.
—— in Hecubam notae Steinbrychelii. VII. 102—104.

F.

F.

FASTI PRAENESTINI, Verrii Flacci, ex edit. Fogginii. VI. 137. VII. 72.

FERRARII, de inſigni ſicario narratio. VIII. 133.

FOGGINII, editio Faſtorum Praeneſtinorum. VI. 137. VII 72.

FRONTINVS. Ejus Libri Strategematicon, ex editione Oudendorpii altera & auctiore. IV. 106.

G.

GALENI, Protrepticon ad Artes, edit. Koehleri, recenſetur VI. 98.

—— emendatur & illuſtratur. ibid.

GEDIKII, Animadverſiones ad Platonem. VI. 121.

—— Hiſtoria Philoſophiae Ciceronis. VII. 108.

——. editio Philoctetae Sophoclei. VII. 110.

GENEALOGICAE TABVLAE, Hiſtoriae ante Auguſtum, edit. Saxii. VIII. 130.

GEOPONICI, ex edit. Niclaſii. VI. 135.

GIERIGII, editio Apophthegmatum & Inſtitutorum Laconicorum Plutarchi. V. 122.

GLASSII, Philologia Sacra edita rurſus à Dathio. III. 121.

GLYCAE, Epiſtolae. III. 98.

GREGORII THESSALONICENSIS, Orationes X. III. 97.

H. GROTII, Epiſtolae nunc primum editae. XII. 120.

H.

HACHENBERGII, Epiſtola de Labbadia. VII. 101.

HAGENBVCHII, Epiſtolae Epigraphicae. VII. 99. 102.

HARLESII, editio Ciceronis De Oratore. III. 95.

—— Introductio in Hiſtoriam Graecae Linguae. IV. 133.
HEMSTERHVSII, Orationes. IX. 74.
HERMESIANAX, Ejus Elegia edita à Ruhnkenio. VIII. 29.
HERODOTVS, Gallice verſus & illuſtratus à Larchero. XI. 143.
—— Ejus Loci in Selectis Hiſt. Gr. D. W. XII. 108.
HESIODVS, tractatur à Ruhnkenio in Epiſtola Crit. I. VIII. 18. ſeq.
HEVSDII, Specimen in Platonem. XI. 60.
HEVSINGERORVM, doctrina in editione Ciceronis De Officiis. VIII. 53. ſeq.
HEYNII, editio Epicteti Enchiridii. II. 113.
—— — Tibulli. III. 53.
—— Programma de Romanorum prudentia in regundis Coloniis. VII. 133.
——, —— de Heracliteo dicto. ibid. 140.
—— editio Apollodori. V. 119. VIII. 136.
HOMERVS. Ejus duo reperti Hymni. III, 98. ſeq.
——. Hymnus in Cererem; & Fragmentum Hymni in Bacchum, editi à Ruhnkenio. VIII. 1. ſeq.
—— iis antiquitas vindicatur. ibid. 6. ſeq.
—— argumentum, *ibid.* 10. ſeq.
—— *Conjectura & Emendationes* Ignarrae. ibid. 135.
—— Hymnus in Apollinem notatus. ibid. 18.
—— Hymni caeteri tractantur à Ruhnkenio in Epiſt. Crit. ibid. 18. ſeq.
HOOGEVEENI, libellus adverſus Zeunium. VII. 114.
HORATIVS, ex edit. Jani recenſetur. IV. 84.
——. explicatur. ibid. & ſeq.

HO-

——. Ejus Odae ſpuriae. III. 99.
HOTTINGERI, Muſeum Turicenſe. VII. 97.
——. Oratio. ibid. 101.
—— Schola Grammatica de loco Virgilii. ib. 103.
—— Conjectura in Velleium Paterculum. ibid. 104.
——. De Officinis Verſionum Germanicarum. ib. 105.
—— editio Salluſtii. IV. 127.

I.

IABLONSKII, Opuscula. XI. 158. XII. 98.
—— Collectio Vocabulorum Aegyptiacorum, quorum apud Veteres mentio occurrit. ibid. & ſeq.
IAEGERVS. Ejus editio Panegyricorum Lat. V. 101. ſeq.
IGNARRAE, Commentarius de Palaeſtra Neapolitana: & Diſſertatio de Buthyſiae agone Puteolano. V. 77. ſeq.
—— Emendationes & Conjecturae de Hymno Homerico in Cererem. VIII. 135.
IOANNIS CHRYSOSTOMI, Oratio una. III. 97.
—— altera, ibid. 98.
—— Orationes duae in laudem Pauli Apoſtoli, notis illuſtratae à Valckenario. IX. 74. ſeq.
ISAEI, Oratio nunc primum edita à Thoma Tyrwhitto. X. 133.
ISOCRATIS, Epiſtolae. III. 98.
ITHII, Editio Corn. Nepotis. V. 133.
IVLIANI IMP. Oratio Prima: in eam Animadverſiones D. Wyttenbachii. Pars Prior. IX. 37. ſeq. Pars Poſterior. X. 1. ſeq.

K.

KENNIKOTTVS. Ejus

editio V. T. Hebraici I. 79.

KREBSIVS. Ejus editio libri Plutarchei de Legendis Poëtis. V. 120.

L.

LACEDAEMONIORVM Decretum contra Timotheum. V. 133.

LARCHERVS, Socius Academiae Inſcriptionum & Bonarum Litt. Pariſinae.

— Ejus Diſſertatio de Venere III. 104.

— — Verſio Gallica Anabaſeos Xenophonteae. IV. 97.

— Herodoti Gallica interpretatio & enarratio. XI. 143.

LEIBNITII, Epiſtola VII. 105.

LENNEPII, Io. Dan. editio Epiſtolarum Phalaridis. II. 63.

—. Dictata de Analogia Linguae Graecae poſt ejus mortem ab homine ignoto negligenter edita. IV. 123.

— Praelectiones Academicae de Analogia Linguae Graecae, edidit Ev. Scheidius. X. 123.

— Etymologicum Linguae Graecae, edente eodem. ibid.

LIBANIVS, à Reiskia edendus. III. 100.

— ab eadem editus cum notis Reiskii, recenſetur. X. 76. ſeq.

— emendatur & illuſtratur. *ibid.* 76. ſeq.

LONGINVS. De Ejus Vita & Scriptis, Diſſertatio Ruhnkenii. I. 116.

—. Liber de Sublimitate, & Fragmenta, ex editione I. Toupii, recenſentur. III. 32. ſeq.

—. — emendatur & illuſtratur. III. 38. 47—52.

LONGVS. Ejus Paſtoralium laus. II. 43. 56. IV. 68.

— Ejus editio à Villoi-

ſono facta recenſetur. IV. 67.
—. Ejus editio Bodeni. III. 102.
LYNDENI, F. G. Disputatio de Panaetio Rhodio. XI. 53. ſeq.

M.

MAHNII, G. L. Diatribe de Ariſtoxeno Philoſopho Peripatetico. XI. 47. ſeq.
— Epicriſis in Bibl. Crit. XII. 128.
Cl. MAMERTINI, Panegyricae Orationes II. recenſentur, illuſtrantur, notantur. V. 17. ſeq.
MAMERTINI Iunioris, Oratio ad Iulianum Imp. recenſetur, illuſtratur, notatur. V. 31. ſq.
MARCELLVS SIDETES. III. 89.
MATTHAEI, I. FR. Moſcuenſis Profeſſoris, Catalogus Codicum ſcriptorum Moſcuenſium. III. 95.
— Ejusdem alia Opuscula. ibid.
— Ejusdem Lectiones Moscuenſes. V. 126.
— Catalogus Bibliothecae Moscuenſis. ib. 128.
—. Ejus aliorum editiones librorum. Vid. *Plutarchus*, *Demoſthenes*, *Arſenius*.
I. MEERMANNVS. XII. 100. ſeq.
MEINERSII, Hiſtoria Doctrinarum apud Gr. & Rom. recenſetur. VIII. 98.
MELAMPVS, De Palpitationibus, inter Phyſiognomonicos. VI. 136.
MICHAELIS, editor Abulfedae, quam criſeos rationem teneat. II. 103 —112.
MORELLIVS. Ejus editio complectens Ariſtidis Orationem adverſus Leptinem, Libanii Declamationem pro Socrate, & Ariſtoxeni Rhythmicorum Elementorum Fragmenta. X. 130.

MO-

MORVS. Ejus editio Hellenicorum Xenophontis. V. 89.
——— C. Iulii Caeſaris. IV. 69. ſeq.
MOSCHVS, cum Theocrito & Bione, editus à Valckenario. V. 1. ſeq.
P. MOSELLANI, Oratio. IV. 125.
MVLLERVS, edidit Ionem Platonis, VII. 131.
MVRETI, Opera ex editione Ruhnkenii. X. 112. ſeq.
MVSGRAVIVS, editor Euripidis. III. 108. IV. 1. ſeq. V. 36. ſeq.
— Ejus obitus & memoria. ibid. 120.
MVSONII. De ejus Vita & Philoſophia Disputatio Nieuwlandi. VIII. 128.
MVTZENBECHERI, editio Novi Theſauri Philologici Bieliani in V. T. Gr. IV. 124. V. 132.

N.

NEPOS CORN. ex editione Ithii. V. 133.
NICLASII, editio Geoponicorum. VI. 135.
NIEVWLANDII, Disputatio de *Muſonio* Ruſo Philoſopho Stoico VIII. 128.
—. Ejus obitus recordatio. XI. 138
NODELLI, Obſervationes Criticae. *VII. 94.*
NVMMI Veteres Ithiani. *III.* 117.
— — — Sultzeriani. ibid. 120.

O.

OBERLINI, editio Vibii Sequeſtri. IV. 132.
ODERICI, Commentarius in Marmoream Didaſcaliam. VII. 41. ſeq.
OPPIANI, Carmina ex editione Schneideri. III. 92.
ORPHEVS. De eo pars li-

libri Tiedemanniani recenſetur. VI. 80. ſeq.
—— Carminis Argonautici & Hymnorum antiquitas vindicatur. VIII. 26. 27.
——. Carmen de Lapidibus ex editione Tyrwhitti memoratur. VI. 134.
—— recenſetur & emendatur. VIII. 85. ſeq.
OVDENDORPII, editio Metamorphoſeon Appuleji. IX. 109. ſeq.
—— Frontini, altera. IV. 106.
OVWENSII, Noctes Haganae. VII. 91.

P.

PANAETIVS.. Disputatio Hiſtorico-Critica de Panaetio Rhodio, Philoſopho Stoico. XI. 53.
PANEGYRICI Veteres Latini, editi à Jaegero, recenſentur. V. 10. ſeq.
PARTHENIVS. Vid. Bast.
DE PAVW. Disquiſitiones Philoſophae de Graecis. X. 137.
PEERLKAMPII, Vitae Batavorum illuſtrium. XII. 114. ſeq.
PHALARIDIS, Epiſtolae, ex edıtione J. D. Lennepii, recenſentur. II. 63.
PHANOCLIS, Elegia edita à Ruhnkenio. VIII. 29.
PHILOSTRATI, Heroica edidit Boiſſonadius. XII. 104.
PHYSIOGNOMONICI Graeci. VI. 136.
PINDARVS. Ejus Carminum Fragmenta ex editione Schneideri. III. 92.
PLATO. Ejus Philebus & Sympoſium ex editione Fiſcheri. I. 128.
——. Sympoſii argumentum & emendationes. ibid. 35—52.
——. Menon, Criton, Alcibiades I & II, ex editione Bieſteri. VI. 120.

—— Jon,

— Jon, editus à Mullero. VII. 131.

—. In Platonem Specimen Emendationum Heusdii. XI. 64.

—. Phaedon propediem edendus à D. W. XI. 171.

PLVTARCHVS. Libellus, qui ejus nomine fertur, de Liberorum Educatione, ex editione Schneideri. III. 89.

—. Ejus Fragmenta quaedam. ibid. 89. 90.

—. — liber De Legendis Poëtis, editus à Krebſio. V. 120.

—. — Inſtituta & Apophthegmata Spartanorum, edidit Gierigius. V. 122.

—. — librum De Superſtitione edidit Matthaeus. V. 125.

—. — Operum à D. W. edendorum ſpecimen. IX. 1 — 32.

—. — Platonica Quaeſtio I. edita. ibid. 13 — 37.

— Operum Moralium editio à D. W. facta deſcribitur, & Praefationis epitome refertur. XI. 1. ſeq.

— Vitae Demoſthenis & Ciceronis in Selectis Hiſtoricorum Gr. D. W. XII. 107.

POLEMON, Phyſiognomonicus. VI. 136.

POLYBII, locus in Selectis Hiſt. Gr. D. W. XII. 107.

PROPERTIVS ex editione Barthii memoratur. III. 110.

— ex editione Burmanni memoratur. V. 133.

— recenſetur. VI. 1 — ſeq.

— tractatur & illuſtratur. ibid. XII. 5. & 48 — 52.

R.

REINHARDVS, de Socratica docendi ratione. VI. 125.

REIS-

REISKIA, edidit Orationem Libanii unam. III. 100.
—— Libellos quosdam Morales è Graeca in Germanicam linguam vertit. VIII. 142.
——. Libanii Or. & Decl. edere inſtituit. X. 76. ſeq.
REISKII Vita ab ipſo ſcripta, & aliorum ad ipſum Epiſtolae. VIII. 140.
—— editio Libanii recenſetur. X. 76. ſeq.
ROVERIANA Bibliotheca. XI. 163.
M. ROVERI Vita, auctore Scholteno. X. 164.
RVHNKENII, Diſſertatio de Vita & Scriptis Longini. I. 116. *
—— Emendationes in Longinum. III. 34.
—— editio Velleji Paterculi. IV. 45.
—— editio Hymni Homerici in Cererem, & Epiſtolae Criticae duae. VIII. 1 — ſeq.
—— praefatio ad editionem Oudendorpianam Appuleji Metamorphoſeon. IX. 110.
—— editio altera Timaei Vocum Platonicarum. X. 108. ſeq.
——. editio Operum M. A. Mureti. ibid. 112. ſeq.
——. noſtra ejus recordatio. XI. 138. XII. 111.
——. Opuſcula. XII. 87.
——. Epiſtolae ineditae. XII. 91—93.

S.

SALCHLI, Poema Gallicum de Malo. X. 135.
SALLVSTIVS, ex editione Hottingeri. IV. 127.
SANCTOCRVCII, Cenſura Veterum Scriptorum de Rebus Alexandri Magni, editio prima. II. 129.
——. ejusdem operis, editio altera. XI. 139.
——. Ejusdem Notae in Vibium Sequeſtrem. IV. 132.

REIS-

—— De Coloniis Veterum. VI. 116.
SANTENII editio Propertii Burmanniani. VI. 1. ſeq.
—— ſpecimen editionis Catulli. X. 128.
—— Ejus vita & obitus. XI. 133.
SAXII, Onomaſticon Literarium. V. 132. VII. 94. XI. 154.
—— Tabulae Genealogicae. VIII. 130.
SCHEIDII, editio Scholarum & Animadverſionum Valckenarii & Lennepii de Analogia Linguae Graecae. X. 123. ſeq.
SCHELLERI, Praecepta ſtili Latini. IV. 16.
SCHNEIDERI, editio libelli Plutarchei de Educatione Puerorum: cum duobus Plutarchi Fragmentis, & Marcello Sideta, III. 89.
—— Carminum Pindaricorum Fragmenta. ibid. 92.
—— Analecta Critica. ibid. 93.
—— Oppiani Carmina. ibid.
—— Demetrius De Elocutione. VI. 93. ſeq.
SCHOLTENI, Diſputatio de loco Philoſophiae Ciceronianae, qui eſt de Divina Natura. VIII. 126.
—— *Matthiae Roveri Vitam, & Bibliothecae Catalogum*, conſcripſit. XI. 165.
SCHRADERI, obitus commemoratio. VIII. 142.
SCHVLTZIVS, Lexicon Hebr. Cocceji edidit. III. 125.
SCHVLTENSII, obitus & recordatio. XI. 138.
SCHVTZII, editio Aeſchyli. VIII. 137.
SCHWARZII, Panegyricis Latinis navata opera. V. 14. 17. 23. 30.

SCHWEIGHAEVSERI, Specimen novae editionis Appiani. VI. 117.
—— editio Appiani recenſetur. IX. 85. ſeq.
SEYBOLDI, Chreſtomathia Graeca Poëtica. III. 102.
SOPHOCLIS, editiones exſpectatae. III. 109. IV. 115.
—— editio Vauvillerii recenſetur. VI. 36.
—— —— Brunckii deſcribitur. IX. 107.
—— —— Electrae, Brunckii. V. 114.
—— —— Oedipi Tyr. Brunckii. ibid. 115.
—— —— Antigonae, Brunckii. ibid. 116.
—— Oedipi utriusque & Antigonae, editio Burtoni. V. 119.
—— Philoctetis, editio Gedikii. VII. 110.
STEINBRYCHELII, Epiſtola ad Villoiſonum. VII. 99.
—— Obſervationes in Euripidis Hecubam. VII. 102, 104.
STRABO, in eum Emendationes Tyrwhitti. VIII. 134.

T.

TACITI, editio Bipontina recenſetur. VI. 56. ſeq.
TESTAMENTVM VETVS, ex editione Kennikotti recenſetur. I. 79.
TEWATERVS, editor opuſculorum Iablonskii. IX. 158. XII. 98.
THEOCRITVS, Valckenarii recenſetur. V. 1. ſeq.
—— Ejus quaedam Idyllia edidit Edwardſius. VI. 129.
THEOPHRASTI, Characteres editurus erat P. Fonteinius. X. 103.
—— edere nos cogitavimus. ibid. 105.
THVCYDIDIS, loci in

Selectis Hiſt. Gr. D.
W. XII. 107.
TIBVLLVS, ex editione Heynii recenſetur. III. 53.
TIEDEMANNI, Profeſſoris Caſſelani, poſtea Marburgenſis, liber De Antiquiſſimis Graeciae Sapientibus, recenſetur. VI. 77.
TIMAEI, Lexicon Vocum Platonicarum, ex editione Ruhnkenii altera. X. 108.
TOVPIVS. Ejus editio Operum Longini recenſetur. III. 32. ſeq.
TYRWHITTI, Diſſertatio de Fragmentis Babrii. II. 120.
— editio Carminis Orphici De Lapidibus. VI. 134. VIII. 35.
— Notae in Daweſium. VII. 134.
— Emendationes in Strabonem. VIII. 134.
— editio Orationis Iſaei. X. 123.

V.

VALCKENARII. editio Theocriti, Bionis, Moſchi. V. 1. ſeq.
— Obſervatio de loco Phylarchi. V. 107.
— Ejus Orationes. IX. 74. ſeq.
— editio Orationum duarum Joannis Chryſoſtomi. ibid.
— Schediaſma Notarum in Novum Teſtamentum. *ibid.* 79.
— Obitus. ibid. 74.
— Notae in Orationem ſuam de Philippo Macedone. ibid. 78.
— Obſervationes de Analogia Linguae Graecae. X. 123.
— Animadverſiones in Andocidem. XI. 75. 97.
VAVVILLERIVS, edidit Sophoclem. VI. 36.
VELLEIVS PATERCVLVS, ex editione Ruhnkenii recenſetur. IV. 45.

iſputatio ad Iudi-
ylerianos, De Pla-
nmortalitatis Ani-
, apud Graecos
mos. IX. 110.
Plutarchi in-
romil. X. 100.
a ad H. Bos-
init.
ad F. G.
XII. init.
Moranum,
tur ac de-
1. ſeq.
d Heuſ-

a ad D.
nuo e-

Gr.

nke-

i-
.

—— Hellenica ex editione Mori recenſentur. V. 88. ſeq.
—— Opuſcula Politica, Equeſtria, Venatica, ex editione Zeunii. V. 128.
—— Inſtitutio Cyri Maj. ex ed. Zeunii. ibid. 130.
—— Memorabilia Socratis, ex ejusd. VI. 115.
—— Loci ejusdem in Selectis Hiſtor. Gr. D. W. XII. 107.
XIPHILINI, Orationes. III. 97.

Z.

ZEDELII, Emendatio Callimachea. V. 112.
ZEVNIVS. Videatur *Xenophon.*
—— reprehenſus ab Hoogeveenio. IV. 114.
ZIMMERMANNI, Vindiciae Anaximandri & Anaximenis, ex opere inedito. VII. 103.

IN-

INDEX COMMVNIS II.
AVCTORVM
VETERVM ET RECENTIORVM,

QVI NOTANTVR, VINDICANTVR, LAVDANTVR, EMENDANTVR, ILLVSTRANTVR, IN XII PARTIBUS, HORVM TRIVM VOLVMINVM BIBLIOTHECAE CRITICAE.

NVMERVS ROMANVS NOTAT PARTEM, VVLGARIS PAGINAM.

A.

Abreſchii, epiſtolae ad Reiskium, VIII. 141.
Abulfeda. II. 106, ſeq.
Achilles Tatius. II, 59. 62. IX. 71.
Aelianus. II. 66. II. 47. 49. VII. 56. IX. 71. X. 54.
— idem ſcriptor eſt Variae Hiſtoriae, De Natura Animalium, & De Providentia. XII. 16.
Aeſchylus. X. 30. XII. 81.
Alciphron. IX. 53. XI. 122.
Alexander Aphrodiſienſis. IX. 19.
Alexander Myndius. VII. 21.

Alexánder Polyhiſtor. VIII. 114.
Ambroſii error in Officiis. XI. 36.
Amerbachii, Notae in Ciceronis libros De Off. VIII. 54.
Amipſias, apud Suidam. VI. 43.
Amyoti, de Plutarcho merita. XI. 29. 30.
Andocides, X. 48. XI. 75—117.
Anonymus, Vitae Arati ſcriptor. VI. 104.
—— Rhetor Gr. apud Fabricium B. G. X. 54.
Anthemius. VI. 128.
Anthologia Graeca. II. 20. ſeq. III. 94. VIII. 22. X. 110. 111. XI. 58. XII. 9. 14. 24. 36. 45. 88.
—— Latina. III. 35. VII. 95.
Antiphon de Pythagora. VIII. 117.
Appianus. IX. 86—107. 35.
Appuleji ſtilus notatur. IX. 111.
Apſyrtus. VII. 25.
Archilochus. IV. 63. XII. 54. 57.
Archimedes, de Platone ſcriptor. VII. 28.
Ariſtaeneti, Hiſtoria Aegyptiaca. VII. 26.
—— Epiſt. XII. 54.
Ariſtarchus, de Pythagora ſcriptor. VIII. 116.
Ariſtides Rhetor. I. 51. III. 50. VIII. 16. IX. 42. X. 10. 34. 40. 58. XI. 25. XII. 8. 33.
Ariſtophanes. VIII. 42—45. IX. 65. X. 79. XII. 34. 45.
Ariſtoteles. V. Praefat. 10. VI. 81. 87. VIII. 110. IX. 44. X. 35. XII. 80.
Ariſtoxenus. VIII. 110. 112. 113. X. 131.
Amandi, Notae in Apollonium Rhodium. III. 117.
Arntzenii, Animadverſiones in Panegyricos Latinos. V. 33. 34.
Arrianus. II. 132. IX. 42.

As.

Asclepiadis Epigramma. II. 35.
Athenaeus. V. 107. VII. 57. VIII. 10. X. 111.
Athenion, apud Athenaeum. II. 61.
Auctor Dialogi De Cauſſis Corruptae Eloquentiae. IV. 109. VII. 96.

B.

Babrius, I. 127.
Bachii Io. Aug. laus. V. 88.
Baſileenſis editor Plutarchi. XI. 27.
Baſtius. XII. 58.
Bentleii cum Boyleo ſimultas. II. 67.
—— a Daweſio perperam reprehenſus. VII. 118. 119.
Bergeri, Notae in Achillem Tatium. II. 59.
Bernardi Epiſtolae ad Reiskium. VIII. 141.
Betuleji, Notae in Ciceronem De Off. VIII. 54.
Biantis dictum. XII. 54.
Bodenus, editor Achillis Tatii. II. 59.
—— —— Longi. III. 102.
Bondami, Epiſtolae ad Reiskium. VIII. 141.
Boruſſus Rex Fridericus II. VI. 126.
Herm. Boſſcha. XII. 88.
Boſii, Epiſtolae ad Reiskium. VIII. 141.
Bouhierii, Notae in Frontinum. IV. 106.
Broukhuſii, ratio in Tibullo. III. 56. ſeq.
Bruckeri, Epiſtolae ad Reiskium. VIII. 141.
Brunſius. I. 96.
Buffonus Archimedis artificium, comburendae ſpeculis cauſticis Romanae claſſis, comprobavit. VI. 128. ſeq.
Th. Burgeſſius. X. 107.
Burmanni Secundi, Emendationes in Tibullum. III. 66. 78. 79. 84.
P. Burmanni, ratio notatur. IV. 52.

Buxtorfii, ratio Hebraea. I. 84. ſeq.

C.

Callicratidas, apud Stobaeum. IX. 77.
Callimachus. V. 112. VI. 19. VIII. 23.
Calliſthenes, Hiſtoricus. II. 130.
Canteri, in Plutarchum Notae. XI. 29.
Capellus. I. 83. 87. 88. 90.
Carteſius, falſum cenſuit Archimedis artificium incendendae claſſis Romanae. VI. 129.
Caſſius Parmenſis. IV. 63.
Celſus. XII. 5.
Cephalaeon Hiſtoricus. II. 132.
Charondae Leges. II. 70.
Choricius. X. 74.
Cicero. I. 1—27. II. 1—31. III. 1—19. VIII. 52—84. V. Praefat. 8. ſeq. 19. 26. 31. bis. 33. 34. VI. 49. VII. 81. 96. VIII. 55. ſeq. 76. 109. 113. IX. 18. 19. 25. 38. 39. 58. 59. 60. 127. X. 5. 15. 38. 47. XI. 61. 101. XII. 19. 52. 54. 60—63.
Claudianus. VII. 96.
Cleanthes, de Pythagora. VIII. 113.
Clearchus, apud Athen. XII. 74.
Clemens Alexandrinus. IX. 65.
Clitarchus. II. 132. VI. 97.
Cockmanni, editio Ciceronis De Oratore. I. 12.
Conringius. VIII. 119.
Cornutus. VII. 8. 9.
Corſinus. V. 78. XII. 63. 64.
Cruſerii, de Plutarcho merita. XI. 29. 30.
Cteſiae, Excerpta Ph[…]tiana. XI. 147.
Curtius. II. 134. 1[…] 139. 140.
Cyrillus, contra Iu[…]num. X. 20.

D.

Damaſcius, emend. VI. 88. XII. 8.
Demetrius Phalereus. VI. 93.
Democritus, de Pythagora. VIII. 110.
——, Ejus dictum. XII. 75. emendatur. XII. 77.
Demoſthenes. III. 43. IV. 28. VI. 110. VII. 55. 56. VIII. 76. 104. IX. 40. 44. 78. X. 21. 27. 37. 44. 45. 50. 62. 73. 95. XII. 9. 84.
Dicaearchus. VIII. 112.
Didymus, de Pythagora. VIII. 116.
Dio Caſſius. VI. 65.
Dio Chryſoſtomus. IX. 42. 53. 62. 66. 71. XII. 33.
Diodorus Siculus. II. 133. VI. 97. VIII. 114. X. 80.
Diogenes Laërtius. VII. 22. 23. 27. 28. 55. VIII. 100. IX. 61. 80. XII. 63. 64. 75.
Diogenes, De Incredibilibus. VIII. 123.
Dionyſius Halicarnaſſenſis. X. 43. 73.
Dionyſius Periegetes. VIII. 23.
Dionyſius, qui de Orpheo ſcripſit, qui ſit? VI. 82.
Dodwelli, ſententia de Plutarcho. XII. 19.
Dorvillii, Epiſtolae ad Reiskium. VIII. 141.
Duris Samius. VIII. 113.

E.

Eldikii, correctio in Vellejo Pat. IV. 61. Bucolicis Gr. V. 9. Propertio. VI. 4. Hymno Homerico. VIII. 20. Andocide. XII. 87.
Empedocles. XII. 55.
Io. Enſchedéi, Diſſertatio de Tutelis & Inſignibus Navium. XII. 90.
Epicharmus emendatur. XII. 68.
Epimenides, de Pythagora. VIII. 110. XII. 65.

Eraſmi, Notae in Ciceronis libros de Officiis. VIII. 54.
Erneſti laudes. I. II. III. in cenſuris ejus editionis Ciceronianae: in Memoria & Elogio. VI. 139. VII. 116.
—— ratio in Cicerone emendando. VIII. 55. 57.
Eudemus, ſcriptor. VI. 87. 89.
Eudociae Violetum. XII. 58.
Eudoxus. VIII. 110.
Eumelus Poëta. VIII. 25.
Eumenius. XII. 35.
Eunapius. I. 123. K. 15.
Euripides. I. 51. II. 48. IV. 1. ſeq. V. 36. ſeq. VI. 50. Praef. 11. VII. 43. IX. 18. 63. 64. X. 45. 73. 92. XII. 26. 27. 40. 41. 83. XII. 87.
Euſebius emend. I. 131.
Euſtathii, Commentarius in Dionyſium Periegetem illuſtratus. VII. 17. ſeq.

F.

Fabrettus. V. 78.
Fabri, Epiſtolae ad Reiskium. VIII. 142
Facciolati, ratio in edendis libris Ciceronianis De Officiis. VIII. 54.
Farmerus. VII. 112.
Fiſcheri, ratio in edendis Gr. & Lat. Auctoribus. I. 31 — 34.
Florus emendatur. IV. 108.

G.

Gabryae Fabulae. II. 123.
Gagnerius. II. 91.
Galeni, Protrepticon emendatur & illuſtratur. VIII. 98.
—— alii loci illuſtrantur. XII. 72. 74.
Geinozii, defenſio Herodoti adverſus Plutarchum. XI. 147.
Gellii, Stilus, IX. 111. ſeq.

Ge-

Heſiodi, dictum. VI. 49. XII. 54.
Heſychius emendatur. VII. 61. XII. 43.
Hieronymus Hiſtoricus. VIII. 115.
Higtius. V. 5.
Hinlopenii, Emendationes Paſtoralium Longi. VIII. 74. 75. 81.
Hoeltzlini, Notae in Apollonium Rhodium. III. 115. ſeq.
Homerus. II. 32. V. 18. 22. VI. 7. 59. 65. X. 35. 37. 39. 84. XII. 14. 35.
Horatius. IX. 40.
Houbigantius. I. 87.
Huntius. I. 95.

I.

Iacobus Ap. XII. 70.
Iamblichus multa ſumſit ab Ariſtoxeno. VIII. 111.
—— illuſtratur. IX. 61.
—— emendatur. XII. 70.
Iannotii, Notae in Plutarchum. XI. 28.
Inſcriptiones. V. 83. 86. VII. 43. 103. IX. 80. XI. 141. 142.
Ioannes Chryſoſtomus illuſtratur. X. 38. 58.
Ioannis Sicelcotae, Commentarius MS. in Hermogenem. I. 121.
Iſidorus Peluſiota. IX. 29. XII. 75.
Ion Chius. X. 98.
Ioſephus. II. 137. 138.
Iſocrates. II. 98. IX. 46. 47. 48. *56.* *57.* *73.* X. 8. 14. *62.* *63.* *XI.* 110. XII. 39. 69. 77. 81.
Iulianus Imp. in aliis libris, praeter Or. I. VI. 66. IX. 52. XII. 33.
—— ejus eloquentiae ratio. IX. 34. 35.
—— abſtinuit, quoad fieri potuit, à Chriſtianis dictionibus. X. 41.
Iungermanni, laus in edendo Longo. IV. 69.
H. Iunii, Notae in Plutarchum. XI. 29.
Iuſtinus Hiſt. II. 134.
Iuvenalis. IV. 65.

K.

K.

Keplerus falſum cenſuit Archimedis artificium incendendae claſſis Romanae. VI. 129.
Kitab Al Rasmi. II. 93.
Kocheri, Epiſtola ad Reiskium. VIII. 142.
Koehlerus (Io. Bern.) II. 91
—— (I. Georg. Guil.) VI. 98.
Koenius. VIII. 87.
Krebſii, Epiſtolae ad Reiskium. VIII. 141.

L.

Lactantius. IX. 42.
Langii (Caroli) editio Officiorum Ciceronis. VIII. 55.
Leonis, Tactica. IX. 73.
Leonici, Notae in Plutarchum. XI. 28.
Leonidae, Epigramma. V. 35.
Libanius. IV. 108. V. 25. 66. VI. 66. IX. 35. 45. 53. 56. X. 10. 12. 21. 30. 44. 69. 76. ſeq. XII. 33.
Lilienthalius. I. 102.
Lipſii laus. IV. 51.
Livius. VI. 49. X. 16.
—— ejus ſtilum Veteres non imitati ſunt. IV. 49. XII. 27.
—— ejus ſtili virtutes & vitia. XII. 27.
—— Patavinitas. ibid.
—— —— digreſſio de Alexandro M. XII. 18.
Longinus Plutarchum imitatur. III. 37. 48. 51.
—— emendatur & illuſtratur. III. 38—52. V. Praefat. 11.
Longus emend. & illuſtr. IV. 69. ſeq.
Lowthus. I. 93.
Lucianus. IX. 72. 78. X. 37.
Ludovici, Diſſertatio de Panaetio. XI. 55.
Lycurgi, ex Oratione, in Meneſaechmum, locus ſervatus. VII. 12.

Ly-

Lyſiae, de ſua eloquentia dictum. VIII. 52.
—— notatur. IX. 78. XI. 78.
—— Oratio funebris ſpuria. IX. 79. XII. 83.

M.

Macrobiorum Lib. IV emendatur. V. 82.
Maffeiis. V. 78.
Cl. Mamertinus. XII. 35. 36. 38.
Manethonis Apotelesmaticon, aetas & auctor. VIII. 88.
Meiklandi & Toupii, diverſa ingeniorum ratio. III. 39.
Maximus perperam habetur auctor carminis περὶ καταρχῶν. VIII. 86. 87.
Maximus Tyrius. X. 24. 37.
Mazochius. V. 78. 86.
Meermanni (Ger.), Epiſtola ad Reiskium. VIII. 121.
Melanchthon, Ciceronem De Oratore edidit. I. 12.
—— —— De Officiis. VIII. 54.
—— Eius Commentarium in Epiſtolam ad Rom. contemnit Eraſmus. IV. 131.
Meleager, in Anthologia. II. 20. 25.
Menandri dicta. IX. 17. 18. X. 13.
Merceri, ratio Philologiae Hebraicae. I. 81.
Meziriaci Bacheti, Notae in Plutarchum. XI. 29. 37.
Mimnermus. II. 32.
Moderatus Gaditanus. VIII. 122.
Moerlius Noribergenſis Antiſtes. V. 14.
Mollius Longi editor. IV. 69. 80.
Morelli (Iacobi) laus. X. 133.
Morini, ratio Philologiae. I. 85. 88.
P. Moſellanus. V. 125.
Moyſis dictum apud

Lon-

Longinum. III. 35.
Munſteri, ratio Philologiae Hebraicae. I. 81.
Mureti laudes. X. 114. ſeq.
— merita de Tibullo. III. 55.
— Notae in Plutarchum. XI. 28.
Muſaei Carmen editum à M. Rövero. XI. 165.
Musgravii, Notae in Appianum. VI. 118.
Muſonius emendatur. IX. 53. X. 9. XII. 12.
Mutzenbecherus. V. 124.

N.

Neanthes. VII. 114.
Nemeſius. IX. 17.
Neophron ſcriptor tragoediae Medeae. V. 38. 71.
Nepos. IX. 19. XII. 4.
Nicophon Comicus. X. 111.
Nicoſtratus Rhetor. X. 90.
Nonnus Scholiastes Gregorii Naz. II. 70. XII. 58. MS.
Novum Testamentum. IX. 79. ſeq.
Numenius. X. 36.

O.

Ocelli Lucani locus in Ariſtoxeni & Jamblichi libros venit. VIII. 113.
— ejus libellus non ſpurius cenſendus. ibid.
Oefelii, Epiſtola ad Reiskium. VIII. 141.
Olympiodorus. Commentarius ejus MS. in Phaedonem. I. 120.
— Excerpta ex Plutarcho. XII. 79.
Oneſicritus. II. 131.
Onomacritus. VIII. 27.
Onoſander. X. 75.
Oroſius. II. 134.
Orphica Carmina. IX. 63.
Orus Grammaticus. VIII. 26.
Ovidius. V. 24. 30. VI. 30. VII. 95. IX. 59.

— Ejus

— Ejus Medea. V. 38. 39. 53. 63.
— argutiarum in poëſi Latina auctor. IV. 49.
— de Pythagora. IX. 120.

P.

Pacuvii Medea. V. 38.
Pagninus. I. 81.
Panegyricorum Latinorum eloquentia. V. 10.
Paulus Ap. IX. 37.
Pauſanias. V. 80. VIII. 5. X. 43. XI. 86.
Pearcius, edidit Ciceronis libros De Oratore. I. 12.
— — — — De Officiis. VIII. 57.
— — Longinum. III. 33.
Petavii laudes. X. 2.
Petronius. IV. 64.
— ejus aetas & locus. V. 84.
Phaeax non eſt auctor Orationis Andocideae adverſus Alcibiadem. XI. 78. 79.
Phalaridis, Epiſtolae Latinam dictionem redolent. II. 66.
Phanoclis res & aetas. VIII. 30.
Pherecydes, de Pythagora. VIII. 109.
Philochorus — — VIII. 116.
Philodemus in Anthol. XI. 122. XII. 88.
Philon, de Pythagora. VIII. 116.
Philon Jud. XII. 40. 43. 44.
Philon Byz. de Miraculis Orbis. XII. 52.
Philoſtratus. V. 85. VI. 66. IX. 65. 72. 77. X. 12.
Philyllius Comicus. X. 111.
Phylarchus apud Athenaeum. V. 107. ſeq.
Pindarus. IX. 49. 80. XII. 80. ſeq.
Plato. I. 29. ſeq. 23. 49. 51. III. 120. V. 100. 106. 109. VII. 45. IX. 37. 42 44. 59. X. 12. 58. 62. 65. 66. 92.

92. 109. XI. 64. ſeq. 110. XII. 10. 11. 38. 40. 55. 79. 84.
Plautus. IX. 19.
Plinius Major. XII. 73.
Plinius Iunior, XII. 78.
Plutarchus. II. 133. Vitae Alexandri auctoritas.
—— libellus De Virtute aut Fortuna Alexandri. ibid. XII. 17.
—— Variae Lectiones in librum de Placit. Philoſ. V. 127.
—— ſpurius liber De X Oratoribus. XI. 87. 88.
—— alii libri. IV. 28. 65. V. 105. VI. 54. VII. 53. 58. VIII. 114. IX. 41. 58. 59. X. 7. 19. 33. 43. XI. 85. 87. XII. 11. 33. 34. 45. 46. 47. 48. 87.
—— Ejus Convivium Sapientum VII, germanum eſt opus. VIII. 101.
—— —— Platonicae Quaeſtiones. XII. 67.
—— —— De Malignitate Herodoti. XI. 146. 147.
Polyaenus. II. 135. 138. IV. 100. IX. 71. X. 48.
Polyaenus Athenienſis, de Memnone ſcripſit. XI. 125. 178.
Porphyrius. I. 117. 120. 121. 123. X. 46. XII. 46.
Poſidippus, in Anthol. emend. VI. 6.
Praxiphanes. VI. 96.
Proclus. I. 120. 191. VII. 68.
Propertius. VII. 95. VIII. 111. XII. 5.
Ptolemaeus Lagi fil. ſcriptor rerum Alexandri. II. 130. 133.
Pythagoras. Scriptores de illo. VIII. 109. ſeq.
—— an quid ſcripſerit? ibid. 116.
—— ſit nec ne auctor nominis Philoſophiae. ibid. 118.
Pythagoreorum Scripta & Fragmenta non ſunt ſpuria. ibid. 119.

Q.

Quinctilianus explicatur. XI. 76. XII. 111.

R.

Rachelius, Ciceronis libros De Officiis edidit cum Commentario Philoſophico-Juridico. VIII. 54.

Reimari, Epiſtolae ad Reiskium. VIII. 141.

Reineri Reineccii Syntagma De familiis, quae in Monarchiis tribus prioribus, rerum potitae ſunt. VIII. 131.

Reiskii, de Literis Arabicis merita. II. 80. 89. 90. 91. 93.

—— Notae in Julianum. IX. 34.

—— Animadverſiones in Plutarchum. XI 38.

—— editio Plutarchi. XI. 38.

—— ratio critica. ibid.

——, —— merita de Oratoribus Atticis. 77.

Reuchlinus, inſtaurator ſtudii Philologiae Hebraicae. I. 80.

Rhenanus (B.). IV. 50.

Rhoerius (Jac.). V. 83.

Ricardi, verſio Gallica Operum Moralium Plutarchi. XI. 40.

Richteri, Epiſtolae ad Reiskium. VIII. 142.

Rualdi, Animadverſiones in Plutarchum. XI. 33.

Ruardi, emendatio *Bionis*. V. 4.

Ruhnkenii, emendationes locorum Bionis. V. 6. 7.

——. merita de Oratoribus Atticis. XI. 78.

——. maligne & inepte adſpergitur falſa plagii ſuſpicione: ibid. 79.

—— ejus obitus et recordatio. ibid. 138.

S.

Salluſtii laus. IV. 49.

—— notatur. V. 22.

Salmaſii, de Anthologia Graeca, merita. IV. 22.

— No-

—— Notae in Anacreontem. IV. 112.
—— —— in Achillem Tatium. II. 58.
—— —— in Plutarchum. XI. 37.
Salterus. VII. 112.
Sanctamandus. III. 114. VII. 112.
Santenii, Notae Proſodiacae in Mureti Opera. XI. 136.
—— in Hier. Balbi Carmina. ibid.
Scaligeri, in Tibullo ratio. III. 56.
—— ejus adverſariorum perverſus uſus. XI. 91.
Schneideri, Notae in Platonem. VI. 121
Schoepflini, Epiſtolae ad Reiskium. VIII. 141.
Scholiaſtes Nicandri. VI. 97.
—— Ariſtidis. IX. 40.
——. —— Homeri Venetus à Villoiſono editus. XI. 130.
Schraderus. III. 78. VIII. 87.
Schroederi (Nicol. Guil.), Epiſtolae ad Reiskium. VIII. 141.
Schultenſius (Alb.). I. 82. 90. 91.
—— Ejus Epiſtolae ad Reiskium. VIII. 141.
—— (Jo. Jacobi) Epiſtola ad Reiskium. ibid.
Schwebelii, ratio in Ellipſibus. X. 25.
Seneca, Rhetor. IV. 64.
—— Tragicus. V. 38. 41. 49. 59. 60. 64. IV. 109.
Servius in Virgilium. VIII. 16.
Sevini, Diſſertatio de Panaetio. XI. 55.
Sextus Empiricus, de Pythagora. VIII. 123.
Seyboldus. VI. 106.
Simonides. II. 33. IX. 40. XII. 80.
Socraticorum Epiſtolae. IX. 52. XI. 100.
Sophocles. IV. 10. 17. 36. ſeq. VI. 45. 46. 48. VII. 100. 107. IX. 49. 63. XII. 11. 67.
Soſicrates. VIII. 117.
Sotion. VIII. 115.

Spanhemii laudes. X. 2. 3. 18.
Speuſippus, de Pythagora. VIII. 110.
Stephanus Byzantinus. V. 79. VI. 81. VII. 54.
Stephani (H.) laudes. XI. 31. ſeq.
Stobaeus. VIII. 116. 117. IX. 40. XI. 62. XII. 66.
Strabo. IV. 64. VIII. 116. 117.
Strebaeus, Ciceronis libros, De Oratore, edidit. I. 12.
Suidas. II. 70. VII. 81. IX. 78. X. 20. XI. 56.
Syneſius. X. 13.

T.

Tacitus. VI. 76. VII. 96. XII. 54.
Taylorus, Orationem Andocidis adverſus Alcibiadem perperam vindicat Phaeaci. XI. 78.
Terentius, ſententias Euripideas à Menandro ſumſit. IV. 45. 63.
Terentianus Maurus, à Santenio edendus. XI. 63.
Themiſtius. VI. 66. IX. 35. 36. 37. 42. 43. X. 15. 24. 38. 39. 42. 45. 54. 55. 58. 62. 66. 70. XI. 68.
Theognidis, dictum de Medicis. IX. 28. XII. 74. tentatur XII. 41.
Theocritus, quo Doriſmo utatur. II. 36.
—— notatur. VII. 107. IX. 71.
Theon. Sophiſta. IX. 53.
—— Mathem. MS. XI. 147.
Theophilus ad Autolycum. VII. 20.
Theopompus. III. 40. IX. 78. XII. 21.
Theophraſti, Character not. XI. 107.
Thiemii, editio Xenophontis Welſiani. V. 88.
Thucydides. III. 49. IX. 38. 73. X. 6. 56. XI. 85.
Tibullus. III. 53. ſeq.
Tiedemanni locus. VIII. 107. 116. 119.

Ti-

Timaeus Locrus, emend. IX. 121.
Timaeus Hiſtoricus. VIII. 114.
Timon Sillographus. IX. 84. XII. 69.
Tollii (Herm.). Emendationes in Longo. IV. 73.
Tollii (Alex.), editio Appiani. IX. 87.
Toupii & Marklandi comparatio. III. 39.
Trillerus. Ejus Epiſtolae ad Reiskium. VIII. 141.
—— Notatur. IX. 80.
Trogus Pompejus, auctor argutiarum in La ina proſa. IV. 49.
Turnebi, Notae in Plutarchum. XI. 29.
Tzetzae auctoritas. II. 70. VII. 7. 10. 14. 15. 30. 34.

V.

Valckenarii, emendationes in Longo. IV. 80. 81. 82.
—— judicium de Analogia Graecae Linguae. X. 125.
Valerius Flaccus, emend. IV. 109.
Valerius Maximus, not. XI. 81. XII. 64.
Varro Atacinus. VIII. 25.
Varablus. I. 81.
Verſchuirius. I. 87.
Virgilius. IV. 79. V. 23. 27. 41. VI. 27. ſeq. IX. 17. 64. 70. XII. 37. 39. 52.
Viſcontius. XI. 141. 147.
Vitello Mathem. VI. 127.
Vitruvius. IV. 110.
Voſſii Etymologicon, Neapoli recuſum ac refertum Hebraicis notationibus. V. 86.
Voſſius (Iſaacus) I. 88. 89.
Voſſius (J. H.) VIII. 8. 16.
Vulpii, in Tibullo ratio. III. 57.

W.

Wernsdorfii, epiſtolae ad Reiskium. VIII. 141.

Weſſelingii, ——. —— ibid.
—— Ejus editionis Herodoteae laus. XI. 144.
Wolfii, Curae Philologicae. IX. 79.
Wyttenbachii (D.), patris, Elogium. VI. 138.

X.

Xenophon. IV. 56. 76. V. 88. VI. 53. 65. 69. 97. IX. 61. 66. 68. 70. 104. X. 11. 65. 68. 69. 78. XII. 11. 24. 30. 34.
—— Ejus nomine Ageſilaus temere fertur. IX. 70. XII. 82.
Xylandri, merita de Plutarcho. XI. 80.

Z.

Zaleuci Leges. II. 50.
Zonaras. II. 134.

IN-

INDEX COMMVNIS III.

HISTORICVS, GEOGRAPHICVS, AVCTORVM, RERVM, HOMINVM, ARGVMENTORVM.

A.

Abreſchius à Reiskio memoratus in Vita Sua, VIII. 141.
Academicus eſt princeps philoſophorum, IX. 25, XII. 73.
Achelous, ſignum ubertatis agrorum. V. 86.
Adoptivus filius melior eſt naturali, XII. 75, ſeq.
Adverſaria doctorum virorum ſaepe ab imperitis temere vulgantur. XI. 98.
Adulatores, corvis comparantur, VI, 106.
Aegyptii, Eorum de animi immortalitate opinio, IX. 120.
—— antiquitas, XI. 147.
—— zodiacus. ibid.
—— hiſtoria & ſucceſſio, 150.
Aeſopicae fabulae origo & natura, VIII. 100.
Agathias, Anthol. Gr. II. 22.
Alberti, mentio in Vita Reiskii. VIII. 141.
Albini —— —— —— ibid.
Alcaeus, in Anthol. Gr. II. 21.
Alcibiadis, mores verſatiles. X, 8, XII, 83.

Aletes, Corinthi conditor. IV. 63.

Alexander M. Ejus res & ſcriptores. II. 120. XI. 139.

—— Ejus epiſtolae & alia ſcripta. II. 132.

Alexander, epigrammatum poeta. II. 21.

Alexander Aphrodiſienſis. III. 96.

Alexander Trallianus. III. 97.

Alexandria urbs cognomina à Caeſaribus ſibi ſumebat. V. 79.

—— Ejus bibliotheca combuſta à Saracenis. II. 79. XI. 22.

Ali, filius Abu Talebi. II. 80.

Aloadae. X. 35.

Amelius. I. 118.

Amare debemus ut oſuri. XII. 54.

Amerbachius (Bonif.), laudatur ab Eraſmo. IV. 129.

Amnis, cum bello comparatio. V. 18.

Ammonius Saccas. I. 118. 119.

Ammonius Peripateticus. I. 119.

Amor coecus parentum erga liberos, & ſcriptorum erga ſcripta ſua. XII. 72.

Amphictyonum Concilium. IX. 78.

Anacreon. II. 21.

Analogia Linguae Graecae. X. 123. ſeq.

—— ejus *perverſus uſus.* ibid. 126.

Anaſtaſius, *Episcopus* Eleutheropolis. VI. 133.

Anaxagoras. Ejus de immortalitate animorum opinio. IX. 118.

—— ejus aetas. *VIII.* 104. 105. XII. 63. 64.

Anaximandri & Anaximenis vindiciae. VII. 103.

—— aetas. VIII. 104. XII. 105.

Androclides Alexandriae docuit. VII. 28.

Annius Stoicus. II. 119.

Anonymi Medici, libellus. V. 127.

An-

Antagoras, in Anthol. II. 22.
Antigonus —. — ibid.
Antiochus Syr. ab uxore Laodice interfectus. V. 108. XII. 45.
Antipater, in Anthol. II. 22.
Antipater Tarſenſis, Stoicus. XI. 57.
Antipatriſtae. ibid. 58.
Antiphanes, in Anthol. II. 22.
Antiphilus —. ibid.
Antiquitatum ſcriptores vario ſunt gradu. VII. 41.
Antiſthenis, opinio de animi immortalitate. IX. 126.
Anyte, in Anthol. II. 21.
Apollodorus, Panaetii discipulus. X. 57.
Apollonius Rhodius, cognomen habuit ἥλιος. VIII. 25.
Apollonius Nyſaeenſis, Panaetii discipulus. XI. 57.
Apollonius, ſcriptor de Pythagora, an ſit Tyaneus. VIII. 120.
Aquileienſis regio paluſtris. X. 58.
Arabum, in Literis aetates. II. 77—86.
Aratus, in Anthol. II. 21.
— in Bibliotheca Moſc. V. 127.
— Ejus Variae Lectiones. ibid.
Archedemus Stoicus. XI. 57.
Archilochus, in Anthol. II. 21.
Archimedis, artificium comburendae claſſis Romanae. VI. 128. 129.
Ariſtaeneti, editio Polyzois Kontoy. XI. 121.
— inedita Epiſtola. ibid.
Ariſtander, de divinatione ſcripſit. VII. 28.
Ariſtarchus, Grammaticus. XI. 56.
Ariſtides, in Bibl. Moſc. V. 127.
— Excerpta in Macario Chryſocephalo. VI. 133.
Ariſtippus, an quid ſcripſerit. VIII. 117. 118.

Ariſto Chius, dialogos ſcripſit. XI. 74.
Ariſtobulus, dux Alexandri M. II. 131.
Ariſtodemus, ab amatoribus cuſtoditus. X. 86. 87.
Ariſtolochus, Tragicus fictus. II. 69.
Ariſtophanes. Ex eo excerpta apud Macarium Chryſocephalum. VI. 133.
— in Biblioth. Moſc. V. 127.
Ariſtoteles, — — ibid.
— Metaphyſica cum Scholiis Alexandri Aphrodiſienſis & Syriani ibid. II. III. 96.
— Phyſicae Auſcultationis libri. V, cum ſcholiis Simplicii in compendium redactis à Georgio Scholario. ibid.
— Ejus opinio de animi immortalitate. IX. 126.
— librorum genera & dialogi. XI. 74.
Ariſtoxeni, opinio de animi immortalitate, IX. 126.
Arnobii, à Tewatero deſtinata editio. XI. 158. XII. 99.
Artemon, Laodices adjutor in occidendo marito Antiocho, Syriae Rege. V. 109.
Athenaeus, in Biblioth. Moſc. V. 127.
Athenaeus Stoicus. II. 119.
Athenienſium, duplex in Ioniam colonia. IV. 63.
Attius, Medeam ſcripſit. V, 38.
Auctoritas hiſtorica Scriptorum. *VIII. 100. 108.* 110.
Aurelianus Caeſar, crudelis erga Longinum. I. 123.
Automedon, in Anthol. II. 22.

B.

Bacchi, feſta & ſcenica certamina quot & quae Athenis, VII. 44. 51.
Bacchylides, in Anthol. II. 21.
Balbi Lucilii, Q. & L. *Pan-*

Panaetii diſcipuli. XI. 57.
Bangii (I. C.), memoria, XII. 96. 98.
Baſilius M., in Bibliotheca Moſc. III. 92.
Berenice, Antiochi II. Syriae R. uxor cum filiolo Seleuco à Laodice interfecta. V. 108. 109.
Bernardus, memoratur in Vita Reiskii. VIII. 141.
Bianor, in Anthol. II. 22.
Bibliopolae veteribus editionibus novos titulos praeponunt. XI. 36.
Bleſtiche, Venus. V. 110.
Brundiſina ſpecula. XI. 123.
Burmannus, memoratur in Vita Reiskii. VIII. 141.
Buthyſiae, agon. V. 78. 86.

C.

Caedes, exilio expiatur. X. 60.
Callimachus, in Anthol. II. 21.
Cappellus. I. 83. 87. 88. 90.
Carneades, altiore voce diſſerens admonitus. IX. 9. XII. 66.
Carthago cum Sparta comparatur. X. 8. 13.
Caſſianus Baſſus, Geoponica collegit. VII. 135.
Catena, in IV Evangelia. V. 127.
Celtae, qui. VI. 71.
Cenſurae metaphora. XII. 2.
Cerceps, poeta Pythagoricus. IX. 122.
Ceres, Achaea. IV. 63.
Cetarini, in Sicilia. II. 14.
Chaeremon, in Anthol. II. 21.
Chares, Ath. dux. IX. 78.
Chartae uſus. XII. 22.
Chilon, primus Ephorus. VIII. 117.
Choricii, Declamatio. VII. 153.
——— Excerpta in Macario Chryſocephalo. ibid.

Chris-

Chriſtiani, doctores maledici de diſſentientibus. I. 124.
Ciceronis, ſententia de animi immortalitate. IX. 126.
—— Epiſtolae ad Brutum, ſpuriae. VII. 78.
—— libri de Officiis ex Panaetii opere ducti. XI. 55. 59.
—— Eorum praeſtantia. VIII. 53.
Citatio auctorum ne putida ſit. IX. 94.
Clearchus, dialogos ſcripſit. XI. 74.
Clemens, interpres gloſſarum Platonicarum. X. 110.
Cleomedis, variae lectiones. VII. 127.
Coelius. IV. 63.
Coloniarum Rom. conditio. VII. 134.
Columbae, deliciae puerorum. X. 83.
Columellae codex MS. in bibliotheca Moſc. V. 127.
Comoediae ex antiqua in mediam & novam converſio Platoni debetur. XI. 73.
Conſtantii, Imp. Lex de Magis gladio puniendis. VIII. 87.
—— clades. X. 21.
Conſtantini Manaſſae Excerpta. VI. 133.
Conſtantinus Cephalas, Anthologiae editor. II. 22. 23. 24.
Cornutus, ab Eudocia deſcriptus. *VII. 7. 10.*
—— ei editionem deſtinaverat *Villoiſonus. XI.* 130.
Crantoris, ſententia de animi immortalitate. IX. 126.
Craſſi, dictum ad Scaevolam. V. 33.
Crates Mallotes. XI. 56.
Cratippus, philoſophus. VIII. 62.
—— quare non *Crathippus* ſcribatur. ibid.
Creuzerus (Fred.) XII. 98.
Crinagoras, in Anthol. II. 22. XII. 36.

Cri-

Critici munus. I. 5.
—— Ciceroniani ——, ib. 4.
Criticum argumentum. XI. 96.
Crocus Britannus. IV. 125.
Crucquius, Horatii interpres. IV. 86.
Cteſiphon. X. 111.
Cumarum ortus. IV. 63.
Cuninghamus, Horatii interpres. IV. 86.
Currus, publicus clabularius. X. 85.
Cynicorum, de animi immortalitate opinio. IX. 126.
Cyrenaicorum. —— —— ib. 127.

D.

Damagetus, in Anthol. II. 21.
Danäe, Leontii Epicureae filia, Laodices juſſu de rupe dejecta. V. 108.
Dardanus, auctor myſteriorum. VI. 85.
Demetrius Bithynus, Panaetii discipulus. XI. 57.
Demetrius Moſchus. VIII. 86.
Democritus, quid de anima ſenſerit. IX. 122.
——, Ejus aetas. XII. 63. 64.
Democritus, Platonicus, Longini aequalis. II. 118.
Demoſthenis, editio Herwagiana ab Erasmo efflagitata. IV. 130.
—— codex MS. in bibliotheca Moſc. V. 127.
—— Excerpta apud Macarium Chryſocephalum. VI. 133.
Dicaearchi, opinio de animo. IX. 126.
—— dialogi. XI. 74.
Didascaliae. VII. 42.
Dii, quondam hominibus imperarunt. XI. 69.
—— Deaeque certis quique corporis partibus pulchri cenſentur. III. 4.
Diodorus, in Anthol. II. 21.

Dio-

Diogenem Laertium deſcripſit Eudocia. VII. 22—28. VIII. 105.
—— Ejus codex MS. Moſc. V. 127.
Diogeniani Proverbia deſcripſit Eudocia. VII. 14.
Diogeniſtae. XI. 58.
Diomedis Scholaſtici, Commentarii in Dionyſii Thracis Grammaticam. VI. 134.
Dionis Chryſ. Excerpta in Macario Chryſocephalo. V. 153.
Dionyſia, feſtum Athen. VII. 41. XII. 58. 59.
Dionyſius Periegeta in Biblioth. Moſc. V. 127.
Dionyſius Thrax, in Villoiſoni Anecdotis. VI. 133.
Dioſcorides, in Anthol. II. 21.
Diotimus, in Anthol. II. 21.
Diſcere eſſe reminiſci. XII. 79.
Doliones, populus. VIII. 28.
Domaſchnewius. Literarum fautor. V. 27.
Domitianus, philoſophos vexavit. VIII. 87.
Dorvillius, Anthologiam Gr. edere deſtinavit. II. 24.
——. Ejus bibliotheca in Oxonienſem illata. XI. 160.
—— memoratur à Reiſkio in ſua Vita. VIII. 141.
Doſitheus Magiſter. XI. 165.
Dutens, editor Longi. IV. 71.
Draco Stratonicenſis. VIII. 26.

E.

Echelidas. V. 81.
Editoris officium. IX. 5. XI.
——. eorum in facultate varietas & gradus. ibid. 9.
—— operam accommodabit captui eorum, quibus eam deſtinaverit. ibid. ſeq.
—— etiam nullis additis no-

notis bene mereri poteſt de ſtudiis. I. 30.
Edriſius. II. 93.
Eleatici, quam de animorum immortalitate opinionem tenuerint. IX. 122.
Elei, judices Olympicorum. IX. 24.
Eliaci, quid de animorum immortalitate ſenſerint. IX. 122.
Emendatio mendorum in Veteribus libris qualis & quotuplex ſit. XI. 118—120. 108. ſeq.
Empedoclis, opinio de animi immortalitate. IX. 122.
Ennius, Medeam ſcripſit. V. 38.
Epicharmi, de animi immortalitate opinio. IX. 122.
—— dictum. XII. 62.
Epicuri —— —— ibid. 128.
—— de naturis ſervantibus & interimentibus. XII. 19.
Epicureos tantummodo fuiſſe, nec alios philoſophos, ſub Auguſto: imperitorum error. IX. 129.
Epimenides, Pythagorae diſcipulus. VIII. 110. XII. 65.
Epiſtolae Graecae plerae que fictae. II. 64.
Eratoſthenis Cataſteriſmos deſcripſit Eudocia. VII. 14.
Eretriaci, quid de animi immortalitate ſenſerint. IX. 127.
Erinna, in Anthol. II. 21.
Etymologicum M. ab Eudocia aliquot locis deſcriptum. VII. 10. 14. 17. 30. 32. 33.
Euanor, in Anthol. II. 22.
Eubulus, Platonicus, Longini aequalis. I. 119.
Euclides ——. —— ibid. 118.
Eudociae, de Plutarcho locus memorabilis. XI. 23.
Eunapium, edere inſtituit Boiſſonadius. XII. 106.
Euphemus, in Anthol. II. 21.
Euphorion ——. —— ibid.
Eu-

Euripidis, exempla MS. in Biblioth. Moſc. V. 127.
Euſebii, Excerpta in Macario Chryſocephalo. V. 133.
Euſtathii, Fabula Amatoria in Biblioth. Moſc. V. 127.
Euſtathii, Commentarius in Dionyſium Periegetam ſuppletur. III. 94.
— Ejus ex Commentariis multos locos Eudocia retulit in Violetum. VII. 7. 8. 10. 20. 29. 30. 31. 39.
Exilio caedes expiabatur. X. 60.

F.

Fabularum de Diis origo & interpretatio. III. 106.
Fannius, Panaetii diſcipulus. XI. 57.
Faviſſae. V. 83.
Ficus, in praecipitio rupis naſcens. VI. 109. XII. 57.
Fonti immingere. VI. 102.
Furius (L.) Philus, Panaetii diſcipulus. XI. 57.

G.

Galeni, codex MS. Biblioth. Moſc. V. 127.
Gallorum ſub Romanis conditio. X. 47.
Garvius, Ciceronis Officia Germanice interpretatus. XII. 60.
Georgii Lecapeni, *Grammaticae Gr. Excerpta*. V. 127.
Germani, Excerpta in Macario Chryſ. VI. 133.
Gloſſae, ejiciuntur. II. 17. 18.
Gloſſarium, in *Epiſtolas* Apoſtolorum. V 127.
Gloſſaria Latina. IX. 113.
Gnomici Poetae. V. 128.
Graeci imperium R. indignantes. XII. 17. ſeq.
Graecae Linguae Analogia. IV. 123.
— ejus ſcientia quibus cauſſis contineatur. X. 124
— li-

—— libri ex quo genere, & quibus de cauſſis ſervati. X. 151.
Gregorii Nazianzeni, exempla MS. in Biblioth. Moſc. III. 96. V. 127.
—— Nyſſeni —— ibid.
Gronovius (Abr.) in Reiskii Vita memoratus. VIII. 141.
Grotii (H.), locus ex Annalibus. XII. 122.
Guilielmi I. Naſſavici, laus. XII. 121. ſeq.

H.

Haleſa, Siciliae urbs. II. 68.
Hana (H.), vindicatur. XI. 157.
—— ejus obitus & memoria. XII. 95.
Hannibalis & Scipionis, colloquium. IX. 100.
Harpocrationis, locos refert Eudocia. VII. 16. 18.
Haverkampius, memoratur in Vita Reiskii. VIII. 141.
Hebraeae linguae ſtudium quas progreſſiones & aetates inter Chriſtianos habuerit. I. 79. 80.
—— origo divina exiſtimatur. ibid. 82.
—— punctorum vocalium vis & auctoritas. ibid. 101.
—— origines perperam in Linguae Gr. & Lat. rationem invehuntur. V. 86.
Hecaton, Panaetii diſcipulus. XI. 57.
Hedylus, in Anthol. II. 21.
Hegemon Thaſius. XII. 85.
Hegeſippus —— II. 21.
Heliae Monachi, libellus de affectionibus verſuum. VI. 133.
Heliodorus Peripateticus. I. 119.
Hellanici, νόμοι-βαρβαρικοί. VI. 88.
Hemſterhuſii Elogium, auctore Ruhnkenio. X. 117.
—— mentio in Vita Reiskii

hii. VIII. 141.
Heraclides Ponticus, quid de animi immortalitate ſenſerit. IX. 126.
—— dialogos ſcripſit. XI. 74.
Heracliti, de animorum immortalitate opinio. IX. 122.
Hercules, terras & maria pacavit. V. 25. IX. 48.
—— nemora. XII. 38.
Hermias, interpres Platonis MS. I. 120.
Herminus Stoicus, Longini aequalis. I. 119.
Hermodorus, in Anthol. II. 21.
Herodiani Hiſtorici, Excerpta in Macario Chryſocephalo. V. 153.
—— Grammatici, inedita quaedam in Villoiſoni Anecdotis. ibid.
Heſiodi, res. IV. 63.
—— Carmina cum Scholiis in Biblioth. Moſc. V. 128.
—— Excerpta in Macario Chryſocephalo. VI. 133.
—— Ejus Theogonia ex Orphica fluxit. VI. 92.
Heſychii, locos deſcripſit Eudocia. VII. 8. 17.
Hippocratis, opinio de animi immortalitate. IX. 123.
Hipponis ——. —— ibid. 122.
Hiſtoriae ſcriptorum Lat. erga Caeſares adulatio. IV. 48.
——. ſtudium imitandi Salluſtii. ibid. 49.
——, Ejus auctoritas diligenter aeſtimanda. XI. 81. ſeq.
——. depravata à Comicis & Rhetoribus. ib.
—— temeritas & negligentia hodiernorum hominum in aſſentiendo & credendo Hiſtoricis. ib.
—— Hiſtoria antiqua rerum ante Cyrum fabulis commixta. ibid. 149.
——. Trojae everſio eſt quidem Epocha, ſed incerta. ibid.
—— Heraclidarum reditus, item. ibid.
—— Olympiadum initium co-

L.

Lacedaemoniorum inſtituta. X. 8. 10.
Laelius, diſcipulus Panaetii. XI. 57.
Laidis ſignum. XII. 57.
Langerus, vir eruditiſſimus, Bibliothecae Wolfenbutelanae praefectus. VIII. 60.
Laodice maritum Antiochum II, Syriae regem, interficit. V. 108.
Lenaea, non ſunt τὰ κατ' ἀγρούς Διονύσια, ſed τὰ 'Ανθεστήρια. VII. 51. ſeq.
Leonidas, in Anthol. II. 21.
Leontium, Epicurea. V. 104.
Libanii, codices MS. in Biblioth. Moſc. V. 128.
—— Ejus vita à Reiskio adumbrata. X. 79.
—— Oratio ipſius, de ſua Vita. ibid. 80. ſeq.
—— Declamatio inedita. ibid. 131.
—— qua de cauſſa tot ejus libri ſervati ſint. ib. 132.
Librorum veterum *interitus*, captâ Alexandriâ. XI. 22.
—— Conſtantinopoli, à Latinis. ibid. 124.
—— —— à Turcis. ib. 125.
—— in tabernas involvendis mercibus ablegantur. XII. 23.
Literatum *argumentum cujusmodi ad commentandum* ſtudioſò adoleſcenti fructuoſiſſimum ſit. XI. 74. 65.
Livia, Auguſti ſacerdos & filia. IV. 63.
Lorryus, medicus *Pariſinus*. VII 106. XI. 78.
Luciani, excerpta in Macario Chryſocephalo. VI. 133.
—— ejus editionem Baſtius cogitat. XI. 119.
Lycophron, in Bibliotheca Moſc. V. 128.
Lycus, de Pythagora. VIII. 115.

Lyſiae reſponſum. VIII. 52. XII. 60.
Lyſimachus, Stoicus, Longini aequalis. I. 119.
Lyſinus, Tragicus fictus. II. 69.

M.

Macarii Chryſocephali Roſetum. VI. 133.
Macedonia quondam Atheníenſium vectigalis. IX. 78.
Macerio. IV. 64.
Magi poena gladii affecti. VIII. 87.
Magneſiae ortus. IV. 63.
Major, Sophiſta. I. 131.
Mamun. II. 82.
Manilii & Manlii confunduntur. V. 38.
Manſur. II. 91.
Marcianus, Gazae Epiſcopus. VI. 133.
Maria, mater Marciani & Anaſtaſii Epiſcoporum: in ejus laudem oratio Choricii edita à Villoiſono in Anecdot. VI. 133.
Maximus Planudes Anthologiam Gr. immutavit. II. 23.
—— Fabulas Aeſopicas I. 124.
Medeam tragoediam ſcripſerunt plures. V. 38.
Medius, Stoicus Longini aequalis. I. 119.
Megarici philoſophi, quid ſenſerint de immortalitate animorum. IX. 127.
Melanippides, in Anthol. II. 21.
Menecrates, in Anthol. II. 21.
Menephren, Aegypti R. XI. 147.
Menſura dicentis eſt audiens. IX. 9. XII. 66.
Mercaturae ſtudia non decora civitatis rectori. X. 13.
Meſſanae urbis ortus. II. 68.
Metelli inimicitiae. IV. 63.
Minerva Helleſia. IV. 63.
——. non per crines, ſed per clypeos juranda eſt. III. 77.
Mnaſalcas in Anth. II. 21.

[illegible]

Nepotis (Corn.), in Vitis ſcribendis praeſtantia. XII. 116. ſeq.
— imitatio cujusmodi inſtituenda. XII. ibid.
Neptunius [illegible]. V. 33.
Nicaenetus, in Anthol. [illegible]
Nicagoras, Sophiſta. I. [illegible]
Nicander MS. Bibliothecae Mazar. V. 128.
Nicephorus Chumnus, apud Macarium Chryſ. [illegible]
Nicias, in Anthol. II. 21.
Nonnus, Scholiaſta Gregorii Naz. ab Eudocia tranſſcriptus. VII. [illegible]
Noſſis, in Anthol. II. 21.
Nux, [illegible] VI. [illegible]
Numeri quomodo primum a Pythagoreis ad explicandas res adhibiti. VII. [illegible]

N.

[illegible]

O.

Officium quid in Stoicis. VII. 83. [illegible]

— καθῆκον Zenoni dictum. XI. 61.
Olympicis in ludis quando tragoediae certamen inductum ſit. VII. 46.
Oppianus, in Biblioth. Moſc. V. 128.
Oratoris eſt, magna parva, & parva magna facere. IX. 38.
Origenes, Longini familiaris. I. 118.
Origenis Hexapla MS. in Biblioth. Moſc. V. 128.
Orphei, Carmina. ibid.
—— ovum VI. 87.
Oſculum honoris. V. 34.
Ovum Orphicum. VI. 87.

P.

Pacuvii Medea. V. 38.
Palaephatus, transſcribitur ab Eudocia. VII. 11. 12. 17.
Palmyrenum regnum. I. 24. 25.
Pamphilus in Anthol. II. 21. VIII. 20.
Panaetius, auctor ſtudii doctrinae Romanis. XI. 55.
Panaetiaſtae. ibid. 58.
Pancrates, in Anthol. II. 21.
Parmenidis opinio de animi immortalitate. IX. 122.
Parmenio, in Anthol. II. 22.
Parthenius —— ibid.
Paſiphila meretrix. XII 57.
Patriae nobilitas eſt pars felicitatis. X. 82.
Paulus Samoſatenus. I. 124.
Pauſaniae, codex MS. in Bibliotheca Moſc. V. 128.
Pericles qua ratione auctor belli Peloponneſii habendus ſit. XI. 79.
Peripatetici, eorum qui libri perierint. X. 131.
Perſonarum confuſio in dramatibus. VIII. 38.
—— in Dialogis. XI. 69.
Phaënnus, in Anthol. II. 21.
Phanias —— ibid.

Philippus. ibid.
Philippus Macedo, de ejus rebus oratio Valckenarii. XI. 78.
Philodemus, in Anthol. II. 22.
Philoſophiae vis ac munus. VI. 79.
— non ſolum Phyſicam, ſed & Moralem ac Dialecticam complectitur. ibid. 78.
— maximum donum Deorum. ibid. 108.
— primi philoſophi fuerunt poëtae. ibid. 79.
— Philoſophi aliquando pro Magis habiti ſunt. VIII. 87.
— Phyſici diverſam à Theologis cauſſarum viam ſequebantur. ibid. 108.
— in Philoſophiae hiſtoriâ placita diſcipulorum non niſi ea traduntur, in quibus à magiſtris diſſenſerunt. VIII. 107. IX. 118.
— Philoſophiae hiſtoria à quo initio repetenda ſit. VIII. 98.
—. Philoſophiae nomen non Socrates, ſed Pythagoras primus protulit. ibid. 118.
—. Philoſophia in diverſis placitis non niſi unum verum habet. IX. 26.
— ejus ſtudium quando Romam allatum ſit. XI. 56.
—. Philoſophiae Moralis duae ſunt partes. ib. 60.
—. Philoſophorum placita caute ſunt definienda. IX. 116.
Philoſtratum frequenter transſcribit Eudocia. VII. 13. 14. 15. 19. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 32. 36. 37. 38. 39.
— Ejus pinacotheca. V. 85.
Phintia, urbs Siciliae quando & à quo condita ſit. II. 68.
Phocylidis, excerpta in

Ma-

Macario Chryſ. VI. 133.
Phoebion, Stoicus, aequalis Longini. I. 119.
Phronton, Longini magiſter. ibid. 118.
Phrygia ſub Oeta monte ſita. VIII. 23.
Phrynichus ſaltator. XI. 93.
Phyſici à Theologis diverſam cauſſarum viam ſecuti ſunt. VIII. 108.
Pictor, in exemplum adhibetur. XII. 26.
Pindari, placitum de animorum immortalitate. IX. 122.
—— ejus codices in Biblioth. Moſc. V. 128.
—— —— excerpta in Macario Chryſocephalo. VI. 133.
Plancus, aetate Ciceronis. IV. 63.
Platonis de animorum immortalitate argumenta. IX. 124.
—— eum edituri officium. XI. 73.
—— Dialogi ejus forma & origo. ibid.
—— ejus exemplum valuit ad converſionem Comoediae Veteris in Mediam & Novam. ibid.
—— Epigrammata. II. 21.
Platon Rhodius, Panaetii diſcipulus. XI. 57.
Plotinus, aequalis & familiaris Longini. I. 118. 119.
—— Ejus diſſertationes ineditae & fragmenta in Villoiſoni Anecdotis. IV. 134.
Plutarchi edendi ſpecimen. XI. 1. ſeq.
—— editio Oxonienſis à diverſis duobus in Germaniâ bibliopolis repetita. ibid. 5.
—— varietas doctrinae Plutarcheae difficilius reddit interpretis officium. ibid. 6. ſeq.
—— argumenta librorum Moralium. ibid. 10. ſeq.
—— conſilium & propoſitum Editoris 13. ſeq.
—— ejus initium & progreſſus. ibid. ibid.

— hiſtoria ſtudii Plutarchei. 20. ſeq.
— index Scriptorum veteris & medii aevi, qui Plutarchum memorarunt. 20. ſeq.
— codicum aetates. 26.
— editiones. 27. ſeq.
— codices Moſcuenſes. V. 128.
— excerpta apud Macarium Chryſocephalum. VI. 133.
Polemon Periegetes. XI. 56.
Polliones, docti. VIII. 130.
Pollucem transſcribit Eudocia. VII. 18.
Polybii aetas. XI. 57.
Polyſtratus, in Anthol. II. 21.
Pompeii Magni, columna Alexandr. II. 109.
Pompeius (Sext.), Stoicus, Panaetii diſcipulus. XI. 57.
Porphyrius, de Proſodia. VI. 234.
— Ejus doctrinae ratio I. 118 — 136.
Poſidippus, in Anthol. II. 21.
Poſidonius, Panaetii diſcipulus. XI. 57.
Primus eſt is, quem alii ſecundum à ſe cenſent. IX. 27. XII. 73.
Proclinus Platonicus, Longini aequalis. II. 118.
Procopii Gazaei, Oratio. VI. 133.
Profeſſores, Graece *Sophiſtae* dicuntur. X. 81.
Proverbia. *ἀκοαὶ ἀπιστότεραι ὀμμάτων*. X. 56.
— τὸ τρίτον πάλαισμα. ibid. 61.
Ptolemaeus, Lagi fil. Aeg. R. res Alexandri conſcripſit. II. 131.
Ptolemaeus, Peripateticus, aequalis Longini. I. 119.
Pythagorae, aetas. II. 70.
— doctrinae ratio. IX. 119. ſeq.
— placitum de immortalitate animorum. ibid.
Pythagoricorum — ibid. 121.

R.

– Vita, auctore D. W.
II. 111.
tilius (P.) Rufus,
naetii diſcipulus ibid.

S.

os caede purus. X.

in Anthol. II.

VII Delphis.
. 101.
rimus, ſecun-
us, ac dein-
49. XII. 54.
III. 101. ſeq.
gmenta cum
edita. IV.

obitus &
95.
lucius),
diſcipu-

e. VII.

us fe-

45.
ho-

Scholaſtici mores Saeculi IV illuſtrantur. X. 86. ſeq.
Scholia in Dionyſium Thracem. VI. 133.
— in Apollonium Rhodium transſcribit Eudocia. VII. 11. 13. 14. 16. 29. 35.
— in Homerum. ibid. 13. 15. 31.
— in Ariſtophanem. ib. 14. 28.
Scholia in Pſalmos Gr. III. 127.
Scholia Veneta in Iliadem, à Villoiſono edita. XI. 130.
Schultenſius (Alb.), à Reiskio in Vita ſua memoratur. VIII. 141.
Scipionis, Afr. Maj. colloquium cum Hannibale. IX. 99.
— filius. ibid. 103.
— Minor. Panaetii diſcipulus. ibid. 57. 60.
Scylax Halicarnaſſenſis — ibid. 57.
Secula. VI. VII. VIII. IX. libris perniciosiſſima. XIII. 23.
Senecae, opinio de animorum immortalitate. IX. 129.
Seſoſtris, idem qui Menephren. XI. 147.
Severiani, Gabalenſis Epiſcopi oratio de Theophaniis in Bibl. Moſc. V. 127.
Simmias, in Anthol. II. 21.
Simonides — ibid.
Simonius. II. 83. 90.
Simplicius, in Ariſtot. Phyſ. III. 97.
Socrates, an *pueros amaverit. I. 34.*
— Socratica Methodus an imitanda in ſcholis. VI. 125.
— obſtetricia ars. IX. 13.
— amatoria ars. ibid. 30. XII. 78
— Ejus ſcientia ac profeſſio. ibid. 30. 31.
— de immortalitate animorum perſuaſio. IX. 123.
—. non habuit duas ſimul uxores. XI. 59.

So-

Sol in adverſum nititur. V. 24.
Soldurii. VI. 74.
Sophiſtarum ἔριδες. XII. 69.
Sophocles, in Biblioth. Moſc. V. 128.
Sophron, Laodices ex adjutore inimicus. V. 108.
Specula Brundiſina. XI. 122.
Speuſippi, de animorum immortalitate opinio. IX. 126.
Steſichorus. XII. 1.
Stilpon, dialogos ſcripſit. XI. 74.
Stobaei, Excerpta apud Macarium Chryſocephalum. VI. 133.
Stoicorum diſtributio temperantiae. VIII. 78. 79.
— ſententia de immortalitate animorum. IX. 127.
—— ſcholae ſucceſſio. XI. 56.
Strabo, in Biblioth. Moſc. V. 128.
Strada (Fam.) XII. 122. 126.
Straton, in Anthol. II. 23.
Studioſorum novitiorum initiatio à veteranis factitata. X. 86.
Suidas, ab Eudocia transſcribitur. VII. 17. 18. 20. 21. 22. 24. 25. 26. 27. 28.
Sylvanus, tyrannus. V. 33.
Symboli interpretatio Gr. in Biblioth. Moſc. V. 127.
Syneſius. ibid. 128. VI. 46.
—— Excerpta in Macario Chryſocephalo. VI. 133.
Syrianus in Ariſtotelis Metaphyſica, in Bibliotheca Moſc. III. 96.

T.

Talentum Atticum & Siculum. II. 69.
Tauromenium. II. 68.
Terentius Rufus. VIII. 128.
Teſtamentum Vetus Gr. in Biblioth. Moſc. V. 128.

— No-

talitate quid ſenſerit. IX. 126.

Xenophanes —— ibid. 122.

Xenophon —— ibid. 124. 126.

—— ejus Excerpta in Macario Chryſocephalo. IV. 133.

Xerxes, togatus. IV. 65.

—— an cum excercitu ſuo à patre Democriti exceptus ſit epulo. XII. 64.

Z.

Zedlitzius. VI. 121. VII. 108.

Zenobia. 124 — 126.

—— ejus ingenium. ibid. 124.

—— an Judaicae religioni addicta fuerit. ibid.

Zenobii Proverbia ſubinde tranſcripſit Eudocia. VIII. 7 — 14.

Zeno Eleates, de animi immortalitate quid ſenſerit. IX. 122.

—— primus dialogos ſcripſit. XI. 73.

Zeno Citieus, Stoicae ſectae conditor, *philoſophiae & verborum innovator*. XI. 61.

Zonas, in Anthol. II. 22.

IN-

INDEX COMMVNIS IV.

GRAMMATICVS.

ORATIONIS LATINAE.

A.

Acquirere quid. XI. 96.
Ad omnia parere. IV. 56.
Adhaereſcit argumentum. I. 21.
Adjectivum pro Subſtantivo: v. c. *ſtudia antiqua*, pro, *ſtudia antiquitatis*. I. 14. 15.
Affatus. V. 34.
Affinis. i. e. moechus. II. 11.
Agere ante. III. 69.
Aliena facultas. & ſimil. . . 14. 15.
Alio ventus erit. VI. 17.
Aliud - non, pro, aliud quam. I. 28. XII. 6.
Alludere ad quid. XI. 97.
Anacolutha ſubinde temere habentur, quae vere ſunt menda. I. 49. VI. 55.
Anaphora Tibullo eſt frequens. III. 73.
Antiqua ſtudia. I. 14.
Approbare. V. 24.
Attice dicere, etiam in Latina oratione, quid ſit. XI. 114.
Aurea ovis: aureum pecus. VI. 109.

N Au-

uſim, grandius eſt & ineptum in ſimplici ſtilo. XI. 114.

B.

Biographus, nec Latinum nec Graecum. XI. 114.

C.

Capere amore, & capi. III. 80. 81.
Carthago aemula imperii R. V. 22.
Caurus, per ironiam dicitur. II. 9.
Celebrem deum, Cupidinem. Burmannus *celerem* corrigit. III. 77.
Clypei Minervae, pro ſingulari *Clypeus*. III. 77.
Comparatio negans. I. 19.
Complecti. i. e. diſcere. I. 14.
— quid ſpe. X. 16.
Concitus. V. 30.
Conjicio an quid ſit, non eſt proba dictio. XI. 96.
Conſecutio Temporum & Modorum. VIII. 58. 59.
Contemplari quid, an ſit *ſtudere alicui rei*. I. 14.
Continuatio ſignificationis à propria ad impropriam. XI. 110.
Converſio orationis ex obliqua in rectam. I. 47. XI. 99. XII. 10.
Convicta vota. V. 20.
Copulatius, pro, *copulantius*. VIII. 74.
Cotidiano. II. 9.
Cujusque ſuum. III. 26.
Cum maxime. V. 17. 22.
Cum, tum, conſequentiam ſignificat. II. 13. XII. 13.

D.

Definire, i. e. diſtinguere. VI. 65.
Dirigo ſermonem ad quem, non eſt probum. X. 97.
Diſcurſus, pro, *curſus*. V. 24.

G.

Genium celebrare ludis. III. 64.
Gratificari. V. 33.

H.

H, adſpiratio à Graecis & Latinis omittitur in quibusdam nominibus, v. c. Cratippus, Ariſtippus, cét. VIII. 62.
Habeo facere, pro *faciendum mihi eſt.* IV. 109.
Hiſtoricus ſtilus. XII. 27. ſeq.
Honor, pro *ſtatua.* VI. 11.

I.

Ictus annorum. XII. 50.
Id, eleganter abundat. III. 28.
Idem quod. VIII. 66.
Ignotus, pro ignarus. V. 30.
Improba furere. V. 33.
Inacceſſibilis, non eſt probae aetatis. V. 30.
Indicativus, in oratione ſuſpenſa. VIII. 59.
Infectus, reſpondet Graeco ἄπρακτος. VI. 8.
Infinitivi plures. VIII. 70.
Influit lacus Lemantis in Rhodanum. VI. 72.
Inſtituta & Praecepta. VIII. 63. XII. 61.
Item ut. VIII. 66.

L.

Labor, opus, quo quis exercetur. III. 66.
Lati agri. I. 14.
Latinae Literae ſine Graecis intelligi nequeunt. I. 22.
Latini ſtili facultas unde petenda ſit. IV. 16. 19. 120. X. 112.
—— quibus partibus conſtet. XI. 94.
Laudes alicui canere. V. 24.
Lora amoris. III. 81.
Ludere quem. III. 69.

M.

M.

Majores animi partes. VIII. 22.
Medicatus, & mercatus, cultus. VI. 6.
Merito. VI. 8. XII. 49.
Mimis ſtudere. VIII. 75.
Miſceri diis. IV. 90.
Mixti fletus, & moeſti. VI. 7.
Morbus, i. e. cupiditas. VIII. 73. XII. 62.
Multo etiam magis. VIII. 83.

N.

Negans conſtructio. XII. 5.
Neque — &. XII. 5.
Nihil aliud fuit quod putares: & ſine *aliud* bene dicitur. VIII. 77.
Non — ſed: pro, potius — quam. I. 22. XII. 5.
Novus dolor. III. 66.
Num — aut, & Num — an. pro, utrum — an. VIII. 82. 83.
Numeri enallage. v. c. *Numidae labi equo*, pro *N. l. equis*. IV. 110.

O.

Objicere manus. III. 63.
Obſcoenitas verborum, turpitudo rerum. VIII. 76.
Officium, unde dictum. VIII. 61.
Oraculum, unde dictum. IX. 64.
Oſcula *rapta*, & *apta*. III. 71.

P.

Papus & Paulus, in Aemiliis confunduntur. IV. 108.
Patens poenitentiae. VI. 60.
Perditus & praeditus, per paronomaſiam comparantur. III. 16.
Perſtringere & Praeſtingue-

guere, confunduntur. V. 24.

Pleonasmus potius, quam inſititius locus, habendus. VI. 75. 76.

Pondus aedificii, XII. 50.

Potero: *ſi potero*, & *ſi potuero*. VIII. 59.

Praecepta & Inſtituta, VIII. 63. XII. 62.

Putare quid quo, pro cenſere. VIII. 74.

Pyramidum ſumtus, XII. 50.

Q.

Quamquam, initio ſententiae poſitum, elegantem habet vim. III. 25. VIII. 82.

Quantasvis magnas etiam. — an inſiticium ſit *Quantasvis*. VI. 75.

Quantum, cum Poſitivo & aliis Gradibus, Tacito frequens. VI. 60.

Quid & Quod. v. c. *Neſcio, quid dicam*: *Non habeo, quod dicam*. Erneſti praeceptum. I. 6. 8. quod Heuſingerus ita circumſcribit, ut tueatur etiam recte dici, *Non habeo, quid dicam*. VIII. 59.

Quod, initio ſententiae, eleganter abundat. III. 24.

R.

Rabidus & rapidus, confunduntur. III. 68.

Ratio & Oratio. XII. 78.

Rejicere ſe ad ſuas leges. II. 10.

Repetitio defenditur ab Heuſingero in Cic. Off. I. 3., *ſic definiunt ut — definiant*. VIII. 70.

S.

Sana eloquentia. IV. 55.

Sanguis, i. e. vita. VIII. 81.

Satis habere. XI. 95

Semita & via. II. 10. XII. 13.

Sentire quid. XII. 53.

Sic ſe res habet — ut ſit. I. 18.

Sim-

Simplicitas. IV. 61. 62.
Spectare quid. II. 22.
Sui majeſtate, pro *ſua m*. V. 24.
Sunt, qui dicunt. VIII. 59.
Supereſt mihi tantum alicujus. X. 54.
Suum cujusque. III. 26.

T.

Tactus ſolis. I. 19.
Teneri manifeſto. II. 12.
—— quid facere, non proba dictio. XI. 96.
Tenuis humus, & tenera. III. 87.
Terminationes Latinae nominibus propriis vulgaribus in conſtructione adhibitis addendae. XI. 96.
Torquere & torrere. III. 68.
Tramites juris, an proba ſit dictio. ibid. 113.
Trepidare. VI. 73.
Tutius quid agere. XI 95.

V.

Vacare, pro carere. V, 30.
Valvae. III. 82.
Velle, alii Infinitivo adduntur. VIII. 72.
Vellus carpere amantium. VI. 9. XII. 57.
Velocitas orationis. XII. 111.
Verſio Latina, in editionibus, Graecis Auctoribus addi ſolita. IX. 34. X. 42. ſeq.
Vertendi ratio. VII. 101. XI. 42. 116.
Verus, de eloquentia publica. I. 24. 25.
——. vates. V. 8.
Vice gratiae. V. 17.
Vina coronare. VII. 103.
Vir & homo. VIII. 80. XII. 63.
Viva ſepulcra, vultures. III. 35.
Vrit amor. III. 86.

INDEX COMMVNIS V.

GRAMMATICVS,

ORATIONIS GRAECAE.

A.

Ἀγαθόν. XI. 61.
ἀγάλλω. VIII. 144.
Ἄγγαρος. X. 97.
Ἀγκύλαι, pagus Atticae. XI. 86.
ἀγκυλιάδδειν. X. 111.
ἀδικόμαχοι, & — εῖν. X. 123.
Ἄδουλος. IV. 65.
ἀθάνατος ἀσφάλεια. X. 62.
— ὀργή. II. 68.
ἀθέμιστος. IX. 106.
Ἀθῆναι ἀοίδιμοι. IX. 49.
— ἔρεισμα Ἑλλάδος. IX. 50.
— λιπαραί. 50.
αἰδημοσύνη. VIII. 59.
αἰσθάνεσθαί τι. XII. 53.
αἰσχύνη ὁμολογουμένη. IX. 38.
αἰτίαν ἔχειν. V. 57.
ἀκαιρία. VIII. 79.
ἄκακος. X. 110.
ἀκηρότατος. VI. 54.
ἀκλεής. VI. 53.
ἀκμάζειν νεότητι. X. 56.
ἀκμάζοντες & νέοι, differunt. IX. 36.
ἀκταίνειν. X. 119.
ἀλαζονεία Perſarum. X. 33.
ἀλᾶσθαι. IX. 105.

ἀλ-

ἀλήθεια & ἀληθινός, de eloquentia. I. 24.
ἀλληγορία. VI. 97.
ἄλλος — οὔ. pro ἄλλος - ἤ. I. 22. XII. 6.
ἄλογος τριβή. I. 22. XII. 6.
ἐν ἀμάξαις Dionyſia. XII. 59.
ἀμβλίσκειν. XI. 68.
ἄμπελος, etymologia. I. 76.
ἀμπτυχαί. VI. 43.
ἄμφω. I. 75.
ἀμψυχαί. VI. 43.
ἄν, *fere*, *fortaſſe*, XII. 33. 34.
ἀναίδεια & ἀνδρία, confunduntur. V. 62.
ἀναλκής. III. 35.
ἀναμάχεσθαι, & ἀναμάχεσθαι τὴν ἧτταν. X. 23.
ἀναπάγω, non proba forma, XI. 123.
ἀνασύρασθαι. VI. 103.
ἀνατείνας τὴν ψυχήν. X. 111.
ἀνδάνειν τινὰ, an dicatur. V. 40. XII. 41.
ἀνειμένη δίαιτα. IX. 68.
ἀνεμιαῖος. XI. 68.
ἀνέχειν, honorare. IV. 21.
ἀνὴρ ποιητής. IX. 81.
—— ἀνδρὸς ἑνὸς Ξέρξης ἡττᾶτο. X. 34.
ἀνθεῖν πρὸς βραχύ. X. 73. 74.
ἄνθρωπος βασιλεύς. IX. 81.
ἀντίτομον. VIII. 5.
Ἀντιφάνης & Ἀντιφῶν, confunduntur. XI. 22.
ἀνύσιμος. II. 61. XII. 15, 16.
ἀξία. παρὰ τὴν ἀξίαν εὖ πράττειν, & ſimilia. X. 50.
ἀοίδιμοι Ἀθῆναι. IX. 49.
ἀπάγειν, fallere. III. 48.
ἀπαίσιος. IX. 106.
ἅπαξ ἀρξάμενος, aut ἑλόμενος. X. 37.
—— μόνον VI. 52.
ἀπαραίτητος κριτής. IX. 41.
ἀπειροπόλεμος. IX. 105.
ἀπεναντίας τινὶ μάχεσθαι. X. 33. 34.
ἀπερείδεσθαι πρός τινα. III. 48.

ἀπεριστοτρύφητος. IX. 84.
ἁπλῶς, *temere*. X. 5.
ἀπὸ, cum Genitivo pretii. IX. 106.
— οὐκ ἀπὸ βραχείας γνώμης. X. 30.
ἀπογραφὴ πρώτη. IX. 82.
ἀποδιδράσκει ὁ λόγος. XI. 71.
ἀποδίδωμι quid, oratione. X. 56.
ἀπολελυμένος, Grammaticis *poſitivus gradus*. XI. 123.
ἀπολισθάνει τι τῆς μνήμης. III. 41. IX. 53.
ἀπόπειρα. IX. 105.
ἀποῤῥοὴ τοῦ κάλλους. IV. 60.
ἀποσπάω, *diſcedo*. IX. 104.
ἀποφέρεται τῆς ἀληθείας ἡ ψῆφος. X. 81.
ἀπωθεῖσθαι τὸ αἶσχος, τὸν ψόγον, & ſimilia. X. 18.
ἄρα & ἅμα, confunduntur. I. 49.
ἀραιώματα. III. 36.
ἀρετὴ ſuas habet ἕξεις. IX. 43.
— καλὸν μὲν, ἀνωφελὲς δέ. X. 19.
ἀργία, laudabilis. XII. 41. ſeq.
— ejus δίκη Athenis. XII. 42.
ἁρμοὶ δακτύλων. XI. 122.
ἀρξάμενος ἀπό τινος. XI. 71.
ἄῤῥητος λόγῳ, ἀφόρητος ἔργῳ. X. 49.
ἀρτεμὴς & ἀτρεμὴς, confunduntur. VIII. 93.
ἀρτιπόλεμος. IX. 106.
ἀρχώνης τῆς πεντηκοστῆς. XI. 101.
ἀσαίνεσθαι. IX. 81.
ἄσκοπα τοξεύειν. IX. 72.
ᾄσματα καὶ μῦθοι. X. 5.
ἀσπάζεσθαι καὶ φιλεῖν. IX. 77.
ἀσταὶ & αὗται, commutantur. VIII. 45.
ἀστεμφής. I. 76.
ἀστικὸς & ἀστεϊσμὸς, cum ἀττικὸς & ἀττικισμὸς commutantur. III. 87.
ἀστυφέλικτος. X. 10. 11.
ἀσφάλεια ἀθάνατος. X. 62.

ἀτα-

ἀταξία. VIII. 79.
ἀτάρ, in oppoſitione. XI. 71.
ἀτέεσθαι. IX. 82.
ἄτεχνος τριβή. I. 22. XII. 6.
ἄτραπος, de disputatione. XI. 72.
ἀττικὸς & ἀττικισμός, commutantur à librariis cum nominibus ἀστικὸς & ἀστεϊσμός. III. 37.
αὐθυπότακτον ῥῆμα, *Modus Subjunctivus*. XI. 90. ſeq.
αὐτόθεν, *protenus*, *continuo*, *indidem*. III. 50.
αὐτὸ μόνον. X. 123.
αὐτὸ τοῦτο. IX. 77.
αὐτός, pro σὺ poſitum. XI. 71.
αὐτόχθων ignis, III 37.
ἀφασία. V. 99. XII. 45.
ἀφιέναι τὴν διήγησιν. X. 57.
—— ποίας φωνάς. X. 21.
ἀφικνεῖσθαι ἐπί τι. X 71.
—— τινος, an proba ſit dictio. XI. 125.
ἀφόρητος ἔργῳ, ἄῤῥητος λόγῳ. X. 49.
ἄφυκτος λόγος. IX. 106.

B.

βάλλω τόξα. XII. 83.
βαπτιζόμενοι ὑπὲρ νεκρῶν conjicitur β. ἀπ' ἔργων νεκρῶν. IX. 81.
βάραθρον ἀμαθίας. X. 84.
βάρβαρον (τὸ) δοῦλον. X. 45.
βαρβίλλεια ἀγών. V. 81.
βένδις. X. 111.
βιάζεσθαι εἴς τι. IX. 106.
βιβλιοθήκη ἔμψυχος. I. 123.
βλέπειν εἰς ὄνησιν. VI. 43.
βολή. XII. 50.
βουλεύω τινὶ φόνον. X. 26. 27
βουλή, pro ἐπιβουλή. ibid.
βραδὺς σπεύδει, pro βρ. εὔδει. VI. 51.
βρίμη, βρίμημα. VIII. 21.

Γ.

γαμφηλὰς, unde dictum. I. 51.
γαστήρ, μετρεῖν τι τῇ γαστρί. II. 59.
γάστρα & γάστριον. XI. 124.
γελοῖα & καταγέλαστα. I. 49.
γελοιαστής. IX. 78.
γέλως ἐστὶ ταῦτα. IX. 77.
γηγενὲς πῦρ. III. 37.
Γοργίου κεφαλή. I. 51.
γραφεύς, in comparatione. IV. 36. XII. 26. ſeq.
γραφή & τροφή, confuſa. XII. 27.
γυμνάσιον, *balneum*. V. 82.
γωνία philoſophi. I. 23. XII. 7. 8.

Δ.

δαίμων ἕτερος. II. 69.
—— quae pars hominis. IX. 19—21.
—— ἀνθρώπῳ ἦθος. IX. 19. XII. 68.
—— proprius cujusque hominis. ibid.
δεδιὼς καὶ τρέμων. X. 27.
δελφίνιος & δέλφειος, commutantur. VIII. 18.
δέμειν. VIII. 19.
δέον. IX. 61.
δευτοποιός. X. 111.
δή VI. 96.
δηλονότι, δήπουθεν, & ſimiles particulae, ſaepiſſime inſititiorum ſunt ſigna ſcholiorum. XI. 68.
δηρεῖν, an *Graecum ſit*. VI 50.
διαθήκη. N. T. XII. 99.
διαλυθέντες, abeuntes, dimiſſi. X. 90.
διανοεῖσθαι ὡς ποιήσων. X. 29. XII. 85.
διανομή. XII. 72.
διαπεραίνω & διαπεραίνεμαι, λόγον. X. 26.
διάστημα. III. 44.
διαττᾷν. X. 111.
διαυλοδρόμος. XI. 123.
διῃρμένα & [illegible], χείλη. XI. 123.
δίκαιον. XI. 61.

δ

δικαιόφιλος, non eſt Graecum. XI. 157.
δικαστὴς & κριτής. X. 68.
δόγματα & ὑποθῆκαι. XII. 61.
δόξα καὶ τιμή. IX. 45.
δύνασθαί τι, efficere. V. 47.
δυσμεναίνω. IX. 106.
δυσφωρατότατος contrahitur in —
δυσφώρατος. VI. 54.

E.

E & Σ commutantur errore librariorum. IX. 80.
ἐᾷν ἀφειμένα εἰκῇ. III. 38.
ἐαρόχροος, *viridis*. VIII. 92.
ἐγκράτεια. VIII. 79.
ἐγκώμιον. IX. 44.
ἐγὼ, ἔχω, λέγω, confunduntur. IX. 53. XII. 81.
ἔδος. X. 98.
ἔθος γάρ τι τοῦτ' ἔχει. I. 47.
εἰ cum Subjunctivo. XI. 123.
εἰ μή τι οὖν ἄλλο, σμικρόν γε —. XI. 71.
εἶδαν, εἶχαν, formae Alexandrinae. IX. 83.
εἰδωλοποιεῖν. III. 47. XII. 24.
εἶναι & εἰδέναι, commutata. IV. 73.
εἰρήνη ἐν οὐρανῷ, tentatur ε. ἐν ἀνθρώποις. IX. 83.
εἰς τοὺς Ἕλληνας, pro ἐν τοῖς Ἕλλησι. I. 49.
εἰς τί· *quare*. IX. 83.
εἰσαγωγὴ judicii. XI. 88.
ἐκ περιουσίας. IX. 28.
ἐκ περιττοῦ. III. 50.
ἕκαστος. XII. 46.
ἐκείνη & σκήνη, commutantur. IX. 80.
ἑκούσιοι & ἀκούσιοι πόνοι. IX. 73.
ἐκπεριέρχεσθαι. XI. 123.
ἐκπλᾶσαι. IX. 121.
ἔκπληξις & ἔμπληξις. III. 44.
ἐκστῆναι ἑαυτοῦ, &, ἐλθεῖν εἰς ἑαυτόν. IX. 84.

ἐλέγ-

ἐλέγχειν τὴν ἀλαζονείαν. X. 33.
ἐλεινὴν, pro ἐλεεινήν. VIII. 5. 15.
ἑλόμενος ἅπαξ. X. 37.
ἐμπορεύεσθαι λόγους. IX. 84.
ἐμφερόμενά τινι. III. 44.
ἐμφυὲς κάλλος. VI. 102.
ἐν παντὶ εἶναι. I. 49.
ἐν πατρὸς ἰδέᾳ εἶναι. XI. 71.
ἐν δὲ τοῖς. XI. 123.
ἐναντία τινὶ μάχεσθαι. X. 33. 34.
ἔνδειξις. XI. 88.
ἐνδοιάζω. IX. 105.
ἐνδιάθετος λόγος. VI. 107. XII. 56.
ἔνθεν ἑλών, & λαβών. III. 44.
ἐνουρεῖν. XII. 56.
ἐντείνειν, *in verſus redigere.* VI. 104.
ἐντρεχής. III. 44.
ἐξ ἐναντίας μάχεσθαί τινι. X. 34.
ἐξ ἐπιτάγματος. X. 20.
ἐξ ἐφόδου. X. 28.
ἐξαιρεῖσθαί τινι τὰς φρένας. X. 37.
ἐξεμεῖν furta. X, 100.
ἐξεπιώκατον, prava forma, corrigitur in ἐξεπώκατον. VIII. 43.
ἐξιπόω. ibid.
ἕξις. IX. 44.
ἔοικέ γε. XI. 71.
ἐπαινέω & μακαρίζω, diſtinguuntur. IX. 54. 55.
ἐπαρχία & ὑπεροχή. III. 37.
ἐπεὶ οὐ, Iambus. VIII. 48.
ἐπείγει. III. 44.
ἐπείσακτος. X. 95.
ἐπελπίζω τινα. III. 51.
ἐπεσφάλακεν. X. 111.
ἐπί, ἐπ' ἀδείας. X. 7.
— ἐπὶ κέρως. X. 51.
— ἐπί τινι χαλεπῶς φέρω. X. 17.
ἐπιδήμια, feſtum. XII. 44.
ἐπιδοῦναι ἑαυτὸν πράγματι. IX. 40.
ἐπιεικής, facetia. III 37.
ἐπικαίρως, & ἐπὶ κέρως, commutantur. X. 51.
ἐπίκληρος. XI 87.
ἐπιλέγεσθαι. X. 6.

ἐπι-

ἐπιλείχω. IV. 74.
ἐπιλείψει με ὁ χρόνος. X. 45.
ἐπιλυγίζω τι. IV. 75.
ἐπιμέλειαι. X. 14.
ἐπιπολάζοντα (τά). III. 44.
ἐπιπροσθεῖν τινι. III. 44.
ἐπίσκοπα τοξεύειν. IX. 69.
ἐπίταγμα· ἐξ ἐπιτάγματος. X. 20.
ἐπιτειχίζω τινί τι. IX. 47.
ἐπίτευγμα. X. 20.
ἐπιτήδειος, *dignus*. XII. 30.
ἐπιτρέχειν τοὺς καλάμους τοῖς χείλεσιν. IV. 74.
ἐπιφέρειν dona funeri. X. 14. XII. 85.
ἐπιφημίζειν. IX. 64. 65.
ἐπιφόρημα, ornamentum funebre. X. 14.
ἔργα καὶ πράξεις. IX. 44.
ἐργάζομαι, pro ποιέω. IX. 123.
—— τι γενέσθαι. IX. 105.
ἔργον γενέσθαί τινος. X. 17. XII. 85.
ἔργον καὶ πρᾶξις. X. 10.
ἔργον καὶ λόγος. ibid.
ἔργῳ ἀφόρητον, λόγῳ ἄῤῥητον. X. 48.
ἔρεισμα Ἑλλάδος. IX. 50. XII. 81.
ἔρις Sophiſtarum. VIII. 21. XII. 69.
ἐρυσμός. VIII. 5.
ἐσθής, ſuppellectilis pars. IV. 76.
ἐστὶν ὀρθῶς; pro ὀρθῶς ἔχει. XI. 71.
ἑταιρίζομαι. IX. 106.
εὐανδρία. X. 48.
εὐετηρία. V. 79.
εὐηπελέος γενείου. VIII. 20.
εὐθύνειν δόρυ, *regens ſceptro*. IV. 19.
εὔκλεις, an *utile*, aut *jucundum*, intelligi poſſit. VI. 53.
εὐπάλαιστος, & εὐπάλαιστρος. III. 44.
εὔστοχα τοξεύειν. IX. 69.
εὐσχημοσύνη, quae virtus. VIII. 79.
εὐφωρότατος, pro εὐφωρατώτατος. VI. 54.

ἐφε-

ἐφεδρεύω τοῖς καιροῖς. X. 35.
ἐφελκύω. II. 51.
ἐφέται. XI. 112.
ἐφικέσθαί τινος. IX. 77.
ἔχει τι τινι συγγνώμην. X. 16.
ἔχοιμι ἂν εἰπεῖν. IX. 45.
ἔχω, ἐγὼ, λέγω, confunduntur. IX. 53. XII. 81.

Z.

ζώπυρα. X. 111.

H.

ἡ γλῶσσ' ὀμώμοχ'. I. 51.
ἦ ῥα, ajens, *ſic, ita*. VIII. 94.
ἦ ῥα, interrogans, *Ah?* V. 113.
ἢ ἄλλα μυρία ἄν τις ἔχοι λέγειν, in apodoſi disjunctionis. XI. 71.
ἡγεῖσθαι θεούς. V. Praef. 11.
ἦθος, quae pars animi ſit. IX. 16—18.
ἥλιος, Apollonii Rhodii cognomen. VIII. 25.
ὁ ἥλιος ἐπεῖδε τοῦτο — X. 32.
ἡνίας ἀφιέναι. II. 61.

Θ.

θάλασσα, ἤδε. IX. 96.
θαλλὸν προσείειν. X. 111.
θαμίζω τινί. X. 95.
θαυμάζω πρός τι. XI. 133.
θέατρα παντοδαπά. IX. 37.
— ſpectatores. XII. 79.
— θέατρον, & θάτερον, confund. ibid.
θεοβλαβής. IX 106.
θέρμη. X. 111.
θετταλικὴ πειθανάγκη. X. 40.
θησαυρὸς καλὸς ἡ εὐγένεια. VI. 100.
θυραῖα & θυραῖοι. V. 52.
θωός, an Graecum? VI. 50.

I.

I.

ἰατρεία ψυχῆς. IX. 29. XII 75.
ἱδρίειν. X. 111.
ἵδρυσθαι· ἵδρυμα· ἵδρυσις· X. 36.
ἱδρὼς πρόκειται. X. 13.
ἵημι et compoſita, primum longam habent. VIII. 48.
—— *jaculor.* IX. 70.
ἱκανὸς τεκμηριῶσαι. III. 49.
ἱπνοπλάθαι. X. 111.
ἱπόω. VIII. 43.
ἰσηγορία. X. 15.
ἴση παρηγορία. X. 14.
ἵσταται πόλεμος, *bellum exiſtit, eſt.* X. 43.
ἱστῆσί τι, ſtatuit aliquid, incipit. VI. 90.
ἰτέον ἐπὶ τὸ πρᾶγμα. I. 50. XII. 12.

K.

κα ſyllaba ante χρ an producatur. VII. 48.
καθαίρειν γῆν καὶ θάλατταν. V. 25. IX. 48. XII. 80.
καθαρός. *Mundus, rerum univerſitas*, ineptae Inſcriptionis. V. 80.
καθαρτικὸς λόγος. XII. 70.
καθῆκον. VIII. 69. 70. XI. 61.
καθηρημένος & καθειργμένος. VI. 102.
καὶ in appoſitione, non quid novum adfert, ſed priora repetit. VII. 57.
καὶ τί δεῖ τὰ παλαιὰ λέγειν; item, τὰ πολλά. IX. 46.
καὶ intendit: v. c. τί δεῖ καὶ λέγειν. IX. 68.
καὶ explicat. XI. 103.
καὶ negans praecedenti negatione. XII. 4.
κάλλιον, tribunal. XI. 124.
καλόν (τὸ). XI. 61.
καμβρίζειν. III. 42.
καμπύλος. I. 76.
κάρα pro κάρατα. VIII. 5.
κατὰ καθ' ἥντινα πρόφασιν. XI. 123.
κατὰ τινὰ εἶναι, *alicui ſimilem eſſe.* IX. 77.

κατὰ τὸ συγγενές. X. 49.
κατὰ τινὸς ὀμνύειν. XI. 123
καταβάλλεσθαι, fundamenta, opus. X. 46
καταβάλλω, ſemen. X. 47.
καταλαμβάνει, calamitas. X. 46.
καταλείπειν τὸν λόγον. X. 57.
καταλλαγεὶς & διαλλαγεὶς. IX. 84.
καταλογίζομαι. IX. 106.
καταντλεῖν τινὸς γέλωτα. XI. 71.
κατάσκεψις. IX. 105.
καταφράζομαί τι. XI. 142.
καταχέω, veſtem. VIII. 44.
καταχωννύναι τὸν λόγον. XI. 71.
κατεξανάστασις. III. 44.
κατέχειν τινός. IX. 97.
κατοπτροειδής. IX. 80.
κατόρθωμα. VIII. 69. 70.
κατοχή. IX. 106.
κεῖσθαι ἐν κοινῷ. X. 10.
κέντρον ἐναπολιπεῖν ταῖς ψυχαῖς. X. 41.
κέρως· ἐπὶ κέρως. X. 51.
κληδών. IX. 60. 67.
κνήσαις & κινήσαις, confund. XII. 12.
κολούειν. III. 51. XII. 25.
κόμπος, unde dictum. I. 76.
κονδυλίζεσθαι. III. 51.
κοράλλιον. XI. 124.
κοροπλάθαι. X. 111.
κοσμιότης. VIII 79.
κραιπαλῶντα. X. 111.
κρεμάννυσθαί τινος. IX. 106.
κρίθινος, orator. X. 84. XII. 86.
κριτής & δικαστής. X. 68.
κριτικὸς & γόνιμος, diverſa ſunt. *IX. 15. 16.*
κωλαγρέται. X. 111.
κωλύω & κολούω. III. 50.

Λ.

Λακινία Ἥρη. IV. 80.
λαμπρὰ φωνή. IX. 78.
λάχανα, forum olerum. VIII 50.
λέγω, ἐγὼ, ἔχω, confunduntur. IX. 53. XII. 81.
λείβειν φοίνον. VIII. 18.
λείπεται λοιπόν. X. 74.

λα-

λειτογνώμων πῶλος. XI. 103.
λευκαδερωτομανῶν. IV. 112.
ληναῖα, eadem ſunt quae ἀνθεστήρια. VII. 51. ſeq. XII. 59.
ληναιών, menſis. VII. 64.
λίμνη. I. 75.
λίμφα. I. 75.
λιπαραὶ Ἀθῆναι. IX. 50.
λιπαρής, unde dictum. VI. 47.
λιτότης διαίτης. IX. 50.
λογοποιεῖν. XI. 92.
λόγος ἔργου σκιά. II. 68.
——. εἰς λόγον τινός. X. 8.
—— καὶ νόμος. X. 70. XII. 86.
—— προφορικὸς, & ἐνδιάθετος. VI. 107. XII. 57.
λοιπόν, iam. IX. 56.
λύσις. III. 50.

M.

μαίνω τινά. XII. 44.
μαῖσμα. XI. 69.
μακαρίζω & ἐπαινέω. IX. 54. 55.
μᾶλλον — οὐ, pro μᾶλλον — ἤ. I. 22.
— δὲ ὅλως. X. 73.
— οὕτως ὡς, pro ἢ ὡς. XI. 71.
— cum Comparativo. ibid.
μαντεία, ejus genera. IX. 67.
Μαῦροι, non ſunt Aſiae. VIII. 28.
μεθίστημι τοσοῦτον. X. 24.
μελιτοῦττα. VIII. 50.
μέλλω· οἱ μὲν ἔθνησκον, οἱ δ' ἔμελλον. X. 44.
μὲν ante δὲ omiſſum. XI. 71.
μέσον πολύ ἐστι. IX. 77.
μέσον, & τὸ μέσον, pro ἐν μέσῳ. XI. 123.
μηλολόνθης, luſus puerilis. VI. 9.
μητιχεῖον, tribunal Athenis. XI. 124.
μηχανή· ὡς ἐκ τραγικῆς μηχανῆς. IX. 41—43.
μικρὰ (τὰ) ποιεῖν μείζω. IX. 38.
μικροῦ δέω φάναι. X. 15.
μισῶν ὡς φιλήσων. VI. 9.
μνοῖον. XI. 121.

μνοιοπρόσωπος. ibid.
μνοῦς. ibid.
μουσικὴν ἔρως διδάσκει. I. 50.

N.

Ναϊάδες. I. 76.
Νατάται, populus. VIII. 29.
νικᾶν ἢ ἀποθνήσκειν. X. 52.
νίσσεται, ſerpens. VIII 93.
νομοθέτης & ὀνομαθέτης, permutantur. XI 70.
νόμος πάντων βασιλεύς. IV. 35.
νόμος & λόγος. X. 70.
νοσεῖν περί τι. VIII. 73.
νοσηλεύεσθαι. IX. 106.
νόσος, cupiditas. XII. 62.
νοῦς & ἦθος, pars φύσεως. IX. 16. 17.
— cujusque deus. ibid. 17. 18.
— θεῖος & ἴδιος. IX. 20. XII. 68.
νύμφη, unde dicta. I. 75.
νῦν δέ. XI. 71.

Ξ.

Ξενοφῶν & ξένος, commutantur. XI. 122.
ξυντεταγμένως & ξυντεταμένως. XI. 69.

O.

ὃ, pro δὲ ὃ. IV. 19.
ὃ, δ' ἂν, pro ὅ, τι δ' ἄν. XI. 123.
οἰκεῖν τινος, pro ἔν τινι. XI. 125.
οἰνόσπειστος. VIII. 28.
οἷος ἐξ οἵου. X. 21.
ὀκριόεις λίθος. VIII. 89.
ὄλεθρον εὗρε. II. 69.
ὄλεθρος Μακεδών. IX. 78.
ὀλλύντων τε καὶ ὀλλυμένων. VI. 66.
ὁμόσε χωρεῖν τινι. X. 53.
ὀμφαλός. I. 76.
ὄμφαξ. I. 76.
ὀμφή. I. 76. IX. 67.
ὅμως· ὀψὲ μὲν, ἀλλ' ὅμως. X. 40.
ὄνον ἀφιέναι εἰς τὸ στράτευμα. IV. 99.

ἐν-

ὄντως & οὕτως, permutantur. V. 105.
ὀξυβελεῖς. XII. 83.
ὅπως, cum Fut. Indic. VIII. 50.
ὄρθρος. I. 76.
ὀρθῶς ἐςι, pro ὀρθῶς ἔχει. XI. 71.
ὁρίσματα γῆς. IV. 19.
ὁρμαθός, discipulorum. X. 91.
ὅρμος. I. 76.
ὅστις, cum Indic. pro ὥστε cum Inf. vid. οὐδείς. X. 63.
ὅττα. IX. 67.
οὐδεὶς οὕτως ἠλίθιος ὅστις οἴεται, pro ὥστε οἴεσθαι. X. 63.
οὐδὲν ὑποστειλάμενος. IX. 56.
οὐδὲν ἢ ἰδόντας mori. X. 32.
οὐδὲν ὅ, τι οὐ, & in aliis caſibus. X. 91.
οὐδέποτε & οὐδεπώποτε, commutantur. VIII. 50.
οὐκ ἐμὸς ὁ μῦθος. I. 47.
οὐκ ἀπὸ βραχείας γνώμης. X 30.
οὐκ ἄλλως. X. 111.
οὐρανοῦ κληρεῦχοι, Chriſtiani. X. 98.
οὔριος. I. 76.
οὗτος ἀνήρ, pro σύ. XI. 71.
οὕτως, abundat, v. c. οὕτως ὠνόμασαν Μούσας. III. 47.
οὕτως, cum ὥστε varie conſtruitur. X. 63. ſeq.
ὀφθαλμός. I. 76.
ὀχεῖσθαι ἐπ' ἐλπίδος. VI. 102.
ὀψὲ μὲν, ἀλλ' ὅμως. X. 40.
ὀψὲ γοῦν. ibid.

Π.

Π & Η commutantur. IX. 80.
πάγχυ. IX. 100.
παῖδα ποιεῖσθαι, & παιδοποιεῖσθαι. IX. 5. 29. 106. XII. 75. 76.
παίσας & πταίσας, commutantur. III. 47.
παιώνειοι λόγοι. III. 48.
παλαιὰ (τὰ) τί δεῖ λέγειν; IX. 46.
πάλλω τόξα. XII. 83.

πάντα ἑκατὸν θύειν. XI. 123.
παντοδαποὶ ἄνθρωποι. IX. 37.
πάομαι. X. 111.
παρά τι, *paene*. IX. 82.
— οἱ παρ' αὐτοῦ, *miſſi ab eo*. ibid.
παραδοξονίκης. V. 80.
παραδοῦναί τινα τοῖς κριταῖς. XI. 88.
παραλαμβάνω τι, *utor*. III. 84.
παραναλίσκω τι. X. 93.
παρανοίας ἁλῶναι. III. 44.
παρατίθεσθαι, *citare locum*. VI. 96. IX. 84.
πάρεργον γενέσθαί τινος. X. 17.
παρίεμαι, *deprecor*. X. 111.
πάσσειν, figuras in veſte intexere. VIII. 24.
πατρούχου. X. 111.
πειθανάγκη. X. 40.
πειθὼ καὶ λόγος. IX. 37.
πειθὼ τοῖς χείλεσιν ἐπικαθημένη. X. 40.
πειράσομαι δηλῶσαι. X. 26.
πελαγίζει ὁ ποταμός. X. 30.
πέμπελος. I. 76.
πενεστικόν. X. 111.
πενταετηρίς, non ſemper eſt ſpatium quinque annorum. V. 81.
πεντηκοστή. XI. 101.
πέπων. I. 76.
περαίνω λόγον. X. 26.
περαίνω & περαιόω, confunduntur. XII. 43 110.
περιαγειρόμενοι νικηφόροι. V. 79. 80.
περιβάλλεσθαί τι τῇ διανοίᾳ. X. 15.
περίεστί τινι τοσοῦτόν τινος. X. 52. XII. 86.
περιουσία· ἐκ περιουσίας X. 20.
περιπατοῦν μουσεῖον. II. 123.
περιπίπτειν συμφοραῖς. X. 68.
περιπόλιστικὴ συνοδός. V. 79. 80.
περισσοτρύφητος. IX. 84.
περιττός· ἐκ περιττοῦ. III. 50.
περιχυθεὶς ἐφίλησεν. IV. 78.
πε-

πέτασον (ὑπὸ) ἄγειν. V. 82.
πεττευριπτεῖν. VI. 100.
πιστοί, Perſ. Regis. IV. 98.
πίτυος δίκην ἐκτρίβειν. II. 68.
πλάσμα καὶ μῦθος. X. 5.
ποεῖν, an pro ποιεῖν dicatur. VIII. 48.
ποῖ φέρεσθε; IX. 42.
ποιεῖν, *verſus facere*. VI. 84.
ποιητόν. XI. 61.
πόλεις καὶ ἀγροί. VIII. 90.
πολεμεῖν τινί τινος. XI 125.
πολλά τί δεῖ τὰ πολλὰ λέγειν. IX. 46.
πολὺ ἀνθεῖν τῇ χάριτι. IX. 77.
πολυδέγμων, πολυδέκτης, *Pluto*. VIII. 5.
πομπή. I 76.
πόνον ἔχειν. IV. 74.
πορφύρα πλατεῖα. VI. 97.
ποῦ θήσεις τοῦτο; X. 84.
πρακτόν. XI. 61.
πράξεις καὶ ἔργα. IX. 44.
πρέπον. IX. 61.
πρό· ἡ πρὸ Αἰγύπτου Ἀλεξάνδρεια. IX. 96.
πρὸ ὁδοῦ. I. 46. 47.
προέχεσθαι. IX. 84.
προθαλής. VIII. 5.
προθήκη. XI. 124.
πρόκειται ἱδρώς. X. 13.
πρόνοια, de *providentia divina*, quando primum uſurpatum ſit. II. 69.
πρὸς τὸ τῆς Ἄγρας. X. 111.
προσβολή. XII. 50.
προσγενόμενος. X. 41.
προσουρεῖν τινι. VI. 103. VIII. 50. XII. 55. 56.
προστρέχειν τινι. VII. 9.
προτίθεσθαι, de officina. XI. 124.
προφορικὸς λόγος. VI. 107. XII. 56.
πρῶτος ἀνθρώπων. V. 80.
πρῶτος ἔφορος. VIII. 117.
ἡ πρώτη ἀπογραφή. IX. 82.
πρωτός, *fatalis*. VI. 51.
πυρεῖα συντρίβειν. XI. 124.

P.

ῥάμφος. I. 75.

ῥαπτής. VI. 52.
ῥῆγμα καὶ σπάσμα. VI. 110.
ῥήσσειν, *tripudiare*. VIII. 18.
ῥιμφή, unde dictum. I. 75.
ῥομφή. ibid.

Σ.

σαθρός. εὑρήσω ὅπου σαθρός ἐστι. III. 43.
σαίνεσθαι. IX. 81.
σαφῶς εὖ οἶδα. IX. 51. XII. 81.
σιαίνεσθαι. ibid.
σιγῇ. X. 39.
σιγῆς ἀκίνδυνον γέρας. IX. 40.
σιτολογία. IX. 105.
σκιαγραφεῖν τινα βέλεσι. IX. 73.
σκοτοῦσθαι. VIII. 111.
σόμφος. I. 76.
Σοφοκλῆς & σοφός, permutata. XI. 122.
σοφὸς & σοφιστής, confuſa. XII. 73.
στέμφυλος. I. 76.
στιγμή. X. 42.
στόχος. IX. 71.
στρατὸς & στράτευμα, ἐρῶντες. X. 35.
στρυφνόν. XI. 111.
στρώτης. IX. 78.
συγγενές, κατὰ τὸ συγγενές. X. 49.
σύμβολον. IX. 67.
συμφοραῖς περιπίπτειν. X. 68.
σύν τε δύ' ἐρχομένω. I. 46.
συναλίζεσθαι. IX. 83.
συνειληχώς & συνειλοχώς. IX. 73.
συνενθουσιᾷν τινι. III. 49.
συνέπεσε κλυδὼν, *pro* συνέπαισε. IV. 21.
συνηγορεῖν & συνερεῖν, commutantur cum συνεργεῖν. X. 40.
συνηνέχθη κακῷ. IX. 106.
συντετάχατο. IX. 106.
σφαδάζειν. VI. 13.
σφενδόνη, annuli. IX. 73.
σῶμα & στόμα. IV. 76.

T.

Τ & Τ commutantur. IX. 80.
τάφος ἔμψυχος. I. 123.

τά-

τάχος, *breviloquentia.* XII. 111.
τεκμηριῶσαι ἱκανός. III. 49.
τέρας. IX. 68.
τέρθρον, *ſummitas.* VIII. 19.
τεχνάζω. IX. 106.
τὶ δρῶντα. XII. 84.
τιθέω. VIII. 50.
τιμή, *ſtatua.* VI. 11.
τιμωρία & κόλασις. XII. 110.
τιννύσθαι. IX. 106.
τὸ δὲ ἦν ἄρα οὐχὶ τοιοῦτον. III. 50. X. 11. XII. 84.
τοξοβόλος. IX. 72. XII. 83.
τόξα βάλλειν. ibid.
τόξῳ βάλλειν. ibid.
τόπος ἴδιος. IX. 82.
Τραϊανοῦ τὰ ἐν Ἡρακλείᾳ ἐπινίκια. V. 80.
τριβὴ ἄλογος. I. 23. XII. 67.
τρόπις βίου. IV. 28.
τυφλοῦται τὸ φιλοῦν περὶ τὸ φιλούμενον. XII. 72.
Τύχης, *imago.* VI. 101. 102.
τῶν τις Μακεδόνων. IX. 106.

Υ.

Υ & Τ commutantur. IX. 80.
ὑπάρχοντα (τά), *propria bona.* XI. 98.
ὑπερακοντίζειν τινα. IX. 77.
ὑπεροπλίαι. VI. 48.
ὑπεροπτίαι. ibid.
ὑπεροχή. οἱ ἐν ὑπεροχαῖς. XII. 20.
ὑπέρχεταί με ἵμερος. V. 43.
ὑπηνέμιον. IX. 27.
ὑποβλέπομαι. IX. 106.
ὑποθῆκαι. XII. 61.
ὑποκρούειν. III. 44.
ὑποπεπωκώς. V. 102.
ὑποστέλλεσθαι. IX. 56.
ὑστεροφημία. III. 38.

Φ.

φάσμα. IX. 67.
φάω. IX. 57.
φέγγω & φθέγγω, cognata. IX. 57.
φέρει τοῦτο εἴς τι. IX. 77.

φέρειν χαλεπῶς ἐπί τινι. X. 17.
φήμη, ejus ſignificationes. IX. 57. ſeq. XII. 81. 82.
φθάνω. οὐ φθάνουσι — καὶ ἔχουσι. VII. 106.
— διαβὰς, & διαβῆναι. X. 22.
φθέγγω & φέγγω, cognata. IX. 57.
φθίνων ἐτελεύτησε. VI. 106.
φθόνος οὐδείς. IV. 75.
φιλέω & ἀσπάζομαι. IX. 77.
— ὡς μισήσων. VI. 45.
φιλοδίκαιος. XI. 57.
φιλοσοφεῖν. VIII. 119.
φιλοσοφία, quis primum dixerit. ibid.
φόβος μνήμην ἐκπλήττει II. 62. X. 90.
φρονεῖν εὖ, vel κακῶς. X. 51.
φυγὴ ἐφ' αἵματι. X. 60.
φύσις. IX. 16. 17 — 27.

X.

Χαλκιδεὺς & Χαλδαῖος commutantur. IV. 65.
χάρται βιβλίων. XII. 21. 24.
χάρω. XII. 21. ſeq.
χειμάῤῥους. X. 36.
χνοώδης. XI. 121.
χόες, feſtum Ath. XII. 60. VII. 46. ſeq.
χορτολογία. IX. 105.
χράω. XII. 21. ſeq.
χρέος ἀποδοῦναι λόγου. X. 58.
χρησμός. IX. 67.
χύτροι, feſtum. VII. 53.
χωρίον, ſepulcri ſignificationem an habeat? VIII. 43.

Ψ.

ψευδομαρτυράω, improbatum. IX. 82.

Ω.

ὧδε δὲ σκόπει. XI. 71.
ὤκχησεν. VIII. 23.
ὠμὸν γῆρας. VI. 43.
ὥρα ἔτους. XI. 123.
ὡς εἶχε. ibid.
ὡς εἶχε, temere, ſubito ib.
ὡς φῂς σὺ, καὶ ἐγὼ πείθομαι. XI. 71.

ὡς

ὡς ἴδον, ὡς ἐμάνην. II. 59.
ὡς, *quomodo*, poſtpoſitum. IX. 35.
ὡς ἐμοὶ, & aliis in Caſibus, *pro meo captu*. XI. 71.
ὡς, pro *πρὸς*, quomodo uſurpetur, X. 6.
ὥσπερ, pro *ὥσπερ οὐδέ*. XII. 4.
ὥστε, in comparatione & effectu ſignificando. X. 63.

Alexandrinae formae. IX. 83.
Anacolutha. I. 49. VI. 55.
Aoriſtus II. an idem ſit quod Imperfectum. VI. 53.
Articuli vis & uſus. IX. 81.
—— uſus Homericus. XII. 14.
Analogia. IV. 123. X. 123. ſeq. XII. 21.
Attica Dialectus, Vetus & Nova. II. 70.
Atticae dictionis officium. XI. 114.
Comparativorum conſtructio. X. 63. XII. 67.
Continuatio ſignificationis à propria ad impropriam. XI. 110.
Craſis. VIII. 49.
Doriſmus varius. II. 36. 69.
Ellipſis particularum *οὕτως* vel *ὡς* in Comparatione. X. 25.
—— Verbi Finiti, *λέγω*, *οἶδα*, et ſimilium, an uſurpetur? IX. 51. 52.
—— Infinitivi ——? IX. 25.
—— *οὐδέ*. I. 27. XII. 4.
Enallage perſonae & rei. VIII. 75. XII. 62.
Etymologia, vulgo ignorata. I. 67—75.
Euphemiſmus in commutandis virtutum & vitiorum nominibus. V. 62. XII. 47.
Futurum pro Praeſenti. VI. 43.
—— Indicativi pro Aoriſto Optativi vel Subjunctivi. XII. 111.

In-

Indicativus ſine ἂν, pro Optativo VI. 43.
— pro Infinitivo. I. 48. XII. 10.
Media Verba poteſtatis activae. IX. 79.
Nomen ad duo Verba refertur. XII. 35.
Optativus pro Subjunctivo. VI. 47.
Pluralis Verbi cum Singulari Nominis. X. 35.
— Adjectivi cum Singulari Nominis. ibid. XII. 85.
Plusquamperfectum, cum augmento, & ſine eo. IX. 84.
— in ν deſinens. ibid.
Repetitio, ἔστι γάρ, ἔστι. X. 71.
Superlativus contractus. V. 54.
Verba in άω & ιάω. IX. 82.
— exiſtunt transpoſitis literis v. c. βάρω & βράω. XII. 22.

COR-

ΕΠΙΔΙΟΡΘΩΣΙΣ.

Quum haec poſtrema B. C. Pars dudum perſcripta ac typis deſcribi coepta, exſpectatione noſtra ſerius exiret; factum eſt, ut interea, vel tempus quasdam res, de quibus dixiſſemus, mutaret, vel ipſi quaedam dicta nobis, perperam aut admiſſa, aut praetermiſſa, animadverteremus. De utroque genere lectores noſtros monere debemus. Et in priore quidem haec ſunt.

Wynpersſius, venerandus ſenex, quem p. LXX, honoris cauſſa nominavimus, obiit d. VIII, Octobris a. MDCCCVIII, aetatis octogeſimo & quarto; quum hanc Academiam quadraginta annos fama & Philoſophiae inſtitutione ornaſſet: & in dira illa hujus urbis clade d. XII, Januarii a. MDCCCVII, mirabiliter, ex ruina ruentis ſupra ipſum domus, ſolus vivus & incolumis evaſiſſet.

Atque hoc loco nec optimum Ravium taceri, ſortis conjunctio ſinit. Hic, paulo ante feralis ictum fulminis, domo exierat ſua, ad quam infernum navigium ſtabat: mox, fragore audito, adcurrens, domum ſubverſam, uxorem & natos ſalvos, af-

affinem ac domeſticum exſtinctos invenit. Continuo, Regis adventu ac liberalitate recreatus & cumulatus, brevem hujus beneficii fructum percepit; eodem anno, Decembris d. 1, ſubito morbo nobis ereptus, florens & aetate & publico favore: tantum univerſe ſui luctum relinquens, ut incertum eſſet, cui civitatis parti, Academiae, Eccleſiae, communi vitae, cui ordini, utri ſexui, magis deſideratus deceſſiſſet. Sed ecce! haec nobis commemoratio in memoriam revocat duos Profeſſores clariſſimos, Kluitium & Luzacium, illius diritate ſtragis exſtinctos: revocat alios ejusdem fati conſortes: revocat omnino totum illud miſerrimum tempus. De quo nunc hoc unum addidiſſe ſufficiat, nos ei narrando alium locum dare conſtituiſſe.

Quum p. 98, de Creuzero, eruditiſſimo viro, diceremus, duo certe ejus poſtrema ſcripta, perfectae Graecarum Latinarumque Literarum ſcientiae documenta, diſerte nominanda erant: alterum, *Hiſtoricorum Graecorum antiquiſſimorum Fragmenta: Hecataei Mileſii, Charonis Lampſaceni, Xanthi Lydii: collecta, emendata, explicita. Heidelbergae.* MDCCCVI, 8. alterum: *Dionyſus, ſive Commentationes Academicae de rerum Bacchicarum Orphicarumque originibus & cauſſis. Partes* II, *cum figuris aeneis. ibidem.* 4. MDCCCVIII. Quo magis tantum doctorem,

ut ad laudem ac diſciplinam praeclarum, Academiae Heidelbergenſi gratulamur.

Quod autem p. 107, ſcripſimus, nos doctiſſimo Boiſſonadio uſum notularum noſtrarum in Eunapium ſpopondiſſe: excuſſis adverſariis noſtris, eam annotationis ſegetem nacti ſumus, quae probabilis commentarii modum expleret, & in nova editione ſeparatim poneretur. Et nunc in annotatione noſtra digerenda & conſcribenda maxime verſamur.

Ex altero genere haec notanda ſunt

Parte IX, p. 69: ἐπίσκοπα τοξεύειν, & ſimilia quaedam annotavit Wernsdorfius ad Himerium p. 245.

Parte IX, p. 100: *Herodoti* II, 31 — legendum *Herodoti* I, 31.

Parte X, p. 23. dictionem, τὴν ἧτταν ἀναμάχεσθαι, attigit item Wernsdorfius ad Himerium p. 152.

Parte XI, p. 45: ad Praefationem Plutarcheam, in *Indice Scriptorum veteris & medii aevi, apud quos Plutarchi vel mentio fit, vel loci exhibentur, vel veſtigia exſtant*: Edit. 4. p. XXVII. Edit. 8. p. XLIII, addatur: DAMOPHILUS, *ex Plutarcho multa retulit: ut apparet ex Juliano in Miſopogone p.* 358: *Euagrio Hiſt. Eccleſ.* VI, 1. *Videatur & Suidas in voce:* & *Jonſius De Scriptor. Hiſt. Philoſ.* III, 11, 2.

Ibidem. Edit. 4, p. XXXIV, Edit. 8. p. LVI,

in

in fine Saeculi VI, ante Agathiam, addatur: EVAGRIVS, *Hiſt. Eccleſ.* VI, 1. *Plutarchum ex Damophilo citans: de quo modo diximus ad Saeculi* III *initium.*

Parte XII, p. 111: *Tireſias*, legendum *Achilles*; refertur ad Odyſſ. Λ, 488.

Ibid. p. 65: *hoc addatur: ſed quod alii de Democriti patre tradunt, eum Xerxi epulum praebuiſſe, id majore etiam temeritate in Protagorae patrem, Maeandrium, tranſtulit Philoſtratus Vit. Sophiſt.* I, 10 p. 494.

Ibid. p. 83. Hanc notationem morum Alcibiadis adhibuit quoque Himerius Eclog. XVII, 8, p. 258, nec fugit Wernsdorfium.

Alia etiam augenda corrigendaque reſtare, non dubitamus. Quae ut pro ſua quisque lector facultate ſibi ſubjiciat, nobisque ignoſcat, rogamus.

p. 108.	*ſubintelligitur*	lege *ſubauditur*
132.	*quadrigenis*	— *quadringenis*

P. V.

Proem. IV.	*vaelat*	— *valeat.*
21.	*gratulatus eſt*	— *non gratulatus eſt*
23.	*hunc incudem*	— *hanc incudem*
31.	*ſubintelligeretur*	— *ſubaudiretur*
54.	*connexionem*	— *nexum*
63.	*altero Neleo*	— *altera Neleo*
81.	*ſubaltam*	— *ſublatam*
110.	713	— 753.
130.	*Graecitatis*	— *Graecae dictionis*

P. VI.

87.	*illa—illa*	— *illa—haec*
106.	*Aeſtheci*	— *Aeſthetici.*
111.	*portea*	— *poſtea*

P. VIII.

24.	*landans*	— *laudans*

P. IX.

5.	*ſeorſim*	— *ſeorſum*
12. 81.	*Graecitatis*	— *Graecae dictionis*
8.	*oſſicium*	— *officium*
93.	*anteriora*	— *priora.*

P. X.

6.	448	— 848.

14.

P. 14. ἐπιμελείας lege ἐπιμελείαις
111. *Cynthia primo* — *Cynthia prima*

P. XI.

Corrigenda notantur p. 177, ſeq.

*